5C.7.Pl.1.

37
9 G
13

MAG 3096

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ܫܘܥܝ̈ܬܐ ܕܣܗ̈ܕܐ ܡܕ̈ܒܝܐ
ܡܕܢ̈ܚܝܐ ܘܡܥܪ̈ܒܝܐ

ACTA
SANCTORUM MARTYRUM
ORIENTALIUM
ET
OCCIDENTALIUM

IN DUAS PARTES DISTRIBUTA

ADCEDUNT

ACTA S. SIMEONIS STYLITAE

OMNIA NUNC PRIMUM SUB AUSPICIIS

JOHANNIS V.
LUSITANORUM REGIS

E BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA PRODEUNT

STEPHANUS EVODIUS ASSEMANUS ARCHIEPISCOPUS APAMENSIS

Chaldaicum Textum recenſuit, Notis Vocalibus animavit, Latine vertit, Admonitionibus, perpetuiſque Adnotationibus illuſtravit.

PARS II.

Jo. Dom. Campiglia inv. Nicolaus Billy sculp.

ROMAE MDCCXLVIII.

Typis Joſephi Collini.

PRAESIDUM PERMISSU.

Digitized by Google

JOHANNI . QVINTO
LVSITANORVM . REGI
PIO . VICTORI . PACIFICO

CHRISTIANAE · REI · VBICVMQ. TERRARVM · ET · GENTIVM

PROPAGATORI

BONARVM · ARTIVM · OMNIVMQ. DISCIPLINARVM

PARENTI · VINDICI · MAECENATI · MVNIFICENTISSIMO

QVI

FERALIBVS · BELLORVM · DISSIDIIS · AVT · CONSILIO · RESTINCTIS

AVT · VIRTVTE · SVBLATIS

PACIS · ARTES

PVBLICA · SACERDOTIA

ECCLESIAE · MAJESTATEM · DIGNITATEMQ.

POST · IMMORTALEM · CONSTANTINI · MAGNI · MEMORIAM

QVAM · QVI · MAXIME · ORNAVIT · AVXIT · AMPLIFICAVIT

PRINCIPI · OPTIMO

DEQ. OMNIVM · NATIONVM · ORDINIBVS · BENEMERENTISSIMO

ALTERAM · OPERIS · SVI · PARTEM

IN · QVA · ACTA · MARTYRVM · OCCIDENTALIVM

EXHIBENTVR

STEPHANVS · EVODIVS · ASSEMANVS

ARCHIEPISCOPVS · APAMENSIS

DEVOTVS · NOMINI · MAJESTATIQ. EJVS

D. D. D.

I M P R I M A T U R

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. Maria de Rubeis Archiep. Tarſi Viceſg.

I M P R I M A T U R.

Fr. Nicolaus Ridolfi Magiſter Sacri Palatii Apoſtolici Ordinis Praedicatorum.

LECTO-

Digitized by Google

LECTORI SUO

STEPHANUS EVODIUS ASSEMANUS

ARCHIEPISCOPUS APAMENSIS.

HABES heic, LECTOR BENEVOLE, alteram Codicum Chaldaicorum I. & II. Nitrienſium Vaticanorum Partem, cui titulus eſt: ACTA MARTYRUM OCCIDENTALIUM: quo nempe nomine Meſopotamiam, Syriam, Palaeſtinam, aliaſque citra Chaldaeam provincias, regnorumque tractus Orientales intelligunt; quemadmodum ubi Orientem dicunt, omnem regionem ultra Meſopotamiam indigitant. Haec autem eſt, quae in hac Parte continentur, Actorum Martyrum Series, & Ordo. 1. Acta SS. MM. *Luciani*, & *Marciani*. 2. *Victorini*, *Nicephori*, & *Fabii*. 3. *Stratonicae*, & *Seleuci*. 4. *Septem Martyrum* Samoſatenorum. 5. *Agnetis* Virginis Romanae. 6. *Procopii*, Martyrum Palaeſtinorum principis. 7. *Alphaei*, *Zacchaei*, & *Romani*. 8. *Timothei* Gazenſis. 9. *Apiani*. 10. *Hedeſii*. 11. *Agapii*. 12. *Theodoſiae* Virginis Tyriae. 13. *Petri*, qui & *Abſelamus*. 14. *Theodotae* Meretricis. 15. *Ignatii* Epiſcopi Antiocheni. 16. *Phocae*. 17. *Piſtis*, *Helpis*, & *Agapis* Virginum, earumque matris *Sophiae*. 18. *Eleutherii* Epiſcopi, *Anthiae* ejus matris, & *Carpi* Praeſidis. 19. *Chriſtophori*, & Sociorum. 20. *Luciani*, *Tirſi*, & *Calinici*. 21. *Mamantis*. 22. *Babylae* Epiſcopi Antiochiae. 23. *Theonillae*, *Tharſi*, & Sociorum. 24. *Georgii*, *Antonini*, & *Alexandrae* Imperatricis. 25. *Mimi* cujuſdam, qui in Theatro paſſus eſt. 26. *Theodotae*, & filiorum. 27. *Theoduli*, & *Agathapodis*. 28. *Julittae* Virginis. 29. *Gordii*. 30. *Quirici*, & *Julittae*. 31. *Creſcentis*. 32. *Dioſcori*. 33. *Theodorae*, & *Didimi*. 34. *Sergii*, & *Bacchi*. 35. *Paphnutii*, & Sociorum. 36. *Pantaleonis* Medici. 37. *Febroniae* Virginis. 38. *Philemonis*, *Cyrli*, *Apollonii* Lectoris, Praeſidis cujuſdam, & quatuor Peltatorum. 39. *Quadraginta Martyrum* Sebaſtenorum. Ex hiſce tamen Actis Quatuordecim tantum priora vulgamus, nec plura modo. Ea quippe ſunt vel inedita hactenus, & prorſus nova, vel ab editis diverſa adeo, atque diſſimilia, ut illa ſi conferas, minime recognoſcas. Reliqua vero quinque & viginti, quae a vulgatis parum diſcrepant, nunc miſſa facimus, eo conſilio, ut illa omnia in generalem Actorum Martyrum Collectionem, Sanctorumque Vitarum, in MSS Codicibus Orientalibus Vaticanae Bibliothecae exiſtentium, Hiſtoriam commodum rejiciamus: quod Opus, magnum quidem, & laborioſum prae manibus in praeſentia eſt, noſtriſque vigiliis, & curis elaboratum, vita comite,

mite, Deoque auſpice, luce publica donatum iri, ſperamus. Adjecimus interim ad laudata Quatuordecim Martyrum Occidentalium Acta adcuratum de Vita, & rebus geſtis Sancti Simeonis Stylitae Commentarium, a Coſma Preſbytero ejus Familiari conſcriptum, & initio Codicis I. Nitrienſis praefixum. Eademque, tum nempe Martyrum Occidentalium, tum Sancti Simeonis Stylitae Acta, juxta methodum, quam in Actis Orientalium Martyrum ſanximus, & Latina lingua, & Admonitionibus noſtris, perpetuiſque Adnotationibus illuſtrabimus, ne quid deſit Eruditorum votis.

Porro licet Acta horum Martyrum notari ſuo quaeque Authore minime poſſint: ſunt enim plures, & plerumque incerti, qui de Martyribus Occidentalibus retulerunt: in dubium tamen revocari nequit, eos omnes coaequales fuiſſe, propterea extra omnem ſuſpicionem, fideque digniſſimos; quemadmodum ex eorumdem Actorum contextu liquet, & nos ipſi perſpicue magis magiſque in noſtris ad Acta ſingula praeviis Admonitionibus demonſtrabimus. Neque vero aut Simeonem Metaphraſten credimus ea, quae noſtro huic Operi facem praeferunt, prodidiſſe, quum Codex praecipue Nitrienſis I. unde ea fideliter deſumta ſunt, longe Metaphraſtis aetatem ſuperet: aut Euſebium Caeſarienſem, ut quidam conjectura ſe adſequi putant, a quo firmiſſime adſeveramus nullum de antiquis Martyribus fuiſſe compoſitum, praeter inſignem Librum de Martyribus Palaeſtinis, quorum integra octo Acta, quae nonniſi contracta in ejuſdem Euſebii Hiſtoriae Eccleſiaſticae libro octavo ſuperſunt, ex Codice noſtro Nitrienſi I. proferimus; ut certo certius ex eruditiſſima Caroli Majelli Archiepiſcopi Emiſſeni Diſſertatione, cui titulus: *De Euſebiana Actorum veterum Martyrum Collectione*: conſtabit. Ibi enim opinio illorum refellitur, qui Euſebium ſomniant, praeter laudatum Librum de Martyribus Palaeſtinae ſua aetate coronatis, qui ad nos pervenit, alterum etiam conſcripſiſſe de antiquis Martyribus, quorum paſſionem, hiſtoriamque, Actis adjectis, enarraverit; hunc vero ingenti cum ſacrae eruditionis detrimento, diu licet, impenſeque conquiſitum, adhuc deſiderari. Quod quantum a vero ſit devium, ipſe teſtis Euſebius, qui pluribus in locis diſerte quidem adſerit, ſe Acta veterum Martyrum collegiſſe, eamque Collectionem in publicam utilitatem edidiſſe; ſed de antiquis Martyribus ſe ſcripſiſſe, aut eorum Martyriorum hiſtoriam compoſuiſſe, nuſquam ſcribit. Nimirum in eo dumtaxat ſe operam poſuiſſe teſtatur Euſebius, ut Acta, & Monimenta, quibus eſſent ab aliis conſignata Veterum Martyria colligeret, eorumque collectionem emitteret; quae proinde fuit inſtar earum, quae Graeci Μαρτυρικά, noſtri vulgo *Paſſionalia* adpellant, quaeque nullo praefixo Authoris nomine; neque enim Actorum unus eſt Author: Sanctorum Vitas exhibent. Cujuſmodi exemplaria plurima in Bibliothecis proſtant. Haec Majellanae Diſſertationis ſumma, quam totam, prout jacet, una cum duabus aliis, de Stylitis, deque Epocha Martyrii S. Theodotae, Diſſertationibus, a Majello cumulate perfectis, & a pluribus doctis hominibus magna cum admiratione, & voluptate perlectis, poſt ejus vero obitum deperditis, ex fragmentorum reliquiis, ab egregio Viro Dominico, ejuſdem

ex

ex Fratre filio, & virtutis, atque doctrinae aemulo, nobis perhumaniter ſuppeditatam, in integrum reſtituere, aptiorique, quo potuimus, ordine, ſtyloque redigere conati ſumus, ut in hoc Opere mox digeſta prodeat in lucem.

Quamquam autem omnium ſermonibus Caroli Majelli virtus, ejuſque doctrinae laus celebretur; ob praeclara tamen ipſius in nos, atque in Vaticanam Bibliothecam merita: cujus ſcilicet opera Joſephus Simonius Aſſemanus, Avunculus meus, ad Orientales Codices Manuſcriptos conquirendos, in Aſiam, & Africam miſſus, duos hoſce Nitrienſes praecipue expiſcatus, materiam quaſi praemanſam paravit, hiſce noſtris laboribus digerendam: in beneficii commendationem, gratique animi argumentum, duximus, tam benemeriti de nobis, totaque Literaria Republica, Viri clariſſimi Vitae compendium heic exhibere ad memoriam poſteritatis. Vir cl. Cajetanus Amatus, quem Neapoli olim in Seminario Archiepiſcopali convictorem Majellus, tum Rector & Canonicus, liberalibus diſciplinis, morumque ſuorum exemplis lactavit, Romae vero ſtudiorum adjutorem ſibi adſcivit, quique eidem in perhonorificum a Brevibus Epiſtolis ad Reges, & Principes Viros conſcribendis munus, Johanne Vincentio Luccheſinio demortuo, ſuffectus eſt: Aſſemanus meus, quocum illi menſa communis, quique & Vaticanae Bibliothecae Praefecturam, & Sacroſanctae Apoſtolorum Principis Baſilicae Canonicatum, eodem vita functo, ſuſcepit: Reverendiſſimus Thomas Sergius de Piis Operariis, Sanctae Romanae, & Univerſalis Inquiſitionis contra haereticam pravitatem Conſultor, qui Majello a Confeſſionibus fuit: aliique plures amicitia, & conſuetudine cum eo conjunctiſſimi, aedificantibus nobis materiem congerunt, qui certe pleraque omnia non auriti tantum, ſed oculati teſtes nos ipſi perſpeximus, & demirati ſumus. Quare gratum, acceptumque fore bonis omnibus conſilium noſtrum confidimus, qui ſcilicet hiſce Sanctorum Actis Majelli Vitam veluti ſurculum inſeruimus, quo mox profuſo, nedum egregium & magnum, ſed praeſtantiſſimum, ac praeclariſſimum Eccleſiaſticarum virtutum ad imitandum exemplum omnibus proponeretur.

CAROLI MAJELLI ARCHIEPISCOPI EMISSENI

VITAE COMPENDIUM.

CAROLUS MAJELLUS, Archiepiſcopus Emiſſenus, Neapoli natus in urbe omnium Italiae celebratiſſima, decimo tertio Kalendas Aprilis, anno reparatae Salutis ſexcenteſimo ſexageſimo nono ſupra milleſimum, ſtatim a puero & ingenio alacri & naturae ipſius habitu ad omnem ſeſe literarum eruditionem prope eſſe factum oſtendit, in quibus ſumma cum laude mox primas tulit. Verum Chriſtiani hominis illud quum ſit praecipuum, virtute magis, quam literarum gloria clareſcere, vehementer, quod raro accidit in adoleſcente amoeniorum ſtudiorum percupido, Carolus ineunte aetate curavit, monente in primis Bartholomaeo Cicatellio, Viro tum temporis probatiſſimo, cui ſummus deinde in Metropolitana Eccleſia Poeniten-

nitentiarii locus delatus eſt; ut adoleſcentiam ſuam non minus excoleret religione, quam diſciplinis. Id qua ratione ſit conſequutus, ex eo liquet, quod ipſe & Chriſtianae pietatis, & bonarum artium ſtudioſis veluti exemplum ad imitandum proponeretur, eſſetque tanto honore habitus, ut eum filiis parentes ſuis, ceteris vero omnibus duces ſtudiorum ejus, e Societate Jeſu Patres, ut ſpeculum indigitarent, in quod vitam inſpicerent, ad honeſtatem, veraeque ſapientiae laudem inſtituendam. Quo factum eſt, ut eo praeſente nemo unus aut agere, aut loqui quidquam auderet inverecundum, nec pauci fuerint, qui Carolum adhuc adoleſcentem ineundae vitae ſeverioris authorem habuerint: quod & ipſe animo non ſemel agitaverat, perfeciſſetque, inclytae Jeſu Sodalitati nomen daturus, niſi Cicatellius diu fuſis ad Deum precibus, maturaque deliberatione, nihil id tanti eſſe, quod eum alio Divinitus deſtinatum conjiceret, pronunciaſſet.

Adſiduus interea Deiparae ſacros conventus, quos celebrant pro adoleſcentibus ad pietatem formandis Societatis Collegia, Carolus frequentabat. Quumque ea aetate floreret vel maxime Vir eximiae virtutis ex ea hominum familia, quos Pios Operarios vocant, Antonius Torres, quo potiſſimum authore, Neapoli celebris illa, & perutilis Clericorum Congregatio coaluit, mirum eſt, quantum Carolus tum conſiliis, tum praeclaris ejuſdem in ſe translatis exemplis, imitatione profecerit! Ea tamen ſemper fuit hominis ſolida meditantis prudens ac ſedula circumſpectio, ut latere penitus cuperet, & ſpecie vitae minime ſingularis perſonam agere cum aequalibus parem, ad hominum vel invidiam, vel laudem declinandam: propterea plurimum faceret, & minimum ipſe de ſe loqueretur. Quod licet in cauſſa fuerit, quare nunc tanti Viri decora eximia minime exſiſtant, ſintque in obſcuro pleraque & in oblivione jacentia, iis praeſertim praemortuis, quorum ductu ad pietatis ſemitam inſiſtendam maxime utebatur: atque adeo volenti mihi ſcribere de ejus Vitae moribus inſtitutoque, non leve quidem negocium exhibeat in tantis tenebris rerum, atque ignoratione verſari; indicium tamen perſpicuum animi illius facit, quam integre, quam ſapienter de tota ipſe rei Chriſtianae ratione cogitaret. Id enim veram inter, & perſonatam virtutem diſcriminis intereſt, quod illa agere laudabilia, haec laudari maxime ſtudet; quum ea ſcilicet eſſe, quam videri, haec autem videri, quam re eſſe malit. Hanc igitur verae ſolidaeque virtutis indolem, & excellentem naturam ita Carolus eſt adſequutus, ut quamvis ipſe cum impigro, navoque in bonis artibus comparandis ſtudio, & labore certaret; nihil tamen extra ſe pateretur exſiſtere, quod ipſum ceteris anteferre videretur, nulla re laetus magis, quam ſola conſcientia recte factorum.

At quemadmodum adcidit, ut quo minus quis gloriam petit, eo magis adſequatur, non diu Archiepiſcopi Neapolitani, Antonii Cardinalis Pignattelli oculos effugit tanta Hominis continentia, cum magno Humanarum, Divinarumque diſciplinarum amore conjuncta. Illud, quotquot Eccleſiarum Sacerdotia curant Chriſtiani gregis Paſtores, maximopere plerique omnes intendunt, ut Clericorum Seminaria, quae ſunt veluti novellae ſobolis in emor-

uat-

tuarum arborum vicem ſuccreſcentis origines, augeantur quammaxime, & efflorefcant; norunt quippe, ab hoc uno totum pendere creditae ſibi plebis ut bonum regimen, ita & Sanctitatem & Religionem. Etſi enim per ſe ipſa clara, & ſanctiſſima ſunt eorum, qui Sacris praeſunt, officia; tamen Eccleſiae Magiſtratus perinde haberi quotuſquiſque facile intelligit, ut illorum, qui eos ſuſtinent, virtus eſt. Hoc ſane conſilio ſapientiſſimus Cardinalis, dignus profecto memoria temporum ſempiterna, Carolum in Seminarium adcivit; qui ſcilicet pubeſcentium plantarum, quae mox in Domini vineam traducerentur, ſuarum derivatione virtutum velut irrigatio foret, quo feliciter adoleſcerent. Atque hoc quidem de ſe tam egregii Principis judicium, conceptamque animo exſpectationem, mirum eſt, quam praeclare Majellus qua doctrina, qua moribus ſuſtinuerit! Is ad id locorum tantus Vir, qui neque Urbanis munditiis, neque illorum, qui primas agere in Civitatibus amant, conventibus ſeſe exercuerat, ubi ſummos in unaquaque re conveniendi locus adfuit, repente coepit clareſcere, & pleriſque faciem ejus ignorantibus facile notus omnium ſermonibus celebrari. Quod ei maximo bono fuit: nam & excellentium Virorum conſuetudine, & optimorum praeterea librorum copia auctum, ita inter artes bonas integrum ingenium brevi adolevit, ut ejus ſaepe Eminentiſſimus Archipraeſul coram frequentiſſimo totius Cleri Senatu, quum de Moralibus ſcitis diſceptaretur, periculum facere non dubitaverit, vim mentis acrem, & perſpicacem in difficillimis quibuſque explicandis, exponendiſque maximopere demiratus.

In his vero, quos ſibi amicitia devinxerat, praecipuus fuit Gregorius Meſſerius, in Graecis tum literis, quam qui maxime clarus, earumque, ut Florentiae olim Calcondilas, ſic Neapoli hic reſtitutor, & vindex. Joſephus deinde Valletta, optimarum ille artium fama celeberrimus, cui quum non minus ingenii, quam ſelectiſſimorum librorum opes adfluerent, dici vix poteſt, quam penitus inveſtigandae veritatis amorem in Caroli pectus inſeverit, quamque illum vehementi cupiditate rerum omnium ſcientiam cumulatius augendi ex ſummis doctrinarum, atque elegantiarum Authoribus inflammaverit! Habent hoc mortalium ingenia, ut licet maxima ſint, & ad omnem intelligendi amplitudinem natura ipſa efformata; multis tamen, iiſque maximis adjumentis indigeant ad ſapientiam comparandam. In his autem illud cenſent plerique omnes in primis eſſe, bonorum ſcilicet librorum copiam, qua qui literis operantur, ad ſummam atque perfectam rerum intelligentiam eniti queant: propterea Aegypti Reges Ptolemaeos ex eo potiſſimum inclaruiſſe, quod viros non ſolum omnium gentium eruditiſſimos magnis ſtipendiis conduxerint, ſed eos inſuper Bibliotheca, ceterarum toto Orbe inſtructiſſima, locupletaverint; quum plane intelligerent ingenium decoquere cuique optimo, etſi ſtudiorum cupidiſſimo, qui librorum inopia premitur: ſecus vero excellere, atque augeri quotidie magis, cui librorum vis magna praeſto eſſe poteſt. Quod eo dictum volumus, non ut vanae certorum hominum oſtentationi in Bibliothecis ſuis adornandis, ad inanem gloriam aucupandam, ſubſcribere videamur; ſed ut potius Magnorum Princi-

pum, & praeſertim Romanorum Pontificum in coacervandis ex toto Orbe terrarum tum typis editis, tum vero praecipue manuſcriptis Codicibus peregregium conſilium in dies magis magiſque tam magno Literariae Reipublicae bono ratum ſit, atque integrum. Certum quippe eſt, ſine magno librorum adparatu, ex quibus rerum, ac ſermonis theſauri expromantur, deficere omnino ingenia oportere, quum ipſa ſibi minime ſufficere, minimeque adſequi poſſint excogitando quod in aliorum vigiliis facile eſt invenire, inventumque novis meditationibus acuere, atque perficere. Hoc itaque ſtudiorum ſubſidio Majellus ex perampla Vallettae Bibliotheca, in quam ſe ipſe totum abdidit, abunde ſatis inſtructus, quam bono rei eventu idopis acceperit, neminem latet. Nam quum ille ad penitiora Literarum Sacraria ſenſim pervadens, animo coepiſſet advertere, ſibi perperam in ſtudiis, vera ſolidaque doctrina vacuis, florem aetatis deperiiſſe, exarſit mirum in modum amore ſapientiae comparandae, & praejudicatis opinionibus, quae plerumque in Scholis inveteraverunt, extemplo ejuratis, tum demum Philoſophos introſpicere, eoſque adſidue pervolutare, tum Naturalis Hiſtoriae libros, & Geometricum pulverem, ceteraque ejuſmodi, ad rerum qua late patent terra caeloque intelligentiam maximopere opportuna, perquirere, meditari, conferre, & quod optimum eſt, lectionem, atque ſcriptionem alternare. Quamobrem tantam deinde eruditionem, & in ſcribendo eloquentiam ſibi facili negocio peperit, quantam adhuc bene multi, iique ſapientes & graves in judicando meminerunt.

Nihil tamen idcirco remiſſum a Carolo eſt de vitae ſeverioris diſciplina. Eadem ſemper caſtigandi corporis cura, ſtudiumque naturae vitia, & illecebras continendi in ſpiritus ſervitute. Crebris ipſe precibus orare: ſeſe flagellis tundere: in Deiparae pervigiliis, Sabbathiſque omnibus pane tantum, & aqua dies ſolidos tolerare: catenis ferreis compreſſa latera prope conficere: ſomnum vigiliis, & meditatione protrahere, eumque breviſſimum capere, ubi neceſſitas cogeret. Hoc quale ſit, facilius exiſtimabit is, qui judicare poterit, quantae ſit, & quam maximae difficultatis ingenium cum Divinarum, tum humanarum rerum contemplatione exercere, & diſpendia praeterea corporis pati. Quod non eo ſcribimus, ut vel hominem e ſchola Coenobitarum, vel ex eremo priſtinae ſeveritatis aemulatorem oſtentare velimus. Non ea ſunt hujus temporis, neque loci. Verum quia videtur pleriſque, male cum hiſce incommodis, quae ſunt animo permoleſta, convenire Muſarum otia, quarum praeſidium non aliunde magis, quam quiete corporis, mentiſque tranquillitate paratur, non duximus praetereundum, quod ad optimi Viri laudem, roburque animi demonſtrandum praecipue faceret. Equidem non eſſe de trivio commendationem, judico, Chriſtiani hominis, & Sacris Eccleſiae Ritibus initiati, quod is tantopere praeter animum, etiam corpus ſtuduerit Chriſti exemplis velut imaginem conformare; quamobrem & inedia & vigiliis & exquiſitis ad cruciatum poenis ſeſe expiaverit, nec cubitum unquam iverit, quin Crucem ſecum grandiuſculam comitem habuerit individuam quietis. Qui mos, conſuetudoque ſervata ad extremum vitae eſt, ejuſ-

que

Digitized by Google

que ope, ut ipſe palam dictitabat, multa & magna accepta Divinitus bona. Sed haec hactenus.

Interea temporis diem ſuum obiit Alexander VIII. & poſt quinque amplius in menſes protracta Comitiorum diſſidia, Antonius Pignattellus Archiepiſcopus Neapolitanus, in quem ſuffragia cuncta conſenſerant, IV. Idus Julias ad Caelo proximam dignitatem evectus eſt. Talis, tantuſue Pontifex, qualem, & quantum tum gravitate conſilii, tum prudentia agendorum, tum in optimis quibuſque ad honores & Reipublicae procurationem eligendis perſpicacitate, in paucis habent Dipthyca Antiſtitum Romanorum, ex hoc tam edito, auguſtoque loco ad Majellum reſpexit, ſtatimque eum ad ſeſe Romam adciri juſſit. Aeternae Urbis ea ſemper exſtitit vel natura, vel ratio, ut ipſa omnium gentium, omniumque populorum perfugium & haberetur & foret, ſive illa mortalibus Armorum poteſtate, ſive Legum Sacrarum late religione imperaret. In hanc veluti terrarum arcem undequaque confluere vel ab extremis barbarorum finibus omne genus hominum ſolet, pars ut ingenium, alii ut fortunam periclitentur: ſunt enim utriſque propoſita laboris praemia. Quare multorum, ad unum ſimul, idemque perſaepe enitentium, aemulatione fit, ut non ſemper quibus modis intenta adſequantur, dum ea ſibi parent, quidquam penſi habeant. Hinc invidia magna illa peſtis Reipublicae, ex qua ſubinde conſpirationes, inſidiae, dolique mali. Quamobrem non ſuus uſque virtuti locus tribuitur, quin etiam non pauci alia interdum, atque honeſtatis via ad divitias, dignitateſque graſſantur. Huc profectus adcitu Pontificis Majellus advenit, exceptuſque eſt perhumaniter; cuidam etenim ex familiaribus mandaverat Innocentius XII. ut eum adventantem, domum deduceret, haberetque honorifice. Ab itinere vix refectus, ad Pontificem adit: hoc quippe in mandatis erat, ut omnem ipſe moram redimeret, ſeſeque quam citius poſſet, Principi Optimo, ipſumque viſendi percupido, veniens ſiſteret. Tanta erat Viri exſpectatio, tamque prolixa, qua Carolum Pontifex complectebatur, voluntas. Provolutum ad pedes, ea, qua ſemper, benevolentia adloquutus: En, inquit, ad ſuos ſe convertens; erant enim bene multi Romanae Aulae Proceres, quorum inprimis Carolus Auguſtinus Fabronius, mox ampliſſimus Eccleſiae Cardinalis: En, inquit pene jactitans Innocentius, hominem peregrinum, non Romae natum, nec Romano Caelo, atque adeo pura puta ſapientiae aura educatum, altumque. Atqui non eſt artium ignarus, neque alienus a literis. Agite nunc, & juniorem licet, bonamque aetatem nondum egreſſum, ſciſcitetur qui velit, paratum de omni genere diſciplinarum diſſerere. Indicta pugna, congredi coeptum eſt, & perinde uti quiſque ingenio valebat, Majellum adgreditur, ut quanti ille foret, propoſitis implicatiſſimis diſputationibus, experiretur. Ex hoc ergo tam illuſtri ſapientiae certamine, ubi diu, multumque de Eccleſia, Deoque vehementer utrinque diſceptatum, Majelli fama percrebuit. Nec ſecus illi eſſe poterat, qui ex tam magno theatro cum omnium quotquot aderant admiratione: quod a moribus noſtris longe eſt alienum: diſceſſerit, & Pontificis Optimi exſpectationem non modo aequaverit, ſed etiam vice-

 rit.

rit. Itaque eum univerſi juxta praehenſare, gratulari, ad Caelum ferre, acſi unus quinquertio nobilis ex Olympia victor reveheretur. Hoc enim perſaepe adcidit, praeſertim in Urbe ſermonum avida, ut ſi quid aut factum bene, aut nigro theta inrogandum cujuſpiam nomini tribuatur, repente rumor in vulgus hominum manet, ſintque praecones, etſi parcius laudum, liberius rerum male geſtarum, multi admodum tamen & prodiga loquacitate dicaces, ut pragmatici ſcilicet, quorum partes, eos, quibus ſtudent, immodice efferunt, quibus infenſae, licentius obtrectant.

Tam fauſtis ominibus fore videbatur, ut Carolus fortunam haberet in ſua poteſtate. Pontificis beneficentiſſimi non modo opinio vetus, & magna, ſed etiam amor: Aulicorum judicium de ingenio, ejuſque moribus aequum, & liberale: Urbis plauſus, quo nihil difficilius, omniumque Ordinum favor, ejuſmodi mehercle erant, ut non exigua Majello, ſi quidem ipſe cuperet, pollicerentur. Verum id temporis in Neapolitanum Pontificatum ſuffectus Jacobus Cardinalis Cantelmus, ad Innocentium adcedit, obteſtaturque, ut ſibi Majellum permittat, neve hominem, non tam doctum, quam in Eccleſia ſibi credita, quam qui maxime, expertum, ab ſeſe abeſſe patiatur: id in votis habere praecipuum, ut qua ipſe cura, ſtudioque ante adeptum Romani Sacerdotii Principatum commiſſi gregis negocium geſſerat, pari ratione ageretur, nihilque detrimenti caperet, quod ſane Majelli opera in primis ſe conſequuturum ſperaret. Ut erat deſponſae ſibi primum Eccleſiae Pontifex amore plenus, minimeque popularibus ſuis deditus, morem ſucceſſori ſuo Cardinali pientiſſimo gerendum ratus, virum ſibi probatum, & maxime carum aegre dimiſit, multoque aegrius ipſe Majellus Cantelmi petitioni conceſſit, non ea certe de cauſſa, quod Romae rem ſuam facere, ut plerique, animo cogitaſſet; ſed quia & Pontificem, de ſe bene merentiſſimum, vix Urbem ingreſſus, deſerere adigeretur, & tantam ſuae exiguitatis fiduciam, quantam recens inauguratus Archiepiſcopus mente conceperat, ſuſtinere minime poſſe crederet.

Itaque Neapolim ad gregem ſuum Cantelmus diſceſſit, nulla re tam laetus, quam quod Majellum ſecum reduceret. Interim quae ad Cleri feliciorem inſtitutionem magis conferrent, ubi clavum tenuit, coepit ſedulo cogitare, inde oppido ratus Chriſtianam totius populi pendere formam, morumque rationem. Quumque ille non modo bonarum artium uſu, & cognitione praeſtaret, ſed eſſet maxime in Ebraicis, Graecis, Latiniſque literis verſatus, in eo totus fuit, ut haec diſciplinarum adjumenta ad ſucciplenam rerum intelligentiam tum in Eccleſiaſtica eruditione, tum in Phyſicis, ceteriſque naturalibus facultatibus addiſcendis Clericorum ſuorum Seminario uberius adcederent. Propterea quae decebant, ab Epiſcopo vigili navoque omnia ſuis proviſa: Typorum optimorum Libri: ſtudiorum Duces gnari & ſolertes: propoſita ampliſſima diligentioribus Sacerdotia. Etſi enim virtus per ſe ipſam maximopere diligi promereretur; omnis tamen tum publica tum privata res poena, & praemio, ut ille ajebat, Graecorum ſapientiſſimus, continetur. Hoc ſane conſilio, cui rei dirigendae ſummam praecipue dele-

delegaret, licet animo ſecum conſtituiſſet, & Majello dumtaxat id operis convenire, ſtatim ab initio incoepti proſpexiſſet; edixit tamen, ut qui eloquentiae provinciam omnium praeclariſſimam obire vellet, coram ſui periculum faceret, eruditioribus ſcilicet, atque hominum opinione longe doctiſſimis publico experimento probandus. Biſſenis & amplius vicibus acto conventu de optimo deligendo, Majellus palmam praeripuit. Quamquam enim coram nunquam venit, candidatis adſcriptus; cui nimirum ad gradus, atque eruditi hominis famam adſpirandi religio inerat: nihilominus remotis arbitris, privatiſque Archiepiſcopi, aliorumque Virorum doctiſſimorum congreſſibus expenſus, omnium digniſſimus, qui ceteris anteponeretur, inventus eſt. Ea quippe praeſtitit caſtitate ſermonis, qua tum etiam eminebat, & linguarum Graecae, Latinae, & Ebraicae, quam, docente nemine, calluit, ſingulari peritia excelluit, ſic ut ſupra nihil poſſet. Lato judicio Majellus pudore ſuffuſus magis, ut erat natura ingenuus, & prope ad verecundiam factus, quam ſupercilio ſeverus, atque adeo, ut fit in ejuſmodi literarum conflictibus, inſoleſcens, latitare penitus voluiſſet: elationem animi, & adrogantiam, quae ſaepe mortalium plures tranſverſos agit, inflatos nomine ſapientiae potius, quam re, uſque adeo veritus eſt. Sed neque potuit, fama ſcilicet in frequentiſſimam civitatem continenter vulgata, nec ſi potuiſſet Cantelmus non modo ſapientum hominum fautor, ſed aeſtimatur acerrimus, morem homini theatrum averſanti geſſiſſet. Quare ipſe quemadmodum Cantelmo obſequutus Academiam Ducis Auguſtobrigae, Neapolis tum pro-Regis, in qua ſaepius differuit Ebraice ſapientiſſime, frequentaverat; ita demum, ut eidem ſe permitteret coactus, eloquentiam docere inſtituit; Seminarii vero regendi curam, quae magno ibi honore ſemper eſt habita, aetatem nimis adhuc imparem excuſando, conſtantiſſime repudiavit.

Dum hanc ſpartam ornaret ea doctrinae laude, quae viget adhuc, & vigebit ibi maxime ad aeternitatem, ubi firmiſſima fundamenta jecit verae ſolidaeque eloquentiae comparandae, Matheſim Carolus, & penitiora Philoſophorum placita, multa ſuggerente frequentibus in colloquiis Luca Antonio Portio, viro ea aetate celebratiſſimo, & recudere diligentius inſtitit, & meditatione perficere. Jam tum ſeceſſio coeperat, quae noſtris hiſce temporibus, tametſi lenius, magnis tamen, vulgatiſque clamoribus ſcholas agit in partes: novam ſcilicet philoſophandi rationem plus aequo a veteri defeciſſe: metuendum omnino eſſe, ne effraenata ingeniorum libertate Religioni periculum immineret: his propemodum armis Romae hoſtes perdundae rei Catholicae anſam adripuiſſe, quod ni cuſtos Eccleſiae Deus procul avertiſſet cladem, facili negocio peſſum late omnia daturos, innumeris in errorem, iiſque maximis, & potentiſſimis populis foediſſime inductis. Sic homines, quam par eſſet, pertinaciores, pluſque ſatis antiquarum notionum vindices, quas olim imbiberant, invidiam recentioribus imponebant, perinde atque oculos mallent, ut eſt effatum, cornicibus configere, & non potius veri ſpeciem luculentius inveſtigare. Huic tam praejudicatae opinioni

ut

ut Majellus occurreret: erat enim illi perſuaſum, magnum illud & potiſſimum bonum, ſcilicet veritatem, ad quam animus imperator rerum humanarum cupidiſſime adſpirat, filiam temporis eſſe, ut ait Gellius, neque idcirco protinus totam exſtare poſſe, ſed ſenſim atque interpolatis obſervationibus ſeſe emergere mortalibus contemplandam: Dialogos conſcripſit de juſta libertate Philoſophandi. In iis limites, extra quos declinare ſine piaculo minime poſſit, rectae rationi, mentiſque, regnum ſcientiarum inſolentius adpetentis, cupiditati, unde omne malum jam inde ab initio in homines, circumſcripſit, tam aequo jure, ut liberum quum adſereret eſſe omnibus cogitare de natura rerum, deque efficacitate cauſſarum, quae oculis obverſantur; de Deo ſecus, ceteriſque ad Deum pertinentibus, quae rationem ſupereminent, cogitandum invictiſſime diſputaverit. Hinc Metaphyſicorum audaciam ſuggillare opportunum cecidit, quos extra chorum ſaltare, ubi aliena a judicio rationis ſibi adrogant impudenter examinanda, contendit. Qui enim expiſcari queant ſine ope critices, aut quibus ex fontibus criticen derivare, quos humana ratio non adtingit? Huc ſpectat, quam pari laude adornavit in Poireti Opus, Cenſura, gravis ea quidem atque elegans, ſed quod in ore omnium, atque in oculis fuit, argumentorum acumine, ratiocinandi nitore, & profunda quadam ex theorematibus concludendi conſequentia ſubtilitate mirifice inſtructa.

Inter haec Cantelmus vita deceſſit, & qui ſubinde Vicaria poteſtate regimini Eccleſiae praefuit, comperendinare diutius noluit, & ſive hoc ſibi conſtituiſſet agere, ſive aliena foret authoritate permotus, Majellum in ſcholis erudiendis deliteſcentem, fruſtraque aetatem, vireſque cauſſantem ſuas, Seminario Clericorum praefecit. Quotuſquiſque facile intelliget, cui bono fuerit, Majellum & moribus & diſciplinis praeeſſe. Nae ſi quiſpiam agrum, ſuis ante vigiliis, & laboribus floreſcentem, per ſe ipſum curet, iiſque ſeminibus conferat, quae ipſe legat, ſubigatque tuſis glebis, & ruderibus coaequatis, in ſpem erigitur futuri compendii maximam; ita ſane Majello contigit, qui novi adceſſione muneris perficere authoritate ſua potuit quae tamdiu in votis habuerat. Quamobrem totus incubuit, ut ſtudiorum ratio, quae per ipſum coeperat, ſtabiliretur, & quidquid in eam rem foret, ſapientiſſimis inſtitutis in poſteros propagandum decerneret. Hinc Graecarum, atque Ebraicarum literarum cognitio, quibus omnis religio nititur, jacto funditus ſolo omnibus patuit, fuitque in primis ad Sacrorum captum, & Eccleſiaſticae antiquitatis peritiam, velut initium lege lata poſitum. Hinc exſoleta illa Sophiſtarum calumnia e ſcholis abſuit, & quod praecipue in meditatione rerum ſalubre, ac frugiferum nuperis erat experimentis, inventiſque patefactum, putidis opinionibus ſubrogatum. Hinc e puris fontibus hauſta morum, temporum, Romani juris, & Canonum ſcentia; totuſque orbis diſciplinarum adeo coepit excellere, ut loci fama vel ad exteros dimanaverit, fueritque in honore, atque aeſtimatione maxima.

Ad hanc hominis indefeſſam in promovendis politioribus ſtudiis induſtriam mirabiles adceſſerunt laudes. Nam & in eo res tota Seminarii publica

blica nitebatur: ipſe omnibus proſpicere , ſingula providere , apud omnes adeſſe, laudare, increpare , nullis laboribus parcere : idemque & Dogmatum, & Linguarum, & Canonum , & Eloquentiae , & Civilium legum , ſi quidem opus eſſet, ſuffectus, obire magiſteria Profeſſorum identidem ceſſatione vacantia, ut unus omnium vicibus fungeretur. Quare Majelli laudem non labor aliorum peperit, neque is per otium agens, ceteros: quod frequentius adcidit : officium ſuum commonebat . Hoc nimirum eſt Dominum, non moderatorem eſſe. Ipſe in concione, in lycaeo conſultor idem , & ſocius ad laborem cum ſingulis , non ſolum multus, ſed totus aderat, ſeque, ſibique creditum gregem in omnibus rebus juxta gerebat. Quod hercle mirandum puto , hominem tam diverſis ſtudiorum curis diſtentum , nuſquam tamen aut vitae victusque communitati , aut rei Divinae , aut publicis ad Deum precibus defuiſſe.

Igitur ad imitandum quum foret omnibus exemplum propoſitum Vir maximarum virtutum commendatione , & merito clarus , quot ſui ſimiles moribus effinxerit , unuſquiſque facile intelliget . Enimvero magna loqui , vel ſcribere, quod etiam veteratores ſciunt , perſaepe ad ſapientiam doctoribus nihil prodeſt . Philoſophi ut ſimus , non verbis , ſed factis opus eſſe, veteres dictitabant ; verba quippe eloquentiam ſuapte natura , facta virtutem mentibus ingignere, experientia didicerant. Quod Majelli quum altius inſediſſet animo, illud gnaviter adlaboravit, ut neque conſilio, neque opere priorem alium pateretur, omnes diligentia, doctrina, virtutibus anteveniret. Quibus rebus, etſi ipſe in obſcuro cupiebat eſſe , ne famam incurreret , tamen & quia optimi cujuſque vita non caret gloria , eſtque illi ſemper lux quaedam ingenita, quae nolentibus etiam atque invitis ſuffunditur; & quia in omnium oculis vivit qui omnibus praeeſſe cogitur, coepit eſſe non ſolum in celebritate , ſed in admiratione , cultuque omnium . Jam inde a puero ante Aras Deum orare prolixius conſueverat: quem morem nunquam remiſit, quo ſe cumque ſtudia, vel curae traherent: noctis praecipue horas de genu ſupplex, & in faciem pronus , Auguſtiſſimum Euchariſtiae Sacramentum veneraturus , agebat quotidie emotione animi tanta , ut pene ſeminecem, aut ſine ſenſu lapidem crediḋiſſes. Idemque Sacris peractis in faciem caritatis incendio, quod mente conceperat , erumpente, toto ore ſuffuſum aeſtum, & flammeum colorem referre videbatur. Quae ſingula, ubi explorantibus patuerunt: ea ſunt etenim , quae diu latere minime poſſunt: venerationem illi, ut habet quidquid excellit, pepererunt maximam.

Defuncto Cantelmo Archiepiſcopo Franciſcus Pignattellus ſufficitur. Hic priuſquam Neapolim adcederet, quum adhuc Romae detineretur, Majellum, nomine tantum, & ſermonibus ſibi notum, Metropolitanae Eccleſiae Canonicum renunciavit. Id ſibi ſane pollicitus, quod deceſſores, Virum talem magno futurum ſubſidio rei bene gerendae, tantumque Sacerdotium, quantum Neapoli praeeminet, ſapienter adminiſtrandi ipſius prudentia, & probitate conſilii. Verumtamen brevi ſpes omnes interciderunt. Nam licet tentatus primum Sueſſanorum Epiſcopatu Majellus, oblatam dignitatem con-

conſtantiſſime abnuerit, quum ſupra ſe ipſe omnia, infra vero nihil penitus cerneret, imperio tandem Pontificis arceſſitus in Urbem, parere cogitur, Romamque iterum petere.

Petri Sedem per id aetatis impleverat magnum in Pontificum Romanorum Faſtis, veteris majeſtatis & gloriae nomen, Clemens Albanus. Quae fuerint ineunte hoc ſeculo calamitates, diſſidia, bella, quibus Europa tota concuſſa eſt, ſciunt qui procellam illius temporis meminerunt. Exſtincta Regum clariſſimorum proſapia, Regna Regnis infenſa uſque eo exercuerunt odia, ut gentium ubique & locorum magnis copiis, & claſſibus comparatis, terra, marique pugnatum ſit acerbiſſime. Ad haec Religionis negocium a nova ſemper molientibus impetitum. Aucta inter Germanos Haereticorum potentia, alterius ex eorum numero Septemvirorum Collegio adceſſione facta. Bajana apud Gallos inſania novis lenociniis, & coloribus propinata. Sinenſium ſuperſtitiones in dies debacchatae, ſtudio partium pertinacius deducto, ſciſſoque. Haec erat facies illorum temporum foeda. Atqui magni Leonis, cujus in clientelam fidemque dederat ſeſe, invictum animi robur, & fortitudinem aemulatus ita Clemens geſſit Eccleſiam, ut in eo foret magna non Religionis modo, ſed Literarum cura. Undequaque petitis linguarum exoticarum manuſcriptis exemplis: qua in re Eliae primum Antiochenae Eccleſiae Archipresbyteri, tum Joſephi Simonii Aſſemani, *Avunculorum meorum*, intelligentia, atque opera uſus eſt plurimum: Vaticanam Bibliothecam auxit, ornavit, locupletavit; atque illuc maxime incubuit, ut Viris munera, non Viros muneribus deſtinaret, artiumque profeſſores graves, & omnium praeſtantiſſimos coleret, foveret patrocinio, honoribus decoraret. Quae ideo a me, ſiquidem opportunitas incidit, memorantur, non ſolum ut tam magno Pontifici de bonis omnibus, quam qui maxime, merito, debita laudis rependatur gratia, ſed ut etiam, quo ingenio foret, quave in Literis, & Literatis hominibus perquirendis alacritate, & judicio, nemo unus neſciat; ex hoc enim Majello magna laudis adceſſio, quod eum talis Pontifex dignum ſe, ſuaque benevolentia & conſuetudine judicarit, praeſertim in tanta Eruditorum frequentia, quanta illo tum aevo Principem ſummopere liberalem ſtipabat non laudatorem modo, ſed vindicem, & retributorem munificentiſſimum recte factorum.

Anteaquam vero Majellus Natale ſolum verteret, Romamque, quo advocabatur, diſcederet, illud praecipuum dedit virtutis ſpecimen, quo magis palam demiſſio animi fieret, qua ſe ſuaque omnia deſpicatui ducere inprimis habuit. Erant illi permulta diuturnis meditationibus elaborata ingenii opera eximia, quae ſi modo exſtarent, Virum undequaque perfectum mehercle noſtra haec anteactis aetatibus non invideret. Haec itaque in faſcem congeſta cremavit univerſa: illud animo intendens, ut nec vola quidem, aut veſtigium ſupereſſet nominis ſui. Quod niſi conſcripta a pluribus, dum ea publice traderentur, in auditorum animis, & manibus conſediſſent, de Divinitate, de Legum, de Canonum jure, de Proſa, Vorſaque Oratione inſtituta ab eo ſapientiſſime penitus interiiſſent. Hoc fato miſero, fune-

ſtoque

ſtoque pleraque omnia conſumta ſunt. Quamobrem & de Poireto Cenſuram, & Dialogos de juſta libertate philoſophandi, & Lectiones Ignatianas deſideramus. Cujus poſtremi Operis jactura Nicolao Capaſſo, Viro, ut erat acri judicio, minime facili, minimeque blando, lacrymas civit, quod ejuſmodi eſſe diceret, ut nimirum omnium veterum eruditionem de re Eccleſiae publica doctrina, & differendi elegantia provocaret. Verumtamen non haec ratio tota Majelli Operum paucitatis. Illud adcedit potiſſimum, quod ipſe multa vel omnino ſuſtulit, ne legerentur, vel mutilata vulgavit, ut minimi fierent, nominis ſui videlicet celebritatem, ſi ut erant numeris omnibus abſoluta, edidiſſet, inde veritus magis ſuborituram. Haec ſunt in cauſſa, quare Chriſtianum Apologeticum ad perpendiculum jam exactum, & limatius quam cetera elaboratum, ornamentis ſpoliavit, ſolis ad cauſſam neceſſariis relictis. Compoſuerat etiam ea de re Dialogos omni eruditione, atque elegantia pleniſſimos, quos quum maxime probari animadverteret, ne forte cogeretur in lucem edere, laudem ſubveritus, flammis abſumſit, pluribuſque aliis aeternam oblivionem, atque obſcuritatem aſperſit; ut ſcilicet eruditi hominis opinionem declinaret. Quod quum videret ſapientum reprehenſionem incurrere: erant enim qui hoc eum nomine, ſuo quaſi jure carperent, praeſertim ex iis, quorum neceſſitudine, & amicitia utebatur; conquerentibus nimirum comiter, male ipſum de tota re Literaria mereri, quam novis uſque ſubſidiis ſuopte ingenio, Deo largitore, comparatis fraudaret, hoc reſponſum dabat: Superfluere immenſis librorum opibus Bibliothecas: eas ſi quis adiret, fore ut ſapientiſſimus evaderet, ſi quidem vellet. Praeterea certum habere ſeſe, fixumque animo, difficillimum eſſe, ut qui cogitata mentis evulgat, adrogantiam ab ſe, atque inditam natura gloriae cupiditatem rejiciat. Quam ob cauſſam oblata religione ſic ſtatuenti, quid mirum, ſi pauca mox ſuperfuerint ex prope innumeris, quae fuſo calamo identidem exaraverat? Sintque dumtaxat prae manibus vel ab incendio reliqui, vel in ſuis Operibus ſupprimendis ſagacitati ſubtracti libri non bene multi; atque in his Apologeticus, de quo ſupra diximus, & alter de Neapolitani Regni erga Petri Cathedram Religione, ab Anonymi calumniis vindicata: qui liber occaſio fuit offenſionis cuncta indignantibus, quae Sacerdotium Imperio praeferunt. De vita inſuper Michaëlis Mercati, Metallothecae praefixa: de Conjuratione Neapoli conflata, atque exſtincta anno 1701. variis deinde exterarum linguarum literis tradita, ob excellentiam dictionis, & rerum. Ea deinde Cardinalis Cantelmi Synodus Provincialis, quae tantopere & Canonum gravitate, & nitore ſtyli in omnium ore verſatur. Par denique Orationum pulcherrimarum: altera, quum juſta perſolverentur coram Pontifice Thomae Cardinali de Tournon, ipſius egregia merita, & fortiter pro fide geſta, fide non tamen temporum, ut ait Salvianus, ſed Evangeliorum, efferens laude ſumma: altera vero de Liberalibus artibus, in Aede Capitolina Etruſco lepore, & munditia nitidiſſime comta, ut nihil magis. Haec perpauca in luce eſſe, atque in oculis Literatorum verſari per eum licuit. Inedita vero & gravitate argumentorum, & numero longe uberiora. His

 ad-

adcenſemus in Poſitivam, & Scholaſticam Theologiam Diſſertationes plures: de Epiſcoporum Catalogorum authoritate Tractatum: Orthocriſim in Acta Martyrum, eorumque confutationem, qui plus aequo in ſuſpicionem Acta Martyrum ex levibus conjecturis vocant: De eorumdem Martyrum Memoria, Cultu, Reliquiis, feſtis celebritatibus, & Canonizationibus: de Coemeteriis: de variis Martyriorum generibus: de Ritu, ſtatuque orandi ante Martyrium. Praeterea librum omnimoda eruditione refertiſſimum, cui titulus: Martyres Chriſtianae doctrinae vindices: in quo id ſibi ſtatuit, ut quemadmodum ex authoritate Hiſtoriarum, Conciliorum, & Patrum plerique omnes Theologi ab inſipientium erroribus Catholicam veritatem cavent; ſolis ipſe Martyrum Actis genuinis, atque ſinceris eamdem veritatem invincibiliter adſerat. Ad haec de Moribus, & Ritibus Eccleſiaſticis Expoſitionem eximiam: Dodwellii multa peccantis, quum Cyprianicas Diſſertationes agit, Reprehenſionem gravem: de Origeniſmo: de Haereſibus, earumque fontibus Diſquiſitionem: de Communione; qua data opportunitate, gentium ſuperſtitionem, Rituſque Eccleſiae, & Dipthyca in medio ponit. In ἄωρα βρέφη Commentarium eruditiſſimum, in quo de precibus Graecorum, Chaldaeorumque pro Parvulis immaturis, deque veterum Sanctorum Patrum circa hocce caput judicio diſertiſſime agit, atque ex ipſa Graecorum verborum vi, & ſignificatione, quid ſibi velint ἄωρα βρέφη, luculenter demonſtrat. In primam Tabulam Menologii juſſu Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris editi, quemadmodum & in alteram ejuſdem de Stylitis, quorum Ordinem, & Inſtitutum in Oriente coeptum, in Occidentem mox propagatum adfirmat, Diſſertationem doctrina plenam: de Euſebiana Actorum veterum Martyrum Collectione, quam eo in ſenſu, quo vulgo praedicatur, ad fabulas rejicit, monetque, Euſebium ſomniaſſe nunquam de antiquis Martyribus ſcribere, aut eorum Martyriorum Hiſtoriam componere; ſed in eo dumtaxat operam poſuiſſe, ut Acta, & Monimenta, quibus eſſent ab aliis conſignata veterum Martyria, colligeret, eorumque collectionem emitteret. Mendacii originem, & progreſſum demonſtrat; atque ita demum certiſſime ſtatuendum cenſet, quod quidem in Actis antiquorum Martyrum colligendis reipſa praeſtitit Euſebius, nunquam funditus interiiſſe; quod vero intercidiſſe dolent plerique omnes, nunquam fuiſſe ab Euſebio praeſtitum. De Epocha Martyrii Sanctae Theodotae; aliaque plura. Nos haec tria poſtrema, quod poſſumus, ex diſperſis, diſſipatiſque fragmentis, quae nobis ſuppeditavit cl: Vir Dominicus Majellus, Caroli noſtri ex Fratre filius, coalita, proferemus. Utinam edendorum omnium, quae recenſuimus, eadem, ut votum eſt, ita etiam facultas eſſet. Geſtiret animus gaudio, ſi hoc tantum bonum noſtris curis, atque vigiliis Literarum Reipublicae adferre poſſemus; eſt enim laudis cuique ſatis, qui laudati Viri nomen, & ſtudia ad poſteros propagare contendit, quo cum literis queant Divinitus accepta ſapientiae dona vivere ad aeternitatem.

Illud autem ſatis mirari non poſſum, quod haec tam multa, tamque diverſa, graviſſimis rerum moliminibus circumventus, praeſertim quum

Ro-

Romae ageret, ubi pleraque adortus eſt, ſubſecivis tamen horis potuerit tam luculenter perficere; Idemque, provecta jam aetate, ceteris ornamentis ampliſſimae eruditionis, Samaritani quoque, & Chaldaici, & Syriaci ſermonis, Joſepho Simonio Aſſemano, meo Avunculo, inſtituente, peritiam adjecerit, Arabicum inſuper adgreſſurus, ſi quidem hiatu gutturis voces aptius proferre potuiſſet. Verum ad Ebraicae linguae captum quod adtinet, ea fuit Hominis fama, ut Rabbinorum Schola, ſuperba illa quidem, & pertinax, noſtriſque admodum Myſteriorum ſanctitatibus, & Bibliorum interpretationibus juxta atque pugnaciſſime infenſa, Majellum ſaepe, ſi quibus verborum ambagibus fluctuabat, veluti oraculum nativae, & germaniſſimae Librorum Divinorum intelligentiae conſuleret. Virum talem Pontifex, eruditorum hominum aequiſſimus aeſtimator, amore ſuo dignum cenſuit, quia in paucis ſummum; amorem quippe ſuum Clemens non proclivitate animi, aut ſtudio, ſed virtute, & meritis metiebatur.

Itaque per honoris gradus, ut illi mos erat, ne quis unquam temere ad dignitates prorepere videretur, Eccleſiae primum, atque Aulae tyrocinio parumper exercitum, probatumque, Majellum ad majora provexit. In Principis Apoſtolorum Baſilica inſigni Canonicorum ordini non rogantem adſcripſit: quod eſt in Urbe Sacrorum magiſtra munus ampliſſimum. Mox illi taliter aucto, ornatoque Vaticanae Bibliothecae Praefecturam, hoc eſt, univerſae, qua late mortalibus patere poteſt, ſapientiae theſaurum toto orbe locupletiſſimum credidit, eo conſilio, ut quam eruditioribus Romana Eccleſia provinciam committere conſueverat, non modo qui forent ceteris facultatibus, queis homo ſapiens, & ſciens efficitur, ſed etiam linguarum exoticarum peritia, quam qui maxime, inſtructi, eruditiſſimo omnium traderet. In hac enim Bibliothecarum maxima, & praeclariſſima, ex veteri lege, inſtitutoque Pontificum, non ſolum Latine docti, ſed gnari praeſertim ſcriptionum, quibus Orientis Eccleſia pro Ritibus, Caeremoniiſque Sacrorum utitur, ſtipendia merent; Virum propterea ejuſmodi ſibi quaerit, omnigena erudirione clariſſimum, qua his omnibus advigilando par eſſe poſſit, ut Majellum ſcilicet.

In hoc novo curriculo quantum Carolus praeſtiterit, facile eſt advertere ex rebus illius geſtis. Hominem in ſtudiis omnibus enutritum, omni genere diſciplinarum, & rerum auctum, uſuque madidum, libris, & diuturnis vigiliis a teneris ſolitum impalleſcere, illum ſi ponas, ubi opes ſcarent librorum immenſae, & congeſta omnium rerum, & gentium exempla ſuppetunt, ingenio praeſertim facili, & conſuetudine animum impellente, quid fuiſſe tandem facturum rere? Recruduit tunc temporis querela ea vetus, & permoleſta, quam ſaepe clamore partium magno ſeculi Poteſtates inſtituerunt, Siciliae nempe Regnum Eccleſiae dominio ſummo ſubtrahere connitentes. Majello mandatum eſt, de jure Eccleſiae ſcribere. Scriptum deinde judicium grave, & ſapientiſſimum, in Arcem Aeliam ad poſteros commonendos, memoriae aeternae conſignatum. Exulceratum in Gallia Janſenii vulnus reſerbuit, Queſnellii tabe diffuſa. Majellus quod ex oraculo Petri Sedes edi-

edixerat, ad coërcendam inſaniam, momentis doctiſſimis propugnavit. De Jure gentium praeterea Opuſculum exegeticum, quo Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinales, ubique locorum degentes, Romani Pontificis ſub poteſtatem eſſe, luculenter demonſtrat, juſſus elucubravit. Idemque Sinicas cavillationes, veritate rerum detecta, mirabiliter patefecit. Et ſexcenta ejuſmodi elucubrata vigiliis prope immenſis, quae non eſt otium referre, licet digna memoria temporum ſempiterna. Equidem ſentio, tantam hominis eruditionem magni illius Pontificis opinionem certe promeruiſſe; at vitae ipſius modeſtiam, & continentem cupiditatum moderationem eum inſuper Principi Optimo effeciſſe in primis carum, acceptumque, ob talium Virorum paucitatem. Licet enim in unaquaque re videndum ſit, quatenus, minimeque deceat inſolenti vel gloriae, vel dignitatum, vel opum libidine animum rapi; difficile eſt tamen ſibi temperare, ubi, quae oculis obverſantur, univerſa honoris, & famae aucupandae ſtudium inſpirant, ut Romae ſcilicet, magnis propoſitis laborum praemiis, ad virtutem acuendam. Hinc ambitio mortalium animos agit: quod tamen vitium propius virtuti eſt. Nam, ut ait Criſpus, gloriam, honorem, imperium, bonus, ignavus aeque ſibi exoptant; ſed ille vera via nititur, hic, quia bonae artes deſunt, dolis, atque fallaciis contendit. Contra Majellus tantam ſibi ſtatuit tum univerſae vitae, tum ſingularum actionum aequabilitatem: in quo decorum, atque honeſtum eſt poſitum: ut Pontifici ipſi, Viri merita compenſare cupienti, eumque ideo, ut abs ſe peteret, peramanter hortanti, quid mallet, ſatis haberet, gratum animum profiteri, proinde quaſi nihil cupere, aut nihil velle id demum foret moderatione uti. Quamobrem ut Aulae miraculum, ob exempli raritatem, Majellum Pontifex oſtentabat: quae res illi perhumiliter de ſe, ſuiſque omnibus cogitanti, ita animum torquebat acriter, ut cuidam ſui amiciſſimo, viro ſummo & Chriſtianae Ethices peritiſſimo, non ſemel cum lacrymis adfirmaverit, ſe, qui genere morum omni, & poenarum ſenſu probaſſet, ad meliora chariſmata, ut monet Apoſtolus, aemulanda; amorem tamen ſui eatenus exſtirpare, atque excutere non valuiſſe, quoad imparem de tenuitate rerum ſuarum conceptam Pontificis aeſtimationem minueret: id quod facili negocio quiviſſet adſequi, modo in animum inducere potuiſſet, ſibi fas eſſe Pontifici ſciſcitanti, vel oſcitanter, vel temere reſpondere. Verumtamen obſervantia ſumma, qua Vicariam Dei poteſtatem colebat, & veritatis amor ingenitus ſuadebant aliter: uſque eo Viri virtus ſolertia evaſerat, ut ea nimium multa, vel certe plus aequo ſagax, & cauta videri poſſet. In hoc itaque bivio poſitum, quem ſcilicet hinc religio inceſſerat, ne quid dicenti excideret, quod intime non probaret, inde vero ne pluris fieret, quam ipſe faceret ſeſe, angebat animi perturbatio tanta, ut rurſus de receſſione a curis, atque honoribus cogitaverit. Sed iterum alia commonſtrata Divinitus via. Quod autem potuit, illud magis magiſque inſtitit, ut nimirum procul a conſpectu hominum, & conſuetudine ageret, ſibique vacans dumtaxat, receſſum, & ſolitudinem quaereret. Quae vitae ratio tamen nullatenus obſtitit, quominus ille penitus delitеſceret; quin imo.

Digitized by Google

imo, ut adcidit, deſiderium, quod privatione rerum acuitur, ejus augebatur magis, ſi quando e latebris evocatus, ſententiam ſuam rogaretur; ſemper enim novum aliquod doctrinae ſpecimen expromebat, quod antea non exſtiterat. Id contigit, quum de re quapiam ex multis & magnis, quae ad hanc Apoſtolatus amplitudinem pertinent, ageretur, conſilio hominum, Juris in primis peritiſſimorum, coacto, in quo repente Legum ſcientia uberi, ſolidaque inſtructus adparuit, non ea quidem callida, & veteratoria, quae ſaepe quod poſitum eſt in una cognitione id, quo plura, & difficiliora adferre videatur, in infinita diſtribuit; ſed ea, quae prudentia juris eſt, quaeque Legum naturam, & Conſuetudinis indolem, qua privati utuntur in Civitate, & ad reſpondendum, & ad agendum, & ad cavendum tenet: in quo juſtitiae fundamentum ſtatuitur, ut pro dignitate cuique tribuatur. Id ei laudem peperit ſummam, quem in ſtudiis Forenſibus peregrinum, atque hoſpitem reputaverat vulgus eorum hominum, quorum theſaurus totus in lingua ſitus eſt.

Non deerant, ut ſemper, tum quoque inter Aulicos, & Principes Viros, qui de Majelli virtute ſuſpicioſe judicarent; ſive id habeat virtus periculi, ut non raro oſtentetur ſpecie, & colore tenus; intus autem ſit vacua: quod certe contingit ſaepe: ſive difficile reapſe cenſeant mortalium plures quod ab eorum moribus alienum eſt, ſive commune vitium invidia ſubeat animum intuentium praeſtantem magnitudinem & excellentiam hominum praeclarorum. Itaque opportunum tempus convicio quidam ex Primoribus circumſpiciens, coram magna totius Aulae frequentia Majellum impetit, verbiſque acerbiſſimis rogat, numquid ipſe vellet magiſterium ſibi ſumere Latine ſcribendi, ſic ut pene ſolus excellere videretur, qui tam diverſus a ceteris & dictione, & apicibus ſcriberet? Simulque certa indicavit, ut ſeſquibarbara, quae Latinitatem puriſſimam redolebant. Continuiſſet nemo ſeſe, praeſertim in bona cauſſa, ad ſtuporem rhetoris, ſeu potius pecudis, inauditum. Majellus hilari vultu, compoſitoque ad humanitatem, ſtultitiam hominis tacitus devoravit, illudque addidit liberaliter, ſe, licet veterum in ſcribendo rationi morem gereret, paratum tamen nihilominus eſſe ſcripturae menda una litura corrigere. Quod & continenter fecit, totumque opus verbis longe immutatis retexuit, demirantibus etiam modeſtiſſimi Viri continentem animum, qui de illo tam impudenter, ac temere experiri voluerunt. Qua eadem moderatione uti neceſſe habuit ſaepius in aliorum ſcriptis cenſoria virgula caſtigandis. Unum proferam Johannem Antonium Lanciſium, cujus quidem in re Medica laudes non ſunt exiguae. Hic Majelli tempus obſidebat frequens, ut ſua politius limaret, quae quum ſermonis impuritate, & barbaria non ſemel infuſcarentur, dolanda potius, quam limanda Viro emunctae naris videbantur. At ille, ut erat ſuavitate mirabili, & pudori parcere, & Authoris errata corrigere peramice, & patientiſſime ſatagebat, tanta lenitate animi, ut non docendi praeceptorem, ſed diſcendi diſcipulum ageret. Erat enim non modo naturae habitu facilis, ſed minime omnium cupidus laudis, cui velificari ſapientes, & probi & honeſti homi-

BIBLIOTECA NAZ. ... VITTORIO EMANUELE

homines putarunt ſemper vacare culpae, vel ſuſpicione leviſſima. Quod fuit in cauſſa, quare perhonorificum Regiorum Adoleſcentium Hiſpaniae Principum magiſterium reſpuerit; ſpemque omnem inde opum maximarum, & dignitatis in Eccleſiae praecipuis eminentiſſimae ſic ſibi praecidere, quam honoribus florere boniſque mallet. Rem omnium praeclariſſimam opus eſt heic paullo altius repetere. Hiſtoriam de Conjuratione, quae Neapoli anno 1701. conflata eſt, ſcripſerant juſſi duo eruditiſſimi Viri, quam juſſus pariter Majellus examinare, minime probavit, utpote quae maculam illuſtribus quibuſdam Familiis inſpergeret, quas propter unius culpam perſtringebat omnes: quod gloriae, aequitatique Philippi V. Regis fore invidioſum videbatur. Judicium hoc Dux Populenſium Cantelmus, & Princeps Cellamaris, emunctae naris Viri, qui ſcribendae hiſtoriae authores fuerant, ſequuti, Majello ipſi ſcribendi onus impoſuerunt. Quod praeſtitit eo ſucceſſu, ut nedum egregium opus Principes maxime laudarent, ſed & Rex Philippus admiraretur. Hinc factum eſt, ut quum de Authore quaeſiviſſet, didiciſſetque, in eo parem eſſe doctrinae probitatem, & ſapientiam, ſtatuerit, ipſum ad Ludovici Principis Aſturiarum, mox Hiſpaniarum Regem, aliorumque Regiorum Infantium educationem advocare, propoſitis ampliſſimis praemiis. At Vir magnus, aeque contemtor divitiarum atque honorum, Franciſco Card. de Aquaviva, Hiſpaniarum ad S. Sedem Legato, Viro ſpectatiſſimo, rerum gerendarum peritia, conſiliique dexteritate praecipuo, aliiſque qui nomine non ſolum Philippi V. ſed & Avi ſui Ludovici Magni Galliarum Regis honorificentiſſimam ei provinciam proponebant, conſtanter reſpondit: Indignum ſe eſſe tanto munere ſubeundo. Qui vero juſſi fuerant, quid animi Clementis XI. ſuper hoc foret, explorare, norant, ſapientiſſimum Pontificem nunquam permiſſurum, ut tantus a ſe Vir diſcederet. Quae quum Philippo renunciata eſſent, atque alii ejus loco Viri excellentes proponerentur, nullum horum, quandoquidem Majellum non obtinuiſſet, admiſſurum ſe, dixit Rex, nec quidem admiſit.

Propterea mirum non eſt, ſi in Clementis XI. locum Innocentio XIII. ſubrogato aeque carus Majellus fuit. Spectata prudentia cum fide, & magnarum rerum exercitatio diuturna ejuſmodi erant, ut eum Pontifici Summo, aviti generis majeſtate, & Romanorum Antiſtitum tot domeſticis imaginibus ad Eccleſiae Principatum, ſi per leges liceret, jure ſanguinis prope nato, maximopere commendarent. His adcedit, quod Carolum noſtrum Dominicus Ribera, ab Arcanis tum Notis, & Sacri Cardinalium Collegii a Secretis, nunc ampliſſimus S. R. E. Cardinalis, faciebat plurimi; hoc eſt, Vir magnus & gravitate conſilii & prudentia agendorum Majellum Pontifici ſuo judicio probavit. Satis iſtuc fuit Innocentio, cur minime dubitaret, laudatum probatumque a laudato probatoque viro hominem, integritate & doctrina jam omnibus notum, in oculis, & in amoribus ferre. Itaque illi & ſeſe, & graviora Chriſtianae Reipublicae negocia credere: eum de rebus implicatiſſimis tanta humanitate, & fiducia conſulere, ut ſciſcitans aliquando, quid de re quapiam graviſſima judicaret: Age, dixerit, fare perinde ac tibi

tibi gerenda res foret, non conſulenda, eademque ratione utere, qua ſi tertiarum arbitrium, ut nobis eſt, ſic tibi delatum foret, utereris. Quae hiſce verbis inſit laudis, & amoris praerogativa, proclive eſt iis dumtaxat capere, qui illius Pontificis ſeveritatem, minime popularem, & praeſertim familiariter conloquendi parciſſimam, meminerunt. Hinc fiebat, quod quum ſaepe haberentur de rebus difficillimis conſultationes, adforet Majellus ſemper, deque ejus ſententia agerentur multa, quod Pontifex tum aliorum conſilio acquieſceret, quum Carolus remotis arbitris ea agi poſſe ex conſulto adfirmaret. Comaclenſis ditionis quaeſtio, quam ab Ateſtino Regulo ſtare avitis juribus, quidam Caeſari perſuaſerant, magnis & moleſtiſſimis curis Sacerdotium tum detinebat, veritum, ne legitima a remotiſſimis ſeculis poſſeſſione Eccleſia dejiceretur. Coeptum ſub Clemente diſſidium, ſub Innocentio promotum, compoſitumque eſt. Verum hoc praematura morte correpto, ad Benedicti Tertiidecimi tempora protracta concordia, tum demum patuit. In hac gravi contentione, utrinque obnitentibus partibus, hinc videlicet authoritate ſumma, potentia inde in terris longe omnium maxima, Majelli ſolertia, & conſilium pro bona cauſſa plurimum valuit; eamque ipſius ferme ductu, manuque confectam credere ſi quiſpiam velit, per me licet. Neque enim id ego dico, ut invidioſum ſit in eos, quorum ſtudio & labore res tanta feliciter ceſſit; norunt quippe omnes, tam difficili controverſiae ſubſidio veniſſe ex Romanae Aulae, Forique ſapientioribus viris non paucos, ut ne quid detrimenti vel fama Pontificis, vel Eccleſia caperet; tamen quia latet neminem, Majellum cum primis dediſſe operam, ut Apoſtolicae Sedis jura Innocentio conſtarent, eaque ut Caeſari perſpicua fierent, datis more ſuo ponderoſis & luculentiſſimis literis, explicaſſe, non injuria quis potuit credere, Majellum, ad cujus fidem, & ſapientiam ſe totum Pontifex deferebat, niſi primas in facti hujus gloria, ſaltem praecipuas obtinuiſſe. Illud autem non eſt ambiguum, quia in omnium oculis fuit, quod Innocentius, cui natura incredibilem tribuerat gravitatem, animique conſtantiam, cuique majeſtas Sacerdotalis, dictis & actionibus pondus adferendo, conciliabat authoritatem, & venerationem, priſcis olim Eccleſiae Patribus & Paſtoribus parem, Majello, quem privatim peramanter excipiebat, tam comiter indulſerit, ut publice etiam tota ſpectante Aula, & benevolentiae & honoris pleniſſimas ſignificationes daret. In quo tantum abfuit, ut ſibi Vir magnus de voluntate, ſuique ſtudioſiſſimi Principis gratia plauderet, ut, ne oculis aliquando Pontificiae benignitatis incideret, conſulto latebras quaerens, in turbam ſeſe confertiſſimam Aulicorum abderet, praeter morem, & conſuetudinem talium hominum, quibus inſtar eſt magni boni, ſi quod dictum lene, aut feſtivum, riſumve ejus, qui imperio fungitur, venari queant.

Plura, & magna, ſi diutius vixiſſet, pollicitum Innocentium mors invidit Eccleſiae felicitati. Succeſſit Benedictus XIII. probus, & antiqui moris Pontifex. Is actutum Majello detulit, ideſt, ſui quamſimillimo, a Brevibus Epiſtolis conſcribendis, quae ad Reges, & Principes dari ſolent, officium,

ficium, adjecitque Emiſſeni Archiepiſcopatus, honorifico Sacerdotio conlato, ampliſſimam dignitatem. Equidem ſic ſtatuo, nullum eſſe munus tam grave, tamque praecipuum, quam ad Reges, & Principes Viros Romani Pontificis nomine ſenſa animi ſcribere. Summa etenim Deo, quam hominibus propior, Vicaria Chriſti poteſtas ea eſt, ut niſi ex oraculo loqui non debeat, aut deerrantes a moribus moneat, aut conſulat alieno periculo, aut benefactum merentibus gratuletur, authoritas ad monitionem, ratio ad conſilium, ad gratulationem gravitas adhibenda. Quae ſingula, ut aequaliter temperentur, non eſt ingenii ſatis, aut mentis mortalium cuilibet: Virum quaerunt, non hominem tantum, Virumque talem, qui utriuſque Poteſtatis Humanae, Divinaeque jura, amplitudinem, majeſtatem penitus internoſcat, ſciatque tandem ſuis limitibus definire; tum demum ſummae Poteſtatis interpretem aget, quem fecerint ejuſmodi laudes tam gravi muneri ſuſtinendo parem. Dum haec ſcribo, Majelli imaginem mihi videor meis ipſe oculis intueri: ita in eo haec animi decora univerſa ſimul collecta pene ad miraculum exſtiterunt. Quare ſi quis Volumina Epiſtolarum velit magna, & multa verſare, quae in tanta negociorum mole, quantam eo temporis Eccleſiae res obtulit, Majellus elaboravit, illinc profecto poterit abſolutiſſimum ad imitandum exemplum petere, facileque percipiet, quo tandem ſcribendi genere oporteat, deceatque Pontificem uti pro dignitate. Haec fuit Hominis fama apud omnes, qui literas profitebantur. Heic autem non eſt praetereundum, quod quum ſua pietate effeciſſet Pontifex, ut Ludovicus Antonius Cardinalis Noalius Archiepiſcopus Pariſiorum ab opinione diſcederet, quae bonorum omnium, & praeſertim Romanae Sedis offenſionem incurrerat, Majellus ſtudio, labore, vigiliis Pontifici Optimo nunquam defuit, donicum Vir, ceteroquin moratus, bonique ſenſus, humano errore depulſo, cum Capite Eccleſiae, ceteriſque Paſtoribus ſanae mentis rediret in gratiam, diemque ſuum obiret, Sacris, ita dicam, Dipthycorum nominibus adcenſendus.

Hoc ſtudio tanto, & laboris impendio, quo Eccleſiae juribus, & Religionis integritati adeſſe totus pro viribus contendebat, ſic Majellus inclaruit, ut illud honoris gratia diceret quidam ex Principibus Viris, Carolum, praeter Dei gloriam, animarum ſalutem, Sediſque Apoſtolicae dignitatem, nil aliud velle poſſe, vel ſcire: idcirco & Martyrem praedicabat, quod haec ſingula invicta conſtantia non ſolum ſemper inſtiterit, verum, quod falſo plurimi omnium anteferunt, malo ſuo, fortunarumque ſuarum jactura & damno. Sed haec palam ſunt, quia fortiter in conſpectu omnium geſta, quum perſonam Carolus in obeundis Eccleſiae partibus publicam ſuſtineret. Nunc privati mores qui fuerint interea loci neceſſe eſt dicere.

Dum haec itaque ageret, quae totum hominem requirebant, Majellus curarum onere maximarum preſſus, ſic ſe ceteris religionis & pietatis officiis praeſtabat, juxta ac ſi vacuus ab omni moleſtia, & labore foret. Vaticano in primis Seminario, jam tum a Clementis Undecimi tempore ejus vigi-

vigilantiae, & cuſtodiae tradito, quo magis optimis diſciplinis, & virtutum exemplis augeretur, tam ſedulam navabat operam, ut illud eſſe dumtaxat curarum ſuarum non modo maxima, ſed unica videretur. Totus erat in eo, ut ſtudia aut politius perficerentur, aut novis ſemper notionum, linguarum, rerumque opibus locupletarentur, totus, ut adoleſcentibus Clericorum ingeniis puritas eruditionis cum pietate inoleſceret, pietatis amor ſine ambitu, ſine fuco, ſine pigmentis ingereretur, eſſetque in omnibus ſive ſermonibus, ſive factis veritatis color ingenuus, & ſimplex animi fides. Cogitaverat de toto orbe diſciplinarum ſumma capita delibare: quod etiam exorſus, intercidere negociorum mole, & multitudine invitus coactus eſt. Id enim jure ſentiebat poſſe ſtudioſis literarum conferre plurimum, ſi paucis compendium ad rerum intelligentiam aperuiſſet. Idem jam provectus aetate, & munerum honorificis in Aula titulis cum primis nobilis, nil detractum ſuae dignitati putabat, ſi ſeſe demitteret ad Clericos erudiendos, Magiſtris vacantibus, aut imbecillis incommoda valetudine. Sed nec pepercit ſumtibus, ubi aut Eccleſiae ratio, aut periculum poſtulabat. Illud equidem non praeteribo, quamquam nonnullis leve viſum iri putem, quod, quia, inopia interdum premente, Juvenes initiati a bonis artibus arcebantur, ingenio, & moribus Chriſtianae rei ſatis admodum profuturi, ſi quidem bonis coëmtis Authoribus dediſſent operam, ipſe omnibus quae neceſſaria erant, liberaliter providebat. Seminario interim pecuniae ſummam multo majorem, quam fortaſſe ex proventibus poterat, pependit largiter, commodis Alumnorum amplificandis, augendoque docentium numero, & reditu. Quumque aedes anguſtae confluentium multitudinem minime caperent, aedificium peramplum & decens extulit, Benedicti XIII. beneficientia a ſedibus excitatum: quod elegantia nulli in Urbe pro recipiendis adoleſcentibus domicilio ſecundum eſt, ſtudiorum vero fama cum paucis celebrandum. Quinque & amplius aureorum millia Presbyteris, quos Operarios Pios dicunt, pro conſtruenda Divo Joſepho Aede ſacra trans Tyberim elargitus, ſibi ſignum poni aut titulum, vetuit, ad memoriam poſteritatis. In quo tamen neſcio, an bene communiter audiant, qui modeſtiſſimi Viri monitis tam ſancte & religioſe paruerunt. Si Virgo nubilis deſponderi propter paupertatem non poterat, dote caſſam, & inlocabilem juvabat aere ſuo liberaliter, quo convenientibus nuptiis conſuleret honeſtati; unoque die centena plura miſerorum calamitatibus ſublevandis diſtribuit: ut poſſet merito dici, omnia ei cum pauperibus fuiſſe communia.

Quum eo foret loco honoris, & fidei Carolus, quem quiſque noverat, & latera, atque aures Pontificis officii cauſſa obſideret, conjectare cuique facile eſt, quantum homines, qui quemcumque poſſunt, largiundo parant, eum promereri ſatagerent; ex hoc enim genere non deſunt multi, praeſertim in ſummis & magnis imperio ac ditione Principatibus. Majellus, qui nunquam vero pretium, aut gratiam antetulit, tanta fuit continentia, ut nec levidenſe munus a quopiam, nec oblatum a Principibus Viris, ipſiſque Regibus donum, quo benefactum remetiri quandoque ſolent, acceperit

D gem-

gemmarum locupletiſſimum; cui nempe bonum, & aequum divitiis carius, fideſque opibus melior, illud memorandum ſolitus dicere commonentibus, ut ſibi aliquid pro inopinis caſibus reſervaret: Sacerdotibus crimen eſſe, Epiſcopis vero prope haereſim imputandam congerendae pecuniae cupiditatem. Tanta porro abſtinentia in eo praeſertim eminuit, quod Fratris ſui filio, Dominico, Viro ceteroquin eximio, quem Neapoli adcitum, ſuorum laborum ſtudiorumque comitem individuum delegerat, Eccleſiae bona, quorum conferendorum arbitrium aliquod penes ipſum erat, numquam induxit animum, ut adſcriberet; ſanguinis quippe foedere, & cognatione tranſverſum agi ſe verebatur. Etſi abdicata aliquot Sacerdotia illi demum indulſit, non alia ratione id potuit, quam coactus imperio religioſiſſimi Viri Thomae Sergii, cujus ipſe monitis, & conſiliis ſe totum permiſerat, qui & vadari etiam debuit, ſeſeque Deo reſponſurum de facti conſcientia promittere. Quid plura? Neque ad pedes Pontificum officii gratia laudatum Fratris filium adduxit unquam, ne illi ſpes aliqua lenocinando fucum faceret Aulicarum artium improvido: unumque rogans obtinuit, ut eodem, quo ipſe, obſtringeretur arcano, cui nempe foret conjectura facilis ex libris, quos videret prae manibus, expiſcandi negociorum naturam & conditionem, quae ipſi a Pontifice credebantur. Erant illi praeterea germani Fratres in Dominicana familia duo, morum gravitate, & doctrina praecipui; nunquam tamen ſuaderi paſſus eſt, ut Magiſtrum univerſi Ordinis Generalem, ſui certe amantiſſimum, ad Fratrum commoda, graduſque ſolicitandos, officii gratia conveniret, illud ſerio dictitans: Seſe nimirum germanos ſuos B. Dominico inrevocabili dediſſe dono: eſſe eos in poteſtate ſuorum Praeſulum omnimoda, cui vim inferre etiam precibus non liceret: ſeſe unum poſſe, ac debere penitus, Deum ſcilicet enixa obſecratione rogare, ut ne illis opem ſuam, gratiamque ſubduceret, qua in ſuſcepto religioſae vitae propoſito permanerent, & Chriſtianae perfectionis curriculum firmiter, alacriterque perficerent. Eatenus erga ſuos favor, & beneficentia. Dicto autem eorum, quos ad pietatis ſemitam inſiſtendam duces elegerat, nemo illo obſequentior. At enim praeſcriptum ſtudendi tempus, quod valetudinis gratia ultra ſex horas protrahere aetate jam declinante juſſus minime poterat, aegre quidem tulit; ſed tamen paruit. Quumque otiari, & vacare foret illi quammaxime permoleſtum, vel anagnoſtem adhibebat, ut Eruditorum lectitatione paſceretur, vel in Mathematicis experimentis diſtinebatur, vel Muſicen exercebat Eccleſiaſtico Viro dignam, vel unicolores tandem imagines delineabat, ut diem falleret. Plurima quidem ad hanc laudem ſpectantia proferre poſſemus; ſed modus adhibendus eſt, ut ad extrema veniamus.

Deceſſerat Benedictus, & Clemens Duodecimus ex Corſinia gente, caelo, terraque clariſſima, qui juſtitiae fama, & magnificentiae florebat, Pontificatum inierat. Illum, ut qui diuturno Urbis uſu, atque Aulae conſuetudine omnium ingenia, & merita expenderat, Majelli totius vitae ratio, prudentia, doctrina, pietas jam inde a primo ejus adventu latere non poterant. Itaque ratum habuit ſtatim Caroli munus, commemoratis praeſertim ſtu-

ſtudio, fide, labore ipſius, atque innocentia mirabili verbis ampliſſimis. Quod quidem eſt obſervatione praecipua dignum in Principe, ea ſingulorum notitia praedito, ut Clemens, cujus ſumma laus ſemper exſtitit candor animi, & veri diligens comitas, cum majeſtate conjuncta, ut quidquid diceret, ex ſententia diceret, quin aut vereretur praeſentes, aut abſentes inſimularet: uſque eo ſibi conſtans, ut ſemper in loquendo veraciſſimus, in cogitando magnificus, in agendo pari cum ſummis Regibus fortitudine, liberalitate, ſplendore certaret. Erat id temporis, quo, ad vindicandam Sanctiſſimi Deceſſoris famam, inquirebatur ſeverius in praepoſteros quoſdam homines, quorum nomina compilationis, aliorumque ſcelerum, oblatis criminationibus, vere, an temere, qui ſciunt viderint, traducebantur. In hac procella, quum fuiſſet Carolus in Familiaribus emortui Pontificis ex praecipuis intimus, cui magis is crederet, ita ſane, ut graviora, & majoris molis negocia ſine ejus conſilio nunquam tranſigeret, ſuſpicione ne quidem leviſſima laboravit; quod eum eſſe unum ex paucis praedicarent omnes, qui veluti evectus navicula illa Divinitus fabrefacta, magnis turbinibus rerum, & ſcopulis ſupernataverit. Illud autem adſeveranter dicimus, Carolum Majellum Clementi Pontifici acceptum, gratumque non fuiſſe ſolum, ſed tanta opinione habitum, ut nunquam ſe vidiſſe hominem adfirmaret, qui adeo excelleret eruditione, ingenio, moribus, quique de ſe, ſuiſque meritis, & laboribus, tam demiſſe humiliterque ſentiret. Quapropter nemo unus dubitavit, tam praeclarum Pontificem, in cujus laudibus ſummis illud eſt praecipue repoſitum, quod praemiorum diſpenſationem virtutibus, & benefactis ſingulorum aequaret, de hoc tam egregio Viro perhonorifice cogitaſſe, quem ſcilicet honeſtandum eminentioris dignitatis ornamentis deſignaret. Sed haec Majello prorſus extranea; neque enim ipſe aut vigiliis, aut curis aliud unquam ſuis propoſuerat, praeter Deum. Nolo heic diſſimulare calumniam, qua nomen ipſius delatum tum temporis fuit, quum ſcilicet in aliquos opinio inceſſit, illum decubuiſſe confectum moerore gravi, (caſu enim adcidit, ut jamdiu gliſcentis vis morbi ingraveſceret) ubi prima Purpuratorum renunciatione facta, quam Clemens ſanxit, neglectum ſeſe, ac veluti exauguratum accepit. At hoc vitio potius Romani Caeli vertendum puto, in quo vetus illa eſt perſuaſio certorum hominum, qui de occulta qualibet animorum latebra inveſtiganda ſoliciti, temere fabulantur, & ſomniant, ſi quem comitia reſpuerint in Pontificem eligendum, aut aliquem ex eo numero, qui in Sacrum Senatum cooptandus videbatur, ratio vel caſus exegerit, ſtatim vulgi rumoribus circumferentes, ſi forte hic vita migraverit, eum deceſſiſſe angore animi ſaucium, ac repulſae latae aegritudine exanimatum. Id quam ſtulte Majello adpinxerit Aſotorum vecordia, teſtis eſt ipſius perpetuus, & continens vitae curſus, quem memoravimus. Licet enim multis, & magnis virtutibus hic ſemper proceſſerit; eo tamen totus conlineare viſus eſt, ut ad unum ſcopum conſilia, & cogitationes intenderet, ne videlicet ſub aſpectum caderet, ne foret in oculis, ne adparerent uſpiam ipſa veſtigia pietatis, & eruditionis ſuae. Rem dicam paucis no-

notam, ſed vivo adhuc teſte faciente fidem certo certiorem, indubitatam, & perſpectiſſimam.

Quum itaque Clemens Senatum rogatis Patribus ſuppleviſſet, nec foret Majellus in album Purpuratorum relatus, non pauci moeruerunt caſum, cujus acerbitatem ut mitigarent, illum conveniunt, condolent, conqueruntur fortunae vicem. In his Victorius Martinius, Vir clariſſimus, & praeſens Romani Fori ornamentum, amicitia diuturna, atque uſu parium ſtudiorum cum Carolo conjunctiſſimus, ut haeſit! ut miratus eſt! ubi hominem vidit eadem frontis ſerenitate exporrectum, pacatumque, ut nemo magis. Hinc quem putaverat ex magna perturbatione, ac moerore tranquillum facere, nihilo egere ſenſit minus, quam verborum levamine ad perferendum eventa, ut virtuti magis ejus gratulari deberet, quam conſolari dolorem. Illud tandem audivit ex Auguſtino, dignum Epiſcopo, & Majello, reſponſum: Non eſſe, cur doleant qui in ſtadio currunt Eccleſiae, & laboribus conteruntur, ſi quando praemiorum ſpe, atque illecebra deturbantur; ***Nam ſaepe negat miſericors Deus, quae iratus concederet.***

Inter haec decimotertio Kalendas Februarias, anno MDCCXXXIV. adfectione, quam diutius aluerat, praecordiorum vehementius furente, ſextoque Kalendas Martias ingraveſcente, repente jacuit: a qua ut paullulum reſpiravit, Neapolim Medicorum conſilio profectus eſt. Poterat cum Viro hujuſmodi, & qui rude donari jam pridem debuiſſet, agi liberalius, quam fuit, ambitioſorum aſtu interceptis ſtipendiis, quae tamdiu vigiliis, & laboribus indefeſſis, quaeque, quod caput eſt, ſubrogatus ſine mercede ulla non paucos annos meruerat. Neapoli nihil profecit, quadriennium decumbens pene integrum, nec Caeli benignitate, quod patrium erat, nec Medicae artis ope, quae ibi floret admodum, refectus eſt. Duo maxime morbum pepererunt, quo a longo jam tempore tentabatur: pertinax in ſtudiis labor, & Chriſtiano more laudabilis, ſed ſane nimia corporis adflictatio. Tenui natura, & nervorum nexu minime validus, cui nimirum per alimenta ſaepius ſubtracta jejunii religione, parum virium adcederet, plurimum vigilando, cogitando ſemper, precando adſidue, infinita ſcribendo, agendoque, ſuccubuit oneri. Primorum viſcerum ſedes, in quibus molitur cibus, ſuccorum refluxibus indigeſtis, ideoque aceſcentibus, contaminari coeptae. Hinc diffuſa paſſim tabes, quae late per alia corporis exta, ductuſque pervaſit, donec exaucta in humoribus ſalium acerbitate, deperdita in ſolidis partibus mollitie ac virtute, & capitis penitioribus fibris obſtructis ex chyli, & ſanguinis contagione potuit brevibus, crebriſque motibus quati: potuit tumeſcere pedum aedemate, & cachexia, quam vocant, miſere laborare; ſic tandem, ut inopinata correptus totius corporis concuſſione, luxata partium compagine, finem vitae fecerit III. Kalendas Januarias, anno MDCCXXXVIII. iis ipſis, quos cupidiſſime optaverat, Natalibus Chriſti Domini diebus ſolemniter redeuntibus.

Quum tamdiu aegrotaſſet, multa, & magna prodidit virtutum exemla, qualia ſcilicet pietate magis, quam aetate provectum Virum condecebant.

bant. In maximis cruciatibus aut nullam, aut vocem emiſit Chriſtiano homine dignam, illud repetens frequentiſſime: *Juſtus es, Domine, & rectum judicium tuum*: aut alterum, par conſtantiae, & religionis indicium: *Sicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum*. A queſtubus, & ejulatibus, quos ipſa natura ſolet injuſſos a miſeris extorquere, abſtinuit ſemper. Optionem aliquando factam, ut libere diceret, Medicis conniventibus, utrum mallet, omnem excluſit, ne quid ageret ex voluntate, & ſtudio ſui. Quare quidquid propinandum adponebatur, guſtu, olfactuque aſperum, vel inſuave, tacitus ingerebat. Quumque adverteret, Chriſtum Jeſum, a quo cuncta noſtrorum morum ratio eſt repetenda, aegro corpore, atque imbecillo fuiſſe nunquam, monebat idcirco, Chriſtianum hominem ex una Divini Servatoris Domini extrema vitae parte acerbiſſima habere ad imitandum exempla invictae in tolerandis doloribus fortitudinis, & conſtantiae, in quae, veluti in ſpeculum, adfecti calamitatibus, & conſequentibus vitam incommodis, intuerentur omnes. Haud ſane alio animo, propoſitoque vim morbi tantam, tamque diuturnam Majellus perferre valuit. Quapropter id adſidua meditatione reputans, quum acerbius languore, atque aegritudine proſterneretur, ex tranſverſo manibus ſupra pectus ductis in modum Crucis uſque eo perſtitit, ut ad motum naturae vel animo deficienti, vel vehementer concuſſae nervorum quaſſu, nihil penitus moveret ſeſe, in eodemque ſtatu nunquam angoribus fractus, aut conturbatus tremore corporis, perſeveraret. Quin quum a prima adoleſcentia Deiparae ſemper aliquod ingenii ſpecimen quotidie exhibuiſſet, idemque toto vitae ſuae curſu Parenti Optimae, & Beneficentiſſimae veluti munus perpenderit, eum uſum & morem ſervavit uſque ad extremum. Quod ſi per eum licuiſſet, non modo volumina, ſed libros integros ſelectiſſimorum Carminum, ab eodem Graece, Latine, atque Italice ex tempore conditorum, haberemus.

Illud etiam non eſt praetereundum, quod quum maxime averet Carolus, Deumque una cum matre ſua pientiſſima ſemper enixis precibus rogaſſet, ut Fratres & Sorores ſuas ad eum vitae ſtatum adcerſeret, in quo liberius ad Caelum via pateret, voti compos factus, dum adhuc viveret, omnes, modo unum excipias familiae augendae, & ſuſtentandae vadem, in ſortem Domini vocatos amplexus eſt: ut Servator fratrum ſuorum, quod olim in ſummis D. Bernardi laudibus fuit, merito dici poſſit. Nam inclytae Praedicatorum ſodalitati nomen dederunt duo; itemque ſorores duae D. Thereſiae fidem voverunt. Ceteri Sacris initiati ſunt: quos inter poſt Carolum eminet etiam nunc Januarius Metropoleos Eccleſiae Canonicus, fratri Carolo quamſimillimus, pietate, doctrina, Latinae, Graecae, Ebraicae linguae intelligentia clariſſimus, qui, qua fama Carolus Romae, eadem ipſe Neapoli floret, & Vicarii olim Generalis Capitularis, ut ajunt, ſicuti & Archiepiſcopalis modo Sanctimonialium officio perfunctus, toti Clero qua doctrina, qua exemplis praefulget virtutum omnium. Patrui ſui merita tam eximia Dominicus aemulatur, Chriſtianae pietatis ſtudio, & Sacerdotali verecundia.

cundia, ſcientia, fide, integritate omnibus carus, qui norunt Hominem antiqui moris commendatiſſimum. Sed norunt pauci: quippe qui in tanta Romanae Urbis celebritate & frequentia, quum ſapiat, aetatem vivit, procul a ſtrepitu religioni, & literis deditam.

Hunc ipſum vitae curſum, ut hactenus patuit, Carolus tenuit, qui utinam ad hoc aevum ſuperſtes pervenire potuiſſet! BENEDICTUS XIV. omnium, quotquot fuerunt, Pontificum poſt hominum memoriam ſapientiſſimus, quem annare, & perennare diutiſſime Eccleſiae bono Deus Optimus ſinat, locum meritis parem certo certius Carolo decreviſſet, quem judicio illo ſuo, quo cunctis mortalibus praeſtat, in expendendis hominibus non ſolum aequiſſimo, ſed prope Divino, nunc etiam probat, & praedicat, deque ipſius virtute, integritate, moderatione ita commemorat, ut in ejus ſummis laudibus excipiat nihil.

Vixit annos LXIX. menſes IX. dies XII. Poſt obitum elatus eſt honorifice, comitantibus omnibus bonis cum Metropolitanae Eccleſiae Capitulo & Canonicis, necnon maxima vulgi frequentia, & in Eccleſia Principe Neapoli, ubi vitam poſuit, tumulatus.

Vir clariſſimus Alexius Symmacus Mazzochius Elogium ſcripſit his verbis: *Carolus Majellus, Neapolitanus olim Canonicus, deque hoc Capitulo optime meritus, quantum a puero pietate, & literis fuerit, Seminarium hoc ejus ope ad tantam gloriam provectum declarat. Nihil certe in obſtruſioribus diſciplinis, & linguis arduum fuit, quod non vi ingenii, & labore pervicerit. Ultro Romam a Clemente XI. evocatus, & cum Bibliothecae Praefectura, tum Canonicatu S. Petri donatus, poſtremo a Benedicto XIII. Secretarius ad Principes, & Archiepiſcopus Emiſſenus creatus fuit; in quibus muneribus, praeter auream eloquentiam, & Latini ſermonis nativam elegantiam, quum virtutibus omnibus ad miraculum eniteret, nullum in Aula Romana majoris moliminis negocium fuit, quod non ejus opera feliciter ceſſerit. Omnium opinione Cardinalatu digniſſimus, Neapoli objit III. Kalendas Januarias Anno MDCCXXXVIII.*

Nicolaus Capaſſus, item Vir magnus, uno Diſticho totius vitae ipſius imaginem ita ad vivum expreſſit:

Et ſancte vixit Sophos hic, & vixit in Aula;
Non modo ſprevit opes, ſprevit & ingenium.

Demum Appius Annaeus ex Arcadibus hoc Italicum Epigramma, in poëticis, hiſtoricis, criticiſque variorum praeclarorum Virorum imaginibus Neapoli anno 1745. typis vulgatum, elegantiſſime pepigit.

Mentre un torrente limaccioſo, e rio
Di ſtolte carte il ſecol noſtro inonda;
Le coſtui dotte Opre divora, e affonda
Il fuoco, lo ſquallor, l'ombra, e l'oblio.
Di ſua pura eloquenza il vivo rio
Sol cerc' antri, e dirupi, ove s' aſconda:
E ſuo Oriental teſoro, e ſua profonda

Virtù

Virtù a lui ſol ſi manifeſta, e a Dio.
Così Carlo il ſentier de noſtri guai
Corſe, fralle ſue amate ombre dimeſſo,
Sempre ſolcando, e non mietendo mai.
Quindi apprendo, che mal ſua meta fiſſe
Chi fu noto ad ognun, fuorchè a ſe ſteſſo,
E viſſe ben chi a ſe ſol noto viſſe.

Quod, in gratiam Italicae linguae imperitorum, ſic Latio utcumque reddimus.

Dum noſtra haec male ſana aetas farragine tanta
Librorum exundat, ceu ſata gurgitibus,
Ignis edax Scriptis, & longa oblivio noctem,
Proh dolor! egregiis, ingenioque ferunt:
Atque Aſiae, & Latii dives facundia gemmis
Se tacitis umbris occulit, & latebris.
Nempe Deo virtus contenta, haud indiga famae eſt;
Et nitet immenſum, dum nitet ipſa ſibi.
En olim dum vita fuit, tua, Carole, imago:
In medio ſemper delituiſſe die.
Quumque operi adſidue vigilans, Muſiſque vacares,
Tu premeres ſulcos, non meteres ſegetem.
Qui ſtudet, o miſerum! praeconia quaerere vulgi,
Nec ſua, nec ſeſe noſcere ſolicitus.
Scilicet, hoc meritum, ſolidaeque haec praemia laudis,
Conſcius ille ſui, qui bene vixit, habet.

SE-

SERIES ET ORDO EORUM

Quae in hac ſecunda Parte continentur.

I. DEdicatio Operis. *pag.* 3.
II. Praefatio. *pag.* 5.
III. Caroli Majelli Archiepiſcopi Emeſſeni Vitae Compendium. *pag.* 7.
IV. Diſſertatio de Euſebiana Actorum veterum Martyrum Collectione. *pag.* 33.
V. ACTA MARTYRUM OCCIDENTALIUM, qui ſub variis Romanorum Imperatoribus paſſi ſunt, PARS II. videlicet;

I.

Martyrium SS. LUCIANI & MARCIANI. pag.47.

II.

Martyrium SS. VICTORINI, VICTORIS, NICEPHORI, CLAUDIANI, DIODORI, SERAPIONIS, & PAPII. pag. 55.

III.

Martyrium SS. STRATONICAE, & SELEUCI. pag.65.

IV.

Acta SEPTEM MARTYRUM *Samoſatenorum*. pag.123.

V.

Martyrium S. AGNETIS *Virginis*. pag.148.

VI.

Martyrium S. PROCOPII. pag.166.

VII.

Martyrium SS. ALPHAEI, ZACCHAEI, & ROMANI. pag.172.

VIII.

Martyrium S. TIMOTHEI. pag.182.

IX.

Martyrium S. APIANI. pag.186.

X.

Martyrium S. HEDESII. pag.195.

XI.

Martyrium S. AGAPII. pag.198.

XII.

Martyrium S. THEODOSIAE *Virginis*. pag.201.

XIII.

Martyrium S. PETRI, *qui &* ABSELAMUS. pag.206.

XIV.

Martyrium S. THEODOTAE *Meretricis*. pag.210.

VI. APPENDIX ad Acta Martyrum Occidentalium, in qua ACTA S. SIMEONIS STYLITAE, a Coſma ejuſdem Familiari conſcripta, ex Codice I. Chaldaico Nitrienſi Vaticano nunc primum in lucem proferuntur. *pag.* 227.
VII. Index in Acta Martyrum Occidentalium. *pag.*413.

ܐܦܪܝܢ

ܬܫ̈ܥܝܬܐ ܕܣܗ̈ܕܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܡܥܪ̈ܒܝܐ

A C T A
MARTYRUM OCCIDENTALIUM
PARS II.

DISSERTATIO
De Euſebiana Actorum veterum Martyrum Collectione.

Quum Euſebius Caeſarienſis de Eccleſiaſticae antiquitatis memoria optime meritus, Acta veterum Martyrum collegerit, collectaque ad publicam Chriſtianorum utilitatem ediderit; mirantur plerique omnes, quod praeſtantiſſimum ac ſaluberrimum opus aut omnino interciderit, aut ita deliteſcat, ut funditus interiiſſe videatur; praeſertim quum ad conquirenda, & comparanda ejus generis monimenta non modo priora illa Chriſtiani nominis ſecula, ſed conſequuta etiam per omnes aetates Eccleſiae tempora mirifico ſtudio certaverint. Mihi vero potius mirari aliquando ſubiit, quod quum Euſebius ipſe in pluribus Eccleſiaſticae Hiſtoriae locis diſertiſſime ſcripſerit, ſe antiquorum Martyriorum Collectionem edidiſſe, atque ad eam ſaepe Lectores, pleniorem rerum cognitionem cupientes, amandet; Scriptores tamen Euſebio ſuppares, qui procul dubio Collectionem illam legebant, verſabantque, neque inter Euſebii Opera recenſuerint, neque illius prorſus mentionem ullam fecerint. Si quis autem hoc veterum ſilentium cum poſteriorum Seculorum judiciis contulerit, mirabitur impendio magis, quod tum primum a Scriptoribus Euſebiana Collectio memorata ſit, quum ejus jactura complorari coepit; ita ut vix luculentiora apud doctos viros Euſebio poſteriores teſtimonia ejus operis habeamus, quam querelas, quibus opulentiſſimi theſauri interitum paſſim deflent.

Hanc judiciorum diverſitatem quum ſaepe mecum reputaſſem, & antiquorum ſilentium cum recentiorum conqueſtionibus contendiſſem, ſimul etiam diverſitatis ejuſmodi cauſſas perveſtigaſſem, ita demum certiſſime ſtatuendum cenſui, quod quidem in Actis antiquorum Martyrum colligendis reipſa praeſtitit Euſebius, nunquam funditus interiiſſe, quod vero intercidiſſe dolent, nunquam fuiſſe ab Euſebio praeſtitum; eos proinde, qui Euſebianam collectionem defleverint, aut deſiderare & inquirere pergant, nunquam Euſebii verba de collectis Martyriis teſtimonium perhibentis rite expendiſſe, ſed partim anticipata opinione, & Latinorum interpretum licentia eſſe deceptos, partim apocryphis ſcriptis fidem temere adhibuiſſe. Quoniam vero haud parvi refert hanc Literariae Hiſtoriae ſalebram expedire, ad quam haeſerunt hactenus Viri doctiſſimi, & communes querelas, longo ſeculorum errore ad nos propagato ſubnixas, refellere, aut lenire; quam potero explicatiſſime de vera Euſebianae collectionis idea & fortuna diſſerere inſtituo.

Jam a ſexto Chriſtiani nominis Seculo inolevit opinio, eaque Eruditorum Virorum animis ad noſtram uſque aetatem penitus inſedit, Euſebium praeter inſignem librum de CAP. I. Quid in Actis Antiquorum Martyrũ colli.

gendis ſe præſtitiſſe teſtetur Euſebius?

de Martyribus Palaeſtinae ſua aetate coronatis, qui ad nos pervenit, alterum etiam conſcripſiſſe de antiquis Martyribus, quorum paſſionem, hiſtoriamque Actis adjectis enarraverit; hunc vero ingenti cum Sacrae Eruditionis detrimento, diu licet, impenſeque conquiſitum, adhuc deſiderari. Atqui Euſebius ipſe pluribus in locis diſerte quidem teſtatur, ſe Acta veterum Martyrum collegiſſe, eamque collectionem in publicam utilitatem edidiſſe, ſed de antiquis Martyribus ſe ſcripſiſſe, aut eorum Martyriorum hiſtoriam compoſuiſſe nuſquam ſcribit. Nimirum in eo dumtaxat ſe operam poſuiſſe teſtatur, ut Acta, & Monimenta, quibus eſſent conſignata veterum Martyria, Colligeret, eorumque collectionem emitteret. Sed Euſebium ipſum de ſua collectione loquentem audire praeſtat, ut qualis illa fuerit, aeſtimare, riteque definire poſſimus.

Hiſtoriae Eccl. lib. 4. cap. 15. facta poſt mortem Polycarpi apud Smyrnam Martyria commemorans Euſebius, quum praecipua capita de Pionii certaminibus ex Epiſtola Smyrnenſis Eccleſiae indicaſſet, ita concludit: Τὴν τε ἐφ' ἅπασι τῆς παραδόξου αὐτοῦ τελευτὴν πληρέστατα τῆς περὶ αὐτοῦ γραφῆς περιεχούσης τοῖς εἰς φίλον, ὅτι ταύτην ἀναπεμπόμενα, τοῖς τῶν ἀρχαίων συναχθεῖσιν ἡμῖν Μαρτυρίοις ἐντεταγμένην: *Ejus denique poſt res omnes admirabiliter geſtas mortem quum pleniſſime epiſtola de ipſo conſcripta contineat, eas, qui volunt ad ipſam amandamus, antiquorum Martyriis a nobis collectis inſertam*. Quibus verbis non ſe de antiquorum Martyriis ſcripſiſſe, ſed aliena ſcripta collectioni ſuae inſeruiſſe apertiſſime fatetur Euſebius.

Praeterea in Prooemio lib. quinti de Martyribus Lugdunenſibus ſermonem inſtituens, haec ait: Τῆς μὲν οὖν περὶ τούτων ἐν τελεωτάτης ὑφηγήσεως τὸ πᾶν σύγγραμμα τῇ τῶν Μαρτύρων ἡμῖν κατατέτακται συναγωγῇ. *Et quidem Commentarius abſolutiſſimae harum rerum expoſitionis totus a nobis Martyrum collectioni inſertus eſt*. Nullum a ſe librum compoſitum de antiquis Martyribus indicat Euſebius, ſed colligendi tantum ſibi operam vindicat; ut non ſatis fideliter Euſebii mentem expreſſiſſe videatur Chriſtophorſonus, quum vertit: *In libro de Martyribus a nobis compoſito*.

Non aliter de ſua illa collectione loquitur Euſebius cap. 4. ejuſdem lib. 5. Ubi quum ex epiſtola Lugdunenſis Eccleſiae verba quaedam recitaſſet, ſubjecit: ὅτῳ γὰρ φίλον, καὶ ταῦτα ῥᾴδιον πληρέστατα διαγνῶναι μεταχειρίσεως ἀναλαβόντι τὸ σύγγραμμα, ὃ καὶ αὐτὸ τῇ τῶν μαρτύρων συναγωγῇ πρὸς ἡμῶν, ὡς γοῦν ἔφην κατείλεκται. Quae non incommode ita reddit Valeſius: *Haec quicumque voluerit, quum ita poterit pleniſſime cognoſcere ex ipſius Epiſtolae lectione, quam quidem nos, ut ſupra monuimus, in paſſionibus Martyrum a nobis collectis integram inſeruimus*. At Chriſtophorſonus iterum Euſebii librum obtrudit: *Modo*, inquit, *illam epiſtolam, quam in libro noſtro de Martyribus poſuimus, adcurate voluerit evolvere*. Ac rurſus cap. 20. ejuſdem libri, ubi de Apollonio Euſebius: Ἐκ τῆς τῶν Ἀρχαίων Μαρτυρίων συναχθείσης ἡμῖν ἀναγραφῆς εἴσεται; hoc eſt: *Ex antiquorum Martyriorum Commentariis a nobis collectis intelliget*; Chriſtophorſonus Euſebiani Libri mentionem retinet: *ex libro noſtro, quem de veteribus Martyribus compoſuimus, manifeſta intelliget*.

Ex hiſce teſtimoniis Euſebii haud ſatis fideliter verſis, nec ſatis adcurate expenſis factum eſt, ut ab Euſebii mente alienam, & a vera Euſebianae collectionis idea diverſam opinionem Scriptores etiam Graece doctiſſimi conbiberint. Ibi enim *Opus Euſebianum* ac *Librum Euſebii* ab eo elaboratum atque conſcriptum cogitantes, theſaurum vel deperditum, vel adhuc latentem complorant, & fruſtra hactenus quaeſitum, jamque inde ab Eulogii Alexandrini, & Gregorii Magni temporibus in Oriente pariter & Occidente deſideratum dolent. Satius tamen feciſſent, ſi in perveſtiganda potius Collectionis illius natura, Euſebiique ſententia, quam in latebris perſcrutandis operam locaſſent.

CAP II. Quodnam fuerit de Euſebiana Collectione antiquitatis judicium?

Ex recitatis Euſebianae hiſtoriae verbis ſatis conſtat, in Actis antiquorum Martyrum nihil aliud ſibi Euſebium ſumere, praeter collectionis ſtudium, atque editionis ad aliorum utilitatem: laudabile ſane conſilium. Quod quidem per omnes aetates doctos Viros excitavit, ut interdum privata, interdum etiam publica authoritate ad conficiendas id genus collectiones animum adpellerent. Ita enim non modo ſummorum Oratorum Graecorum, Latinorumque, & SS. Patrum Opera, ſed Sacrae etiam, Civileſque Leges, atque ipſe adeo Divinorum librorum Canon ad nos pervenerunt. Quum autem ad res cognoſcendas ingens eſſet ejuſmodi collectionis fructus, mos etiam invaluit, ut, quae ad peculiares cauſſas, & inſignes temporum eventus pertinerent, ſcripta ſimul col-

lecta

lecta emitterentur. Quam ſane conſuetudinem per ipſam Euſebii aetatem potiſſimum viguiſſe, diſcimus ex Socrate, qui lib. 1. Hiſt. Eccl. cap. 6. tradit, Epiſtolas ab Alexandro Alexandrino, vel ejus cauſſa ſcriptas in unum volumen fuiſſe collectas, in alterum vero quae ab Ario, vel ejus cauſſa ſcriptae fuerant. Ibidem praeterea cap. 5. De Sabino Heracleenſi Macedonianorum Epiſcopo ſcribit: *Ea, quae varia Epiſcoporum Concilia ſcriptis ediderant* (de cauſſa Arianorum) *in unum volumen collegiſſe*.

Hoc igitur quum praeſtitiſſet Euſebius in colligendis Actis antiquorum Martyrum, nihil erat, quod inter opera Euſebii Collectio illa cenſeretur, aut Euſebii nomine inſcriberetur, aut indicaretur. Neque enim Euſebius ipſe, quum Ignatii, aut Dionyſii, ſive Corinthii ſive Alexandrini, aut aliorum Epiſtolas adfert, quarum procul dubio Collectionem verſabat, Collectorum nomen recitat, aut ullam eorum rationem habet. Fuit proinde Euſebiana Collectio, inſtar earum, quae Graeci Μαρτυρικὰ, noſtri vulgo *Paſſionalia* adpellant, quaeque nullo praefixo authoris nomine (neque enim Actorum unus eſt Author) Sanctorum vitas exhibent: cujuſmodi exemplaria plurima in Bibliothecis ſuperſunt.

Ad hanc profecto cauſſam diuturnum apud veteres de Euſebiana collectione ſilentium eſt referendum, eoque factum eſt, ut illo ipſo tempore, quo manibus fidelium terebatur, inter Euſebii opera minime fuerit numerata, nec quiſquam Euſebii nomen in Actis recitandis memoraverit, quippe quae neque ab illo ſcripta, neque explicata eſſent, ſed collecta modo, atque edita. Ignoraſſet proinde poſteritas Euſebii ſtudium in Actis emittendis utiliter conlocatum, niſi Euſebius ipſe, quem Henricus Valeſius *ſatis diligentem laudatorem operum ſuorum* adpellat, hanc ſibi diligentiae laudem vindicare curaſſet. Quae vero opuſcula de Martyribus ab Euſebio ſcripta memoravit Hjeronymus in lib. de Scriptor. Eccleſ. non alia ſunt, quam certamina Martyrum Palaeſtinorum, quae ita deſcripta enarravit Euſebius, ut non uno hiſtoriae textu deduceret, explicaretque, ſed veluti ſingula de Martyribus illis Opuſcula conderet; ut per ſe quiſque legendo deprehendit. Neque enim Epiſtolam Smyrnenſium, aut Lugdunenſium, aut Apologiam Apollonii, quae in Euſebiana collectione legebantur, quiſquam Euſebii opuſcula nuncupaverit.

Gelaſius quidem Cyzicenus, qui certe ante ſeculum ſextum floruit, primus omnium, ſi modo Valeſium interpretem ſequamur, videri cuipiam poſſit, Euſebii ſtudium in Actis Martyrum colligendis laudaſſe; ait enim lib. 2 de Synodo Nicaena: *Qui quamplurimis Martyrum certaminibus conquiſitis, atque inveſtigatis, ex iis, quae ſimplici ac rudi ſtylo ſcripta fuerant, eligens atque excerpens, Eccleſiaſticam Hiſtoriam decem omnino libris accurate conſcriptam nobis reliquit*. Sed tantum abeſt, ut Collectionem ab Euſebio editam pro Euſebiano opere agnoſcat Gelaſius, ut potius non alium ex Actis collectis fructum, ac librum edidiſſe Euſebium fatearur, quam hiſtoriam Eccleſiaſticam, ex Actorum ſcilicet narrationibus, ac teſtimoniis digeſtam derivatamque. Atque haec quidem ad rem noſtram, ſi Valeſii interpretationem admittamus. At certe, quod pace Valeſii dixerim, alia eſt mens Gelaſii, qui de collectis ab Euſebio Paſſionibus Martyrum ne verbum quidem habet, πλεῖστους, inquit, ὅσους ἀγῶνας θέμενος, καὶ διερευνησάμενος, ἐκ τῆς ἁπλῶς ἐχόντων τῶν ἀναλογίαν ποιησάμενος, ἐν δέκα τόμοις ὅλοις τὰ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς ἡμῖν ἱστορίας ἀκριβῶς καταλέλοιπεν. Quae ita fideliter reddit Robertus Balſoreus *Qui ſumma contentione enitens, tum exquirens ſingula, & ex his, quae ſimpliciter ſe habebant, congruam partium menſuram efficiens, decem integris Libris Hiſtoriam nobis Eccleſiaſticam reliquit perfectam*. Nimirum ἀγῶνας θέσθαι, non eſt *certamina colligere*, ſed *contendere*, ſeu *contentione eniti*. Certe apud Sophoclem σπουδὴν θέσθαι eſt *operam navare*. Ac Balſoreus quidem ſpectaſſe mihi videtur Ciceronis locum ad Atticum lib. 1. Epiſt. 13. ubi: *Cetera*, inquit, *non poſſunt habere eandem neque vim neque venuſtatem remoto illo ſtudio contentionis, quem ἀγῶνα vos adpellatis*. Accedit ad tuendam Balſorei verſionem, quod non ex ſolis Actis Martyrum inveſtigatis ordinatiſque Hiſtoria Eccleſiaſtica Euſebii conflata eſt, ſed ex omnibus aliorum, qui pro re nata de rebus Eccleſiae ſcripſerant, monimentis; ut ipſe tradit Euſebius in Prooemio: *Quaecumque igitur propoſito operi profutura eſſe credimus, ex his, quae ab illis ſparſim commemorata ſunt, ſtudioſe colligentes, aptoſque inſtituto*

noſtro veterum Scriptorum locos, velut floſculos ex ſapientiae pratis decerpentes, hiſtorica narratione in unum corpus compingere conabimur. Quem ego locum expreſſiſſe procul dubio Gelaſium puto. Balforeum denique Gelaſii mentem adſequutum eſſe, Gelaſius oſtendit; quum enim Euſebium πλείστους ὅσους ἀγῶνας θέμενον laudaſſet, id ipſum aliis verbis paullo inferius expreſſit: Ἀλλ᾽ ὡς ἀρτίως ἔφην: πολλὴν εἰσενεγκάμενον τὴν σπουδὴν, καὶ πλῆτον ἄφατον πόνου. *Sed ut modo dixi, ſummum ſtudium & incredibilem laboris copiam quum contuliſſet.* At non aliis verbis id modo dixerat niſi his: πλείστους ὅσους ἀγῶνας θέμενον, quae proinde non aliud ſonant, quam πολλὴν τὴν σπουδὴν, καὶ πλῆτον ἄφατον πόνου,

Neque Gelaſio teſte opus erat, ut intelligeremus, Euſebium in hiſtoria conſcribenda Actis Martyrum fuiſſe adjutum. Imo etiamſi Euſebius ipſe nunquam teſtatus eſſet, ſe antiquorum Martyrum paſſiones conquiſiſſe & comparaſſe, ſola hiſtoriae ipſius lectione id certo deprehendere quiſque potuiſſet. Non enim aliunde haurire potuiſſet earum rerum cognitionem, quarum hiſtoriam in Prooemio pollicetur: *Quoties etiam, & quibus modis ac temporibus Chriſtiana religio a Gentibus impugnata ſit, & qui ſuperiori memoria pro illius defenſione tormenta ac mortem perpeſſi fortiſſime certaverint, tum quae noſtra aetate Martyria conſummata ſint &c.* Ipſa nimirum ſuſcepti operis ratio Euſebium admonebat, ut non ante ad ſcribendam hiſtoriam adgrederetur, quam Monimenta, Acta, Tabulas & Scripta ſcrutatus eſſet, quibus rerum geſtarum memoria conſignata erat. Eam enim eſſe debere praecipuam gravis & ἀξιοπίστου hiſtorici curam, dictis exempliſque docuerunt quotquot ſive conſcribendae hiſtoriae praecepta tradiderunt, ſive in hiſtoria conſcribenda operam profeſſi, nomen ſibi laudemque pepererunt.

Ad ſeculum uſque Chriſtiani nominis ſextum, quum Acta Martyrum ab Euſebio collecta tam publicis, quam privatis lectionibus verſarentur, qui mentionem Euſebianae Collectionis fecerit, invenimus neminem. Exinde vero diuturnum ejuſmodi ſilentium praeconia celeberrima exceperunt; ſiquidem tum primum in ſcenam prodierunt Acta corrupta, & ſuppoſitae Epiſtolae, ex quo gemino fabularum fonte praepoſteram de Euſebiana Collectione opinionem docti pariter indoctique Viri conbiberunt.

Acta quidem S. Silveſtri, qualia nunc tam in MSS. Codicibus, quam in editis habemus, hoc exordium praeferunt: *Euſebius Pamphili Eccleſiaſticam hiſtoriam conſcribens, utrinque eo dicere praetermiſit, quae in aliis ſuis operibus ac lucubrationibus fuerat exſequutus:* Ἐν ἄλλοις συντάγμασιν ἔφερεν: *Omnium enim fere cunctis in Provinciis certamine functorum Martyrum, Epiſcoporum, Confeſſorum tormenta & cruciatus undecim libris* (al. viginti) *intexuit; neque id modo, ſed & mulierum ac Virginum, quotquot virili ſenſu Chriſti Domini gratia depugnarunt, praelio ſcripto conſignavit*, διηγεῖται.

His ſuccinunt, ſuppetiaſque veniunt ad adſtruendam figmento fidem, geminae Epiſtolae: altera Chromatii, & Heliodori ad Hieronymum, qua Sanctum Virum rogant ex Concilii Mediolanenſis ſententia, ut *Feriale* de Archivis S. Euſebii Caeſareae Palaeſtinae Sacerdotis inquirens, *Martyrum* ad ipſos *feſta dirigeret*. Altera Hieronymi ad eoſdem, quibus haec reſcribit: *Conſtat Dominum noſtrum omni die Martyrum ſuorum triumphos excipere, quorum paſſiones a S. Euſebio Caeſarienſi Epiſcopo ſcriptas reperimus. Nam Conſtantinus Auguſtus quum Caeſaream fuiſſet ingreſſus, & diceret memorato Antiſtiti, ut peteret aliqua beneficia Caeſarienſi Eccleſiae profutura, legitur reſpondiſſe Euſebium, opibus ſuis ditatam eſſe Eccleſiam, nulla petendi neceſſitudine compellente; ſibi tamen deſiderium immobile ſtetiſſe, ut quidquid ubique in Rep. Romana geſtum ſit erga Sanctos Domini, Judices, Judicibuſque ſuccedentes in univerſo Orbe Romano ſollicita perſcrutatione monumenta publica diſcutiendo perquirerent, & quis Martyrum, a quo Judice, in qua Provincia vel Civitate, qua die, quave paſſione perſeverantiae ſuae obtineret palmam, de ipſis Archivis ſublata ipſi Euſebio Regio juſſu dirigerent. Unde factum eſt, ut idoneus relator exiſtens, & Eccleſiaſticam hiſtoriam retexeret, & omnium pene Martyrum Provinciarum omnium Romanarum diligens Hiſtoriographus declararet.*

Tanti Operis, tantique Scriptoris fama ſtatim pios doctoſque Viros excivit, & ad perquirendos Euſebii Commentarios in Actis illis & Epiſtolis indicatos inflammavit. Ac tametſi jam antea pleroſque ſcriptis illis inductos quaeſiviſſe non ambigam, primus tamen in literarum monimentis occurrit Eulogius Alexandrinus, qui Orientis prius latebras

irrito

Digitized by Google

irrito labore ſcrutatus, Gregorium M. per epiſtolam rogavit, ut ejus operis ſibi copiam facere dignaretur, certiſſime ratus, Romanam Summi Pontificis Bibliothecam tam inſignibus Sacrae antiquitatis monimentis carere non poſſe. At Gregorius non modo nullum exſtare in Romanis Bibliothecis ejus operis exemplum reſpondit. ſed ſe ab Eulogio primum didiciſſe ſuſceptum illum confectumque ab Euſebio laborem, antea ſibi prorſus ignotum & inauditum. Haec enim ſcribit Epiſt.29. lib.7. Indict.1. *Sanctiſſima Beatitudo veſtra ſcribere ſtuduit, ut cunctorum Martyrum geſta, quae piae memoriae Conſtantini temporibus ab Euſebio Caeſarienſi collecta ſunt, tranſmittere debeamus; ſed haec neque ſi collecta ſunt, neque ſi ſunt ante veſtrae Beatitudinis ſcripta, cognovi.* Warnaharius praeterea, ſive Wariharius, qui illa ipſa Gregorii aetate ſcripſit, ſabulam Pſeudohieronymi de Actis Martyrum Caeſaream convectis aperte deſignat, eamque ſatis tum pervulgatam eſſe inſinuat in Epiſtola ad Cerannium Epiſcopum Pariſienſem, praefixa Actis Sanctorum Tergeminorum Lingonienſium: *Nunc Sanctorum geſta ad laudis tuae cumulum pro amore Religionis congregare in Urbe Pariſiaca devotus intendis. Unde S. Euſebio Caeſarienſi in aemulationis ſtudio coaequandus es, & pari gloriae dono perpetualiter memorandus.*

Poſt aetatem Gregorii ſama ejus Collectionis Conſtantini ope ab Euſebio confectae in dies increbuit. Nam Hilduinus Abbas, qui poſt ſeculi noni initium ad Ludovicum Pium ſcribebat, in Epiſtola, quam Areopagiticis praemiſit, rem innuit tamquam omnibus notam atque compertam. De antiquiſſimo enim Martyrologio, Conſtantinopoli advecto, ait: *Quod Martyrologium, ut antiquitas ejus demanſtrat, ex eo tempore conſtare poſſe, non incongrue remur, quo Conſtantina jubente, nota occaſione, Martyria Sanctorum Domini de toto Orbe collecta, & Caeſoream* ſunt *convecta.* Antiquus etiam Author Paſſionis S. Valeriani, cujus fragmentum inter veterum pro Euſebio teſtimonia edidit Valeſius ex antiquo Codice Moſciacenſi: *Celebre*, inquit, *habetur ſanctae memoriae Euſebium, per omnem Orbem, in quantum Divino annuntiante Spiritu, ut geſtum eſt, rei veritas decurſa valuit reperiri, prout ſingularum Provinciarum Urbes, Loca, vel Oppida illuſtrari triumphis Martyrum Caeleſtibus meruerunt; quorumque Principum tempore ordinata officiorum inſtantia innumerae paſſiones ſactae fuerant, declaraſſe. Qui etſi Martyrum ſingulorum integras non explicuit paſſiones, tamen Chriſtianis devotis atque fidelibus, unde deſcribi vel celebrari debeant, veraciter intimavit... Ita per ſupradicti Viri relationem ab unius Codicis ſonte diffuſam, ſcriptis manantibus fidelium, totum Orbem celebrandae paſſiones Martyrum rigaverunt.* Vetus denique Breviarium MS. Eccleſiae Lemovicenſis in Tertia Lectione Officii Euſebii Caeſarienſis apud eumdem Valeſium: *Praeterea, ut legitur, omnium Provinciarum quum multorum SS. Martyrum paſſiones, & Confeſſorum vitam ac Virginum cagnoviſſet, viginti libros de eiſdem Sanctis ſcriptitavit.*

Haec igitur erat olim propagata de Actis ab Euſebio collectis opinio, quae doctiſſimos etiam recentioris memoriae Scriptores invaſit, apud quos primum quidem non ſolum libros Martyrum ab Euſebio fuiſſe conſcriptos, verum etiam inſigni ſui parte ſupereſſe creditum eſt. Scribit enim Baronius ad diem 23. Septembris in Notis ad Martyrologium, ſe Lindanum audiviſſe haec narrantem: *Ex libris Martyrum, quos Euſebius Caeſarienſis ſe ſcripſiſſe teſtatur, tres nondum e Graeco verſos in Bibliotheca Philippi Hiſpaniarum Regis piiſſimi apud S. Laurentium in Eſcuriaco exſtare nobis loquitur Index ejuſdem, quem Catholica Majeſtas nobis ad unam aut alterum noctem devorandum ſingulari benevolentia permiſit.* De eodem Opere Franciſcus Bivarius ad Dextri Chronicon an. 308. *Graece ſcriptum*, inquit, *in Regia Bibliotheca S. Laurentii in Eſcuriali dicitur reperiri.* Ad ſpem operis optatiſſimi aliquando recuperandi eo rumore erecti ſunt eruditorum animi, at non ſine fuci ſuſpicione. Quare Petavius, Guillemus etiam Cave in Euſebio quum Bivarii ſententiam retuliſſet, addidit: *Et utinam nobis liceret eſſe tam Beatis! At vereor, ne ſama mendax pra theſauro carbones, pro genuino Euſebii apere fabuloſas Metaphraſtis quiſquilias venditarit.* Tandem Docti Viri ſpem inanem in Eſcurislenſi Indice poſitam abjecerunt, Luca Holſtenio Laurentiani Codicis veram Hiſtoriam de viſu narrante in literis, quas de illius Bibliothecae Libris ad Magnum Ducem Etruriae ſcripſit: *Ibidem*, inquit, *Hiſtoriae Eccleſiaſticae Euſebii antiquiſſimum & pulcherrimum exſtat exemplar in folio majori. Decimo Libro ſubjicitur fragmentum de Martyribus in Palaeſtina paſſis: quae tota narratio toti-*

totidem ſere verbis lib. 8. legitur. Hoc fragmentum ab Hiſpanis aliquando habitum fuit pro libro illo, quem de Martyribus ſeorſim a ſe ſcriptum non uno loco fatetur Euſebius; qui vix tandem ejus copiam fecerunt Vaticanae Bibliothecae Praefectis.

Ea ſpe dejecti, nunquam Viri doctiſſimi ad hanc uſque diem vota & querelas omiſerunt, aut fiducia inveniendae Collectionis ſe lactare deſierunt. Bollandus in Praefat. Generali ad Vitas Sanctorum cap. 1. §. 3. *Id opus*, inquit, *an uſquam exſtet divinare non poſſum. Praeclare de Eccleſia mereretur, qui tantum aſſecutus publicaret theſaurum*. Ruinartus in Praeſat. ad Acta Sincera Martyrum, librum memorans Euſebii de antiquis Martyribus: *Si penitus non exciderit, ita latet, ut diu licet a Viris perſpicaciſſimis conquiſitus, a nemine prorſus hactenus potuerit inveniri.*

Perverſa igitur de Martyriis ab Euſebio collectis judicia ex his, quae hactenus dicta ſunt, tripartita eſſe dignoſcimus. Alii nimirum Praeſatione Actorum Silveſtrinorum inducti putaverunt, omnium ubique Martyrum paſſiones & hiſtorias Euſebium conſcripſiſſe, & in libros digeſſiſſe; ut vetus Author Lectionum Officii Eccleſiae Lemovicenſis. Alii vero Pſeudohieronymo fidem habentes, non hiſtorias Martyrum, ſed Martyrologium ſive ab Euſebio compoſitum cenſuerunt, ut Author vitae S. Valeriani, ſive a Hieronymo ex Euſebii opere digeſtum & ordinatum, ut Molanus, & recentiorum magni nominis plerique, quorum patrocinium ſuſcepit Florentinius in exercitationibus praeviis ad Martyrolog. Occidental. Alii denique Silveſtrinis Actis, & ſuppoſitis Epiſtolis nihil tribuentes, ex ſolis Euſebii verbis, quae protulimus, non rite expenſis, librum, aut libros de antiquis Martyribus fuiſſe autumant ab Euſebio compoſitos atque conſcriptos, quos miſere intercidiſſe, aut ſepultos latere dolent; ut Baronius, Bollandus, Holſtenius, Ruinartus. Hunc tertii ordinis errorem quum ſuperius ex recta Euſebiani textus explicatione confutaverimus, ſequitur, ut fabulam Pſeudohieronymi, & Prooemium Actorum Silveſtrinorum rejiciamus.

CAP. III. Prooemium Actorum Silveſtrinorum, & Pſeudohieronymi Epiſtola de Collectione Euſebiana diſcutiuntur.

Non heic Acta Silveſtri aut cum Baronio vindicanda, aut cum ceteris eruditis Viris rejicienda ſuſcipimus, ſed exordium dumtaxat, in quo *Omnium fere cunctis in Provinciis certamine functorum Martyrum & Epiſcoporum & Confeſſorum tormenta & cruciatus undecim*, ſive, ut alii legunt, *viginti libris intexuiſſe narrat*, ad fabulas amandamus. Ac ſatis nobis erit, ſi quemadmodum Baronius agnoſcit Acta illa in multis fuiſſe depravata, ita & nos dicamus, eadem tempore Gelaſii fuiſſe emendatiora, & exordium illud, quod hodie legimus, non praetuliſſe. In quam me conjecturam duo non levia adducunt argumenta. Primum enim ab omni ſimilitudine veri abhorret, quod potuerit Gregorius, doctique illius aetatis homines hyſtoriam Martyriorum ab Euſebio conſcriptorum ignorare, ſi in ipſo Prooemio Actorum Silveſtrinorum ſub Gelaſio lecta fuiſſet. Ait enim Gelaſius: *Item Actus B. Silveſtri Apoſtolicae Sedis Praeſulis, licet ejus, qui conſcripſit, nomen ignoratur, a multis tamen in Urbe Romana Catholicis legi cognovimus, & pro antiquo uſu multae haec imitantur Eccleſiae*. Nam etſi poſt Gelaſium legi deſiiſſent, Codices tamen exſtare debuerant, quum ab Hadriano I. & Nicolao I. citentur. Docti igitur Viri, ac praecipue Gregorius, licet inter fabulas habuerint, narratum tamen aliquando, aut fictum non ignoraſſent, quod Eulogius ſcripſerat de Euſebii opere; rem nimirum ab aevo Gregorii non adeo remotam, ſed Patris ejus memoria a multis Catholicis Romae creditam, certe lectitatam.

Deinde Prooemium illud cum ſubjectae narrationis ſerie non cohaeret, ſi Combefiſii emendationem ſuſcipiamus. Quid enim opus erat praeſcribere, quod Euſebius narrare omiſerit in Hiſtoria Eccleſiaſtica res ab ſe in aliis Commentariis expoſitas, ſi vitam, actuſque Silveſtri neque in hiſtoria, neque alibi uſquam narraverat? Ipſe certe orationis ordo antiquam lectionem poſtulat, quam in Codice Regio exſtantem *Immane monſtrum* adpellat Combefiſius, emendatque ex Codice Mazarinio. At reduviam curat, ut ajunt, ubi medendum eſt capiti. Nam procul dubio vel Prooemium totum amputandum, ubi de Euſebio ſermo eſt, vel antiqua lectio retinenda, ſi Prooemium retineatur. In antiqua enim lectione quum Author vereretur, ne impoſtura lectoribus ſuboleret, ſi vitam ex Euſebii Commentariis depromtam viderent, de qua in Euſebii hiſtoria nulla exſtaret mentio, Euſebium, ait, omiſiſſe in hiſtoria mentionem earum rerum, quas ali-

bi

bi narraſſet; quumque omnium Romae Epiſcoporum vitam alibi expoſuiſſet, ſe unum Silveſtrum ex eorum numero ſibi delegiſſe transferendum e Commentariis Euſebiania: quae tametſi falſa & ficta, optime tamen ſibi conſtant & cohaerent. At Combefiſii Acta, quae vocat probatiſſima, quum de Euſebii Commentariis eodem pacto praefata eſſent, addunt: *Ex horum igitur numero Epiſcoporum ad hoc uſque tempus, quem dixi, res ille lingua Graeca conſcripſit. Hujus autem* (nempe S. Silveſtrii) *vitam non potuit reddere, ac ſtylo exornare:* μεταφράσαι. Nimirum Combefiſius quum *Immane monſtrum* antiquae lectionia horreret, humano capiti cervicem junxit equinam. Sed ſtulti ſumus, qui exordii illius ἀσυστασίας moroſius expendimus, quum ipſe Combefiſius, quid ſibi author velit verbo illo μεταφράσαι, non ſatis intelligere fateatur. Quae autem de libria ſive undecim, ſive viginti ab Euſebio exaratis dicuntur in Actis, unacum Pſeudohieronymi narratione, ex iis, quae ſubjiciemus, ad liquidum perducentur.

Suppoſitam Hieronymo Epiſtolam graviſſimis rationibus exploſerat Baronius de Romano Martyrologio cap. 7. Contra Baronii ſententiam acriter invectus eſt Franciſcua Bivarius ad Dextri Chronicon. Modeſtius elevare Baronii argumenta conatua eſt Franciſcus Maria Florentiniua in exercitationibus ad Epiſtolas ſaepe memoratas, quas Occidentali Martyrologio praefixit, & fidem aliquam iiſdem epiſtolia conciliare ſuſcepit. Sauſſajus quum Baronii rationibua refragari non poſſet, & veterum pro Epiſtolarum veritate teſtimonia non rejicienda videret, quas habemua, Epiſtolaa interpolatas atque corruptas putavit, legitimas autem ac ſinceras ab antiquis indicatas, & laudataa interiiſſe. Igitur quum inter recentiores Criticos non deſint Epiſtolarum patroni, Sollerius tom. 8. Junii In Prolegom. ad Martyrol. Uſuardi adhuc ſub Judice litem eſſe, ait, quam ego facile diremtum iri cenſeo uno potiſſimum argumento, ad quod miror, doctiſſimos hactenua Scriptores animum non advertiſſe. Euſebium Acta Martyrum edidiſſe antequam hiſtoriam Eccleſiaſticam conſcriberet, ſatis ipſe diſerte oſtendit omnibua illia Eccleſiaſticae Hiſtoriae locia, in quibus a ſe confectam editamque collectionem memorat. Antequam autem Euſebius Hiſtoriam Eccleſiaſticam conſcriberet, abſolveretque, Caeſaream Conſtantinus nunquam advenit. Fabuloſum eſt igitur quidquid in Epiſtola de Conſtantino Caeſaream ingreſſo, de Euſebio Imperatorem rogante, de Actis Conſtantino jubente Caeſaream convectia, deque Hiſtoria Eccleſiaſtica & Martyrum paſſionibus, Actorum illorum ſubſidio conſcriptis. Porro Hiſtoriam Eccleſiaſticam abſolvit Euſebius, Criſpo Conſtantini filio adhuc in vivis agente. Nam cap. ultimo poſtremi Libri, narrato Licinii interitu, qui anno ſuperiori contigit, haec addit: *Conſtantinus vir omnibus Religionis virtutibus ornatus & victor maximus, una cum Criſpo Caeſare Deo cariſſimo, & Patri undequaque ſimillimo, Orientem ſuum recepit, & Imperium Romanum, ſicut olim fuerat, in unum corpus redegit.* Criſpo autem Conſtantini juſſu interfecto, id nullo pacto ſcribere potuiſſet Euſebius, aut ita laudare, quem Imperator, & Pater neci dediſſet. In libris enim, ut recte obſervat Pagius ad annum 326. quos ſublato Criſpo conſcripſit, illum nedum non laudat, ſed ne memorat quidem, ut in Vita Conſtantini lib. 4. cap. 40. & in Orat. in Tricennalibus, ubi tres alios Conſtantini filios laudat, Criſpum vero tacitus praeterit. Criſpum vero caeſum eſſe anno 326. convenit inter Chronologos, ſive interierit ante menſem Martium, ut contendit Pagius, ſive menſe Junio aut Julio, ut evincere nititur Tillemontius Nota 52. in Conſtantinum. Recte proinde Valeſius in Praefat. de vita & ſcriptis Euſebii, ſcriptam ante Concilium Nicaenum hiſtoriam Euſebianam putat, licet deinde adfirmet poſt Concilium abſolutam. Scio, a Guillelmo Cave Valeſium inconſtantiae inſimulari, quod hiſtoriam, quam ſcriptam faſſus erat ante Nicaenam Synodum, deinde poſt paucaa paginas abſolutam dixerit poſt idem Concilium: *Quam*, inquit, *Viri cl.* ἀσυστασίαν *merito miramur*. Ego autem hanc ipſam Guillelmi ἀπειρόκαλον admirationem magis miror: quaſi vero inſuetum ſit, opera, quae diuturnum ſtudium curamque poſtulant, non ſtatim atque ſcripta ſunt, eſſe itidem abſoluta. Profecto qui Hiſtoriam Euſebii utcumque percurrerit, deprehendet librum decimum alio tempore a prioribus eſſe compoſitum; nam librum nouum redditae pacis laetitia clauſerat, & poſtremum caput de ultimo exitio hoſtium Chriſtianae Religionia inſcripſerat, de quo nimirum ſibi poſtremo loco agendum propoſuerat in prooemio totius operis;

de-

deque Licinio tanquam vero Chriſtiani nominia patrono egerat illo ipſo cap. ultimo. At libro decimo, quem ſe ait Paulini precibus addidiſſe libris prioribus jam decurſis, contraria ſcribit, & Licinii impietatem, perfidiam & immanitatem deſcribit, ac deteſtatur.

Conſtantinus autem procul dubio ab Anno Chriſti 324. quo Provinciis Orientis profligato Licinio potitus eſt, Palaeſtinam adire non potuit ante annum 327. quod facile demonſtramus. Nam anno 325. Junio menſe Nicaenae Synodo interfuit. Tum Nicomediae agebat III. Kal. Septembris ex ſubſcriptione L. 15. de Teſtam Milit. Lex prima de Erogat. Milit. annon. data eſt Aquis in Dacia XIV. Kal. Novembris. Hiemem anni 326. in Thracia tranſegiſſe Conſtantinum, colligit Tillemontius ex Leg. I. de Cuſtodia reorum, quae III. Nonas Februarii data eſt Heracleae. Sirmii degebat Imperator Idibus Martiis, ubi legem I. dedit de Integri reſtitut. Reliquo ejuſdem anni tempore Italiam & Illyricum perviſit. Nam Lex tertia de Falſa Moneta illum Mediolani commorantem exhibet pridie Nonas Julii. Roma, Spoletoque reverſum rurſus Mediolani conſediſſe X. Kal. Novembris, diſcimus ex Leg. I. Unde vi. Ultima Decembris die Sirmii verſabatur Conſtantinus, ubi data eſt Lex. 5. de Jure Fiſci. Anno praeterea 327. Lex I. ſine cenſu, vel reliquis a Conſtantino data eſt Theſſalonicae III. Kal. Martii. Lex quarta de Exactionibus Sardicae XV. Kal. Junii. Lex XIII. de Adpelationibus, Heracleae III. Nonas Auguſti.

Quum igitur ad hanc uſque diem tertiam Auguſti 327. Conſtantinus in Caeſaream Palaeſtinae minime perrexerit, Euſebius autem collectionem Martyrum jam emiſiſſet, quam nimirum ſaepius adfirmat a ſe jam confectam, editamque, antequam Hiſtoriam Eccleſiaſticam conſcriberet; Pſeudohieronymianae narrationis fallacia deprehenditur tam de Conſtantino Caeſaream adventante, operamque ſuam Euſebio pollicente, quam de Euſebio Acta Martyrum poſtulante, deque Imperatoris edicto de Actis undique conquirendis, & Caeſaream ad Euſebium comportandis.

Ad hanc temporum rationem Florentinius minime advertit. quum fabulam de Conſtantini edicto fulcire conatus eſt literis ejuſdem Imperatoris ad Euſebium, quibus eundem hortatur, ut Sacros Libros ad uſum Eccleſiae neceſſarios quam adcuratiſſime deſcribendos curaret, quum Praeſidi Provinciae jam mandaſſet, ut ad eam rem Euſebio impenſas & operam commodaret. *Quamquam enim*, inquit Florentinius in adnotationibus ad Epiſtolas Martyrologio praefixas, *edictum Conſtantini non exſtet, ut Provincialia de Martyribus Acta undique ad Euſebium tranſportarentur, in iiſdem tamen Conſtantini literis ad Provinciae Praefectum continetur, ut pro conſcribendis Sacris Libris, & ad parandos Codices, quaecumque neceſſaria eſſent, Euſebio prompte ſuppeditarentur*. Hanc Epiſtolam Conſtantini recitat Euſebius lib. 4. de vita ejuſdem cap. 36.

At pace Viri Doctiſſimi, verba Conſtantini ad ſententiam de Provincialibus Actis Martyrum undique ad Euſebium mittendis nulla vi trahi poſſunt. Nam primo Conſtantinus diſerte expreſſit, non quaſcumque ſcripturas ad uſus Eccleſiaſticos, ſed Divinas ſibi velle deſcribi: Τῶν θείων δηλαδὴ γραφῶν, ὧν μάλιστα τὴν τ' ἐπισκευὴν, καὶ τὴν χρῆσιν τῷ τῆς Ἐκκλησίας λόγῳ ἀναγκαίαν εἶναι γινώσκεις. Apertiſſimam Conſtantini ſententiam de Sacris Bibliis θείων γραφῶν, videbatur Chriſtophorſonus ad omnes Eccleſiae neceſſarias ſcripturas traduxiſſe: quam interpretationem, Valeſiana relicta, in rem ſuam tranſtulit Florentinius, qui Acta Martyrum, vel eorum ſaltem Indices, nomine ſcripturarum Eccleſiaſticarum comprehendi poſſe intelligebat. Qui autem verum amant, nec ſuſceptarum partium ſtudiis indulgent, Authorum ſenſus ex ſuis potius ipſorum verbis, quam ex Interpretum, ſive bona fide, ſive licentia eliciunt.

II. Non ad Praefectos Provinciarum, ſed ad Provinciae Praefectum, ſi Chriſtophorſonum interpretem ſequamur, cujus verbis inhaeret Florentinius, literas dedit Conſtantinus. Quae ipſa Euſebii, ſeu potius Chriſtophorſoni verba Epiſtolae Hieronymo adfictae mendacium detegunt. Si enim illae ipſae Conſtantini literae mandatum continebant de Actis ad Euſebium undique aſportandis, ut adfirmat Florentinius, *jam non quicquid in Republica Romana geſtum ſit erga Sanctos Dei, non Provinciarum omnium Romanorum*, ſed unius duntaxat Provinciae Acta ad Euſebium Regio juſſu miſſa eſſent.

III. Ne-

III. Neque ad Provinciae Praefectum, neque ad Praefectos Provinciarum Conſtantinus ait, ſe literas dediſſe, ſed πρὸς τὸν τῆς διοικήσεως Καθολικὸν, hoc eſt, ut recte Valeſius, *ad Rationalem Dioeceſis*. Quem enim Latini a curandis rationibus Rationalem ſequioris Latinitatis aevo dixerunt, Graeci καθολικὸν adpellant: quod Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium lib. 7. cap. 10. in Macrianum argutans innuerat. Ad hos autem Rationales, qui rationibus Principis in Dioeceſi praeerant, literae mittebantur, quum quid ex aerario Principis eſſet erogandum, ut perſpicimus in Epiſtola ejuſdem Conſtantini ad Caecilianum Carthaginenſem, apud Euſebium lib. 10. cap. 6. *Literas dedi ad Urſum Illuſtriſſimum Rationalem Africae*: Καθολικὸν τῆς Ἀφρικῆς: *eique ſignificavi, ut gravitati tuae tria Teruntianorum millia numerari curet*. Igitur Conſtantini literae id tantum mandabant Rationali, ut ſumtus ad Codicum adparatum neceſſarios ſuppeditaret: ὅπως ἅπαντα τὰ πρὸς ἐπισκευὴν αὐτῶν ἐπιτήδεια παρασχεῖν φροντίσειε: non ut Acta Martyrum Caeſaream mitteret, quae neque apud Rationalem adſervabantur, neque ad illius curam pertinebant.

IV. Conſtantinus quinquaginta Divinarum Scripturarum Codices Euſebio quamdiligentiſſime & elegantiſſime deſcribendos mandavit ad uſum Conſtantinopolitanae Urbis, in qua conſentaneum videbatur, ut plures conſtruerentur Eccleſiae, creſcente Chriſtianorum multitudine, ut literae Imperatoris teſtantur. Conſtantinopolis autem aedificari coepta eſt anno 328. ſecundum Petavium, in cujus ſententiam frequentiores diſceſſerunt Chronologi; vel anno 329. ſecundum Tillemontium, qui priorem ſententiam communiorem quidem fatetur, ſed poſteriorem firmioribus argumentis innixam. Epiſtola igitur Conſtantini ad Euſebium de Codicibus deſcribendis data eſt, poſtquam hiſtoriam ille abſolverat, multoque poſtea quam collectionem Martyrum ediderat; ac proinde fruſtra in Conſtantini literis quaerit Florentinius edictum de Actis Martyrum ad Euſebium adferendis.

CAP. IV. Caſſiodori teſtimonium de Hieronymi Epiſtola expenditur.

Luculentiſſimum pro Epiſtola Hieronymi teſtimonium eſt Caſſiodori, idemque omnium antiquiſſimum, quod Martyrologos recentioris memoriae doctiſſimos in eam ſententiam adduxit, ut adfirmarent, aut interpolatam ad nos perveniſſe, ut Sauſſajus, aut penitus intercidiſſe Hieronymi Epiſtolam ad Heliodorum, & Chromatium a Caſſiodoro laudatam, ut Jo. Baptiſta Sollerius in Praefat. ad novam Uſuardi edit. cap. 1. art. 1. §. 2. num. 15. Monachos igitur ad pias exercitationes adhortans Caſſiodorus cap. 32. Divinarum Lectionum: *Futurae*, inquit, *Beatitudinis mores*, *Vitas Patrum*, *Confeſſiones Fidelium*, *Paſſiones Martyrum legite conſtanter*, *quas inter alia in Epiſtola S. Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum deſtinata reperietis*, *qui per totum terrarum Orbem floruerunt*; *ut ſancta imitatio vos provocans ad Caeleſtia Regna perducat*. His verbis Martyrologii ſui Occidentalis lectionem a Caſſiodoro commendari contendit Florentinius, iiſque Epiſtolae, quam excutimus, fidem ac ſinceritatem vindicari. Quorum mihi quidem neutrum probatur. Nam Caſſiodorus eam lectionem Monachis ſuadendam ſuſcepit, ex qua idonea Vitae ſancte inſtituendae documenta adriperent, cujuſmodi fructum ex vitis Patrum, confeſſionibus Fidelium, & paſſionibus Martyrum illis pollicebatur; neque earundem Hiſtoriarum lectionem qualemcumque, ſed conſtantem inſinuat. Quod in Martyrologium Florentinianum cadere non poteſt, ex cujus nimirum lectione, etiam millies repetita, nihil aliud addiſcas, quam eo die Martyres aliquot obiiſſe, plerumque nec mortis genere, nec loco ipſo paſſionis expreſſo. Quare ipſi Florentinio in admonit. praevia 5. dicitur *Martyrum Nomenclator*. At Caſſiodorus quum ait: *Paſſiones Martyrum legite conſtanter*, non publicam in Divinis Officiis, ſed privatam lectionem ſpectabat, ex qua pietatis ac fortitudinis exempla Monachis ſuppeterent. Quam etiam lectionem S. Nilus Monachus Epiſt. I. lib.4. ſuadebat Diſcipulo ſuo Ἀναγίνωσκε τὴν νέαν διαθήκην, Μαρτυρικά τε, καὶ τοὺς βίους Πατέρων, σὺν τοῖς γεροντικοῖς, καὶ πολλὴν ὠφέλειαν καρπώσῃ: *Lege novum Teſtamentum*, *& Acta Martyrum*, *& Vitas Patrum cum dictis Seniorum*, *magnumque ex ea lectione capies fructum*. Quod quam longe abſit a Florentinii Martyrologio ſola illius lectione conſtabit. Idque ut Lectorum oculis ſubjiciam, unum aut alterum ejus diem, in quam, haec ſcribens, forte incido, deſcribam: *Kalendis Martii*: *Natalis Sanctorum Leonis M. Abundanti. Adraſti. Caraſi. Nicofori. Donatellae. Et alio-*

aliorum. In Africa Atriani. Victuri. Secundilae. Maſſilia Hermetis. Gitthei. Felicis. Enucculi. Januarii cum aliis 24. *Andegavis Civitate depoſitio S. Albini Epiſcopi. Rurſus VI. Nonas Martii. Natalis Jorgii. Herolii. Abſolomi. In Caeſarea Cappadociae Lucii Epiſcopi. Primitivi. Secundolae. Januarii.* Quid ex hoc nominum indiculo Monachi haurirent, quo Monaſticas exercitationes & Chriſtianas virtutes alerent, ego certe non video.

Puto igitur aetate Caſſiodori Epiſtolam Hieronymi praefixam fuiſſe Paſſionalibus, ſive collectis Martyriorum hiſtoriis, eoque factum eſſe, ut Caſſiodorus in Epiſtola Hieronymi Paſſiones Martyrum legendas Monachis indicaret. Uſus enim invaluerat, ut non ſolum illuſtrium Scriptorum nominibus famam & authoritatem ſpuriis operibus conciliare niterentur impoſtores, ſed Epiſtolas quoque eorumdem confingerent & obtenderent; quod praeſertim Hieronymo ob celebritatem eruditionis & multiplicem ſacrarum rerum ſcientiam contigit. Ita, qui vitas Pontificum, & Canonum collectiones paſſim exſtantes conſarcinarunt, Epiſtolas Hieronymi & Damaſi, nec non Auguſtini, & Hieronymi ſuppoſuerunt, & praeſcripſerunt, ad quarum exemplum adcedunt Epiſtolae, de quibus diſputamus.

Caſſiodorus igitur quum in fronte ſui Paſſionalis exſtantem Hieronymi epiſtolam haberet, totam illam Paſſionum collectionem Epiſtolae nomine indicavit. Nam Epiſtolae nomine conſignatos fuiſſe Commentarios ipſos & Libros, qui ad alios mitterentur, quorum rogatu conſcripti eſſent, ſive quibus eſſent more Epiſtolarum inſcripti, jam eſt doctis Viris obſervatum in libro Cypriani de Unitate Eccleſiae, in opere Hieronymi de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & in libro adverſus Helvidium: cujus conſuetudinis rationem adfert Auguſtiuus lib. 2. Retract. cap. 20. de duobus libris ad Inquiſitiones Januarii: *Quorum*, inquit, *prior Epiſtola eſt; habet enim in Fronte, quis ad quem ſcribat.* Quamobrem quum Paſſiones Martyrum legendas in Epiſtola Hieronymi laudat Caſſiodorus, non Pſeudepigrapham epiſtolam Paſſionibus praefixam, ſed Paſſionale ipſum Epiſtolae adpellatione deſignatum commendat. Ac propterea quum Baronius ſuppoſitae Epiſtolae authoritatem explodit, non refragatur Caſſiodoro, Paſſionum lectionem ſuadenti.

At dicat quis, Epiſtola Hieronymi diſerte adfirmat, in ea collectione non fuiſſe explicatum quid quiſpiam, & a quo paſſus ſit, quorum ſuppliciorum genere coronatus. Quae verba Florentinius in rem ſuam expendit, ac Valeſius Romani Martyrologii antiquitati objecit; proindeque non potuiſſe epiſtolam illam fuſioribus Martyrum paſſionibus, ſed contractioribus tantum Martyrologiis praemitti. Atqui hoc argumento nedum non adducor, ut credam, Caſſiodorum ad legenda conſtanter nuda Martyrum nomina Monachos fuiſſe cohortatum; ſed novum potius Epiſtolae vitium deprehendo, hanc nimirum Euſebiani operis fabulam fuiſſe pro collectionum diverſitate aliter atque aliter interpolatam. Ac Paſſionalibus quidem jam aetate Caſſiodori praefigi conſueviſſe fabulam de omnium Provinciarum Martyriis ab Euſebio enarratis; in Martyrologiis vero additum fuiſſe brevitatis praetextum, ad avertendum ſcilicet Lectoris faſtidium. Quod ipſum impoſturam rurſus detegit eo argumento, quo paſſim interpolationes in veterum libris deprehendi ſolent; quod videlicet cum authoris propoſito, vel oratione non cohaereant. Quum enim Chromatii & Heliodori votis ſingulorum menſium, ſingulorumque dierum feſta & Martyrum nomina, in quorum memoriam Sacrificium offerretur, ſe conſcripſiſſe Pſeudohieronymus profiteatur, addit: *Conſiderans inter innumerabiles turbas lectoris animum intra unum menſem poſſe laſſeſcere &c.* Quid haec ad lectorem, ſi in Sacrificio memoria Martyrum recolenda erat? An vero de Clerico lectore loquitur, qui Eccleſiaſticas Scripturas in Conventibus recitabat? At quorſum prolixitas menſis, ſi non ſimul eodem die nomina, & acta totius menſis recitanda erant, ſed per dies ſingulos ea dumtaxat, quorum memoria incurrebat? Nec dubito, quin ſo.a Epiſtolae lectione quiſquis viderit brevitatem, ejuſque rationes importune inculcatas, & Martyrologii characteres praeter Chromatii & Heliodori poſtulationes ſtudioſe adcurateque deſcriptos, ad noſtram de fabulae interpolatione ſuſpicionem adcedat.

Si

Si cui vero conjecturae noſtrae minus probentur, & Caſſiodorum velit ſiccam illam jejunamque Martyrum nomenclaturam Monachis conſtanter legendam propoſuiſſe; fuerint quidem Epiſtolae quales nunc habemus praeſcriptae Martyrologio, quo Caſſiodorus utebatur; ſed ita tamen, ut non omnia Martyrologia illas praeferrent. Nam procul dubio iis, quae Romae uſui erant tempore Gregorii, ſabulae hujuſmodi non haerebant; quum ignoraret Pontifex Sanctiſſimus, quae de Euſebii opere, ex fide nimirum Pſeudohieronymi ſcripſerat Eulogius. Utrum autem Caſſiodorus Epiſtolae illius νοθείαν ſubodoratus fuerit, adfirmare non audeo; ſcimus enim, ſuppoſita ſcripta quum primum in lucem emerſerunt, doctiſſimis etiam Viris illuſiſſe, quae procedente tempore ſalſitatis comperta ſunt.

Antequam ſermonem de ſuppoſitis Epiſtolis dimittamus, locum Antipatri Boſtrenſis lib. 1. adverſus Apologeticum Euſebii pro Origine praeterire non debemus; ubi tametſi de Actis Martyrum Conſtantino jubente Caeſaream advectis verbum nullum faciat, agnoſcit tamen, Euſebium ad ſcripta colligenda Imperatoris ope adjutum. *Ego vero*, inquit, *Euſebium quidem plurimarum rerum ſcientia inſtructiſſimum fuiſſe fateor, nec ex veterum ſcriptis quicquam illum latuiſſe. Uſus enim Imperatoris ſubſidio atque ſuffragio, cuncta, quae ubique erant facillime potuit congregare.* Βασιλικῇ γὰρ συνεργείᾳ χρώμενος, εὐπόρως τὰ πανταχοῦ πρὸς ἑαυτὸν συνάγειν ἠδύνατο: Quae ab eodem ſuppoſitarum Epiſtolarum fonte ducta eſſe nemo non videt. An vero floruerit ante Caſſiodori aetatem Antipater, definire non audeo. Claruiſſe circa annum Chriſti 460. ſcribit Cave. Sed Petrus Daniel Huetius lib. 2. Origenianorum ſect. 3. num. 17. *De hujus Antipatri aetate*, inquit, *diu ac multum mihi quaeſita id ſolum hactenus potui deprehendere, Euſebio, quem ſugillat, recentiorem fuiſſe; Joanne Damaſceno, a quo laudatur, vetuſtiorem.* Quin autem ille ſcripſerit, poſtquam Epiſtolae confectae fuiſſent, & manibus legentium tererentur, non ambigo. Plurimarum autem rerum ſcientiam & veterum Scriptorum cognitionem, quam laudat Antipater, non a fabuloſa, Conſtantini ſuffragio, facta collectione hauſit Euſebius, ſed partim a doctorum Virorum conſuetudine, Dorothei praeſertim & Pamphili; partim ab adſiduitate verſandi inſtructiſſimam Pamphili Caeſarienſem Bibliothecam, & Hieroſolymitanam ab Alexandro Epiſcopo conditam, quam ſibi adjumento fuiſſe, memorat lib. 6. cap. 20. Aliter ſero nimis ſapere coepiſſet Euſebius, ſi Conſtantini opem ad ſcripta comparanda praeſtolari debuiſſet. Libri enim, in quibus ſuam Euſebius lectionem eruditionemque multiplicem celebravit, nimirum Chronica, Demonſtratio, ac Praeparatio Evangelica, & Hiſtoria Eccleſiaſtica, conſcripti ſunt multo ante, quam Conſtantinus authoritatem operamque ſuam Euſebio commodare potuiſſet.

CAP. V.
Quid de Euſebianae Collectionis mole & interitu pronunciandum?

Qui Epiſtolae Pſeudohieronymi fidem ſequuntur ac tuentur, maxima difficultate laborant, ut ſe a graviſſimo Baronii argumento explicent. Nimirum fuiſſe immenſae molis futuram collectionem illam, ac tot libros impleturam, quot capere vix totus mundus potuiſſet, ſi omnium Provinciarum, quacumque Romanum Imperium patebat, Martyrum Acta collegiſſet, & Paſſiones enarraſſet Euſebius. Nos autem ſabula Imperatoriae juſſionis, Actorumque ad Euſebium undique convectorum ad liquidum jam perducta, molem ejus Collectionis, quam Euſebius ipſe memoravit, ex ejuſdem Operibus inveſtigabimus.

Ac primum Euſebii ingenium noſſe oportet. Is enim *quum ſatis diligens laudator eſſe ſoleat operum ſuorum, & ad eorum lectionem ſtudioſos ſubinde rejiciat*, ut jam obſervaverat Valeſius in Praeſat. de Vita & Scriptis Euſebii; ubi hoc argumento conjicit, libros contra Porphyrium fuiſſe poſt Hiſtoriam Eccleſiaſticam ab Euſebio elaboratos, quia nimirum lib. 6. Hiſt. quum Porphyrii locum contra Chriſtianos adtuliſſet, librorum ſuorum mentionem nullam fecerit. Quum, inquam, hoc fuerit in more poſitum Euſebio, idque fecerit in Martyrio Pionii, Apollonii, & Lugdunenſium, non temere putamus, illum fuiſſe collectionem ſuam indicaturum, ſi quae Acta in ipſam contuliſſet, quae inſignes Martyrum victorias complecterentur, aut ad illuſtrandam Perſequutionum, quas deſcribebat, hiſtoriam conferrent. Age igitur Euſebium de Perſequutionibus ante Diocletiani tempora diſſerentem adeamus, ut ex ipſo diſcere liceat, quaenam Acta collegiſſe videri poſſit.

Martyrum quidem, qui ſub Marco Antonino Vero immani Perſequutione ſaeviente occubuerunt, preter eos, qui in Galliis decertarunt, quorum Paſſiones ſe collegiſſe ait, nulla videtur Acta habuiſſe, quum ſcribat in Provemio lib. 5. *Annus agebatur ſeptimus decimus Antonini Veri. Quo tempore quum in nonnullis terrarum partibus violentior adverſus noſtros perſequutio commota eſſet ex incurſione popularium, innumerabiles prope Martyres per univerſum Orbem enituiſſe, ex iis, quae in unica Provincia contigerunt, conjicere eſt.* Si tot illorum Martyrum Acta collegiſſet, non conjecturam a Gallis Martyribus ductam, ſed Actorum fidem adlegaſſet, ſicut Gallicana Martyria ex Actis recitat, & in Actis ab ſe collectis plenius legenda docet. Nullius praeterea, qui ſub Commodo coronatus eſt, Martyris, praeter unius Apollonii, quem in ſuam ἀναγραφὴν conjeciſſe ait, videtur Acta collegiſſe. Quamquam enim Apollinaris Hierapolitani verba de Martyribus Cajo, Alexandro, aliiſque recitat, de illorum tamen Paſſionibus nihil addit.

In Perſequutione Severi *per omnes ubique locorum Eccleſias ab Athletis pro pietate certantibus illuſtria ſunt confecta Martyria*, inquit initio lib. 6. Sed utrum Acta illorum apud ſe habuerit, nullo judicio licet arguere. Ex diſcipulis quidem Origenis ſex Martyrio functos narrat; ſed unde eorum exitum acceperit, non docet; imo quintum, cui nomen Sereno, diſerte fatetur capite truncatum, fama teſte, ſe ſcribere; ὡς λόγος ἔχει: Heroidem vero, quam ſexto loco memorat, ex Origenis ſcriptis didicit, igni abſumtam: ὕδατι φησὶν αὐτός. His ſeptimum adcenſet Baſilidem, eique Potamienam, quam vocat celeberrimam, adjungit; utriuſque autem Martyrium ex aliorum ſermonibus, non ex Actis ſe exponere non obſcure ſignificat. Cap. 28. ejuſdem lib. 6. de Maximini Perſequutione ſcribens, nullum in eo Martyrem adpellat; ſed Ambroſii dumtaxat, & Protoctati confeſſionem laudat ex aliorum dictis: κατέχει λόγος.

De Martyribus ſub dira Decii Perſequutione nihil adfert praeter Epiſtolas Dionyſii Alexandrini ad finem uſque lib. 6. Itemque de Galli Perſequutione initio lib. 7. non aliter Martyres explicat ſub Valeriano lib. 6. cap. 10. quam verbis ejuſdem Dionyſii, poſt cujus longa & inſignia de Martyribus fragmenta narrat cap. 12. Priſci, Malchi, & Alexandri Martyrium; ſed rumoribus & fama acceptum, ut verba illa inſinuant: Τούτους φασὶ κατ' ἀγρὸν οἰκοῦντας &c. His quartam mulierem ne nomine quidem ſibi notam ex aliorum narrationibus: Ἔτι πρὸς τούτοις γυναῖκα κατὰ τὸν αὐτὸν διωγμὸν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει, τὸν ὅμοιον ἱστοροῦσιν ἀγῶνα διηθληκέναι. *Praeter hos mulierem quandam in eadem Civitate* (Caeſarea) *Perſequutionis hujus tempore ſimili certamine perfunctam narrant*. Quae de Marino Caeſareae Palaeſtinae functo narrat cap. 15. potuit ex Actis, in patria nimirum ſua Euſebius haurire, ſed adfirmare non habeo. De fratribus per peſtem, genere quodam Martyrii, extinctis cuncta refert verbis Dionyſii. Atque haec de Martyribus, qui ante Diocletiani Perſequutionem occubuerunt, quos antiquos adpellat, habet ille in Hiſtoria Eccleſiaſtica.

Quid igitur? Solos eos Martyres, quorum Acta in Collectione legenda memorat Euſebius, dicemus Syllogen illam antiquorum Martyriorum impleviſſe? Certe non videtur. Nam praeter Epiſtolam Eccleſiae Viennenſis, ac Martyrium Pionii & Apollonii nihil aliud collegiſſet atque edidiſſet Euſebius. At vero quum in Eccleſiaſtica Hiſtoria ſaepe ſcribat, in diverſis terrarum partibus innumeros Martyres partim incurſione popularium, partim edictis Principum & Praeſidum, ac Judicum ſententiis coronatos, facile putamus, non id ex incertis rumoribus, aut poëtica licentia, ſed Hiſtorica fide ex ſcriptis narrationibus, aut Eccleſiarum Epiſtolis, aut publicis tabulis adfirmaſſe, niſi forte, ubi teſtibus ac monimentis ejuſmodi deſtitutus non alios ſe authores praeter publicam famam habere ſignificat. Praeſertim quum certatim Chriſti fideles tunc temporis Agones Martyrum, quibus intererant, ſcriptis mandarent, aut a Notariis ſcripta coëmerent, & cum aliis Eccleſiis communicarent. Quae ſicut ad nos pervenire non exiguo numero potuerunt, ita quin potuerint ab Euſebio in eam curam diligenter incumbente colligi non dubitamus. Quod autem ſolam Viennenſium, Pionii, & Apollonii Hiſtoriam ex Collectione plenius cognoſcendam lectoribus inſinuet, narrationum illarum prolixitas, rerum geſtarum praeſtantia, & inſignis monimentorum claritas fecit; ubi vero Acta erant, cujuſmodi ſuperſunt plurima, quae conſuetas Praeſidum interrogationes, Martyrum reſpon-

reſponſiones, latam ſententiam, inlatamque necem, neque aliud praeterea, quod peculiari mentione dignum eſſet, complectebantur, Perſequutorum ſaevitiam commemoraſſe, & Martyrum multitudinem ac fortitudinem laudaſſe contentus fuit.

Conjecturam igitur ex adlatis Euſebii teſtimoniis facientes, haud temere, ut mihi quidem videtur, adfirmare licet, Codice uno, nec ſane magnae molis, totam illam Martyrum Collectionem conſtitiſſe; praeſertim quum Euſebius idem, ubicumque ſuam Collectionem indicat, ſemper veluti Codicem unum deſignat; ac de Lugdunenſium Epiſtola mentionem faciens, ait: Μετὰ χεῖρας ἀναλαβόντι τὸ σύγγραμμα, ὃ καὶ αὐτὸ τῇ τῶν Μαρτύρων συναγωγῇ πρὸς ἡμῶν κατείλεκται: *In manus* autem *ſumere* Commentarium Collectioni inſertum, aperte innuit, eam fuiſſe Collectionis molem, quae poſſet in manua ſumi. Quod ſi addere lubeat MSa. Codices, praeſertim antiquioris ſcripturae, fere majoribus characteribua, quam noſtrates, fuiſſe exaratos, baud multa potuerunt uno illo Codice, qualem Euſebius innuit, Acta contineri.

Ut autem ad Collectionis interitum jacturamque deveniamus, praefari oportet, non eandem eſſe de Collectionibus, ac de aliis illuſtrium Scriptorum Commentariis diſperditia cognoſcendi judicandique rationem. Si enim Acta modo ſuperſint, etſi diſſociata, & diviſa, & ſeorſim edita, συναγωγὴν periiſſe non erit dolendum. In Collectionibus ſiquidem, quae ſingulis Actis coagmentatis conflatae ſunt, in quibus Collectoris neque ingenium, neque judicium, neque doctrina in ſcribendo adparet, complexio illa & coagmentatio, praeterquam ad lectoria commodum minimi refert, iiſque adcidere poteſt, quod in fluminibus paſſim uſuvenit, ut in minores alveos derivata ſine ullo aquarum detrimento nomen amittant. Fieri igitur potuit, ut Euſebianae Collectionis Acta, alia fortaſſe ab aliis deſcripta in recentioribus Collectionibus ſupereſſent, etſi nuſquam Euſebii nomen ſibi praeſcriberent, quod nimirum ne ipſa quidem Euſebii aetate ſibi praeſcripſerant, ut eſt a nobis ſuperius obſervatum. Conſueverunt enim Chriſtiani pro vario pietatis ſtudio alii ſibi alias Martyrum hiſtorias exſcribere, vel quod Martyris cujuſpiam patrocinio magis confiderent, vel exemplis magis adficerentur, aut Reliquias apud ſe baberent; ut proinde Acta Martyrum per vices temporum primum quidem apud Eccleſias aut privatos diſperſa, deinde ſtudioſorum ſolertia in unum collecta, ruſus vero in privatam utilitatem ſeorſim exſcripta, aliiſque ſubinde inquirentibus & colligentibus iterum in Paſſionalium corpus digeſta, & compacta, utrimque laudabilem Chriſtianorum contentionem ad Sanctorum memoriam cultum imitationemque teſtentur.

Quamobrem Euſebii Collectionem interiiſſe temere dolebit, qui non poſſit certo adfirmare, quaenam Acta, quibus modo caremus, in illa continerentur; nam aliter vel interiiſſe lugebit, quod nunquam exſtitit, vel amiſſum deflebit, quod prae manibus habet. Porro Acta plurima Euſebianae Collectioni abfuiſſe, nec illam magnae molis fuiſſe, ex ipſa Euſebii hiſtoria deduximus. Contra vero Acta exſtant plurima, quae dubitare nemo debeat, quin potuerint in eam Collectionem comprehendi. Nam Claudii, Aſterii, Mamantis, Nicepbori, aliorumque praeſertim Aſiaticorum biſtorias, quas ab Henſcbenio, Mabillonio, Cotelerio, Ruinarto vindicatas habemua, quis inficietur, ab Euſebio colligi potuiſſe? Aut quia praefracte negaverit, potuiſſe ab illa ipſa toties memorata Euſebii Collectione ad nos propagari? quae quum nihil prae ceteris inſigne & inſuetum memoriae proderent, propterea fortaſſe nuſquam ab Euſebio memorata leguntur.

Tota proinde deploratae jacturae ſumma ad terna illa Acta redit, quae Collectioni inſerta fuiſſe, Euſebio teſte, dicimus, Lugdunenſium, Pionii, & Apollonii, quae quum inſignia fuerint, ut ſuperſtites reliquiae oſtendunt, non ſui modo, ſed totius etiam Collectionis deſiderio poſteritatem adfecerunt, veluti cetera quoque Acta pari rerum geſtarum claritate inſignita eſſent. De iſtorum igitur vicibus & fato pauca ſubjiciemus, ut quoad ejus fieri poteſt, aut deſiderii acerbitatem leniamus, aut jacturae gravitatem ad liquidum perducamus.

Ac primum quidem ſua opinione fallitur, qui deperdita luget Acta Pionii, quum adbuc in Collectionibus, etſi tantum Latine, ſuperſint; quae nimirum ex Simeone Metaphraſte ediderant Lipomanus, Surius, & Bollandus ad diem primam Februarii; emendatiora vero Tbeodoricus Ruinartua ad quatuor MSS. Codices exacta noviſſime vulgavit ex

ex antiquiſſima interpretatione, quae ipſi viſa eſt aetatem Metaphraſtae ſuperare. Hunc autem eſſe Commentarium illum, ſive Epiſtolam, quam Euſebius in ſua Collectione legendam indicaverat, ejus verba demonſtrant, quibus ſumma capita rerum recenſet ac repraeſentat, quae cum Actis ſuperſtitibus ad amuſſim conveniunt: *Cujus ſingulas*, inquit, *confeſſiones, ac libertatem in dicendo, utque coram populis ac Praeſidibus pro fidei noſtrae defenſione peroraverit; conciones item de Inſtitutione fidei, praeterea cohortationes atque invitationes ad eas, qui perſequutionis tempore lapſi fuerant; adloquutiones etiam & conſolationes, quas in carcere poſitus adeuntibus ipſum fratribus adhibuit; quae ſuper his tormenta, quantaſque dolores ſuſtinuerit, clavorum inſuper confixiones, & mirabilem in medio rogo conſtantiam, mortemque denique poſt res omnes admirabiliter geſtas quum pleniſſime Epiſtola de ipſo conſcripta contineat, eos, qui volunt, ad ipſam amandamus antiquorum Martyriis a nobis collectis inſertam*. Qui autem Acta legerit, quin ad ipſa digitum Euſebiua intenderit, non dubitabit.

Integram vero Lugdunenſium Martyrum Epiſtolam uſque ad ſeculum Chriſti ſeptimum, & Gregorii Turonenſis aetatem exſtitiſſe argumento eſſe poteſt, quod ipſe Gregorius de Gloria Martyrum cap. 49. & poſt eum Ado, & Notkerus ad diem 2. Junii non ſolum nomina octo & quadraginta Martyrum eo certamine functorum referant, ſed in ordines etiam pro diverſo mortis genere diſpertiant, quod ab Epiſtolae illius narratione hauſiſſe videntur. Niſi forte, quod mihi ſimilius vero eſt, praeter Epiſtolam Lugdunenſium, Acta quoque poſt eorum Martyrum triumphum conſcripta ſint, in quibus & mortis genera & Sanctorum nomina fuerint conſignata. Hanc conjecturam adſtruunt Acta ſincera SS. Alexandri, & Epipodii apud Bollandum & Ruinartum num. 2. ubi de Lugdunenſibus Athletis legimus: *Quorum plurimi diſtinctis poſſionibus atque nominibus ad ſuccedentium memorias pervenerunt. Nam poſt vaſtiſſimam Martyrum ſtragem, & ſaevientium paſſionum crudelitatem, de qua etiam Chriſti famuli, quas tunc illuſtriſſimae Urbes Vienna & Lugdunum tenebant, ad Eccleſias Aſiae & Phrygiae ſcripta miſerunt &c.* Quibus verbis praeter Epiſtolam alia indicantur Acta, per quae diſtinctis ordinibua & nominibus ad poſteritatis memoriam Martyres pervenerint.

Apollonii Martyrium, quod in ſua etiam Collectione emiſerat Euſebius, procul dubio legiſſe Hieronymum putamus. Nam Senatorem illum fuiſſe ſcribit; quod quum tradere omiſerit Euſebius, non aliunde, quam ex Actis hauſiſſe videtur Hjeronymus. Nec Joſephum Scaligerum probamus Hjeronymo refragantem, quod nimirum non fuiſſet Euſebius Senatoriae dignitàtis mentionem praetermiſſurus, ſi ea inſignis fuiſſet Apollonius. Quum enim res illius & orationem in Senatu habitam in ſua Collectione cognoſcendam ſcripſerit, inde putavit, perſonam ac dignitatem Lectoribus poſſe innoteſcere. Praeterea quum Euſebius in hiſtoria nomen non exprimat nebulonis illius, a quo delatus fuerat Apollonius, Severo illi nomen fuiſſe ſcribit Hjeronymus, quod ex jiſdem Actis accepiſſe non dubitamus. Utcumque autem poſt Euſebium tam Epiſtola Lugdunenſium, quam Apollonii Acta ſuperfuerint, certe praeter Euſebiana fragmenta nullum eorum exſtat judicium; fortaſſe nimirum, quod praeter excerpta illa nihil haberent praeclarius: quod mihi quidem, praeſertim de Lugdunenſium epiſtola valde probatur.

Ex his, quae hactenus deduximus, conſequitur, non aliam ſupereſſe jacturae farciendae rationem, praeter eam, quam immortalis memoriae Clemens XI. ſapienter injecerat, ſi qua ſcilicet Martyriorum monimenta externis linguis conſignata, & in remotarum regionum latebris ſepulta deliteſcant, inquirendo. Etſi enim fruſtra eſſet, operamque abuteretur, qui fore ſperaret, ut in Collectionem Euſebianam quaerendo incideret; merito tamen laetari debet quiſquia ea monimenta nanciſcatur, quae ſi minus adfirmare, ſuſpicari ſaltem poſſit, Euſebio fuiſſe aut collecta, aut cognita; vel certe digna, quae in pervulgatam illam Collectionem insererentur, quaeque ejus Collectionis qualem demum cumque jacturam ſupplere poſſint.

ADMONITIO

In Martyrium SS. LUCIANI, & MARCIANI.

Vulgatis apud Latinos haec Acta praeferenda.

ACta SS. Luciani, & Marciani Martyrum, quae ex altera Codicis I. Chaldaici Nitrienſis Vaticani Parte, cui Titulus eſt: *Acta Martyrum Occidentalium*: in lucem proferimus, duas in partes dividi poſſunt. Prima ea continet, quae pius, & fidelis Auctor aliunde quam ex Actis publicis didicerat, quaeque ipſis Actis praemiſit, ut non ſolum horum Martyrum paſſionem, ſed & miram eorum converſionem, ac poenitentiam ad poſterorum notitiam tranſmitteret. Altera vero narrationis pars Acta ipſa complectitur, quae heic videntur referri, prout a Notariis publicis excepta ſunt.

Ea Mombritius omnium primus typis vulgavit, & ex eo, ac duobus pervetuſtis MSS. Codicibus, quorum unus eſt Bibliothecae Colbertinae, alter vero inſignis Monaſterii Benedictini Silvae-majoris in Dioeceſi Burdigalenſi Theodoricus Ruinartus, cui praecipua hujus Admonitionis capita debemus. Utrobique autem eadem Acta obſcuro adeo, atque barbaro ſtylo ſunt conſcripta, ut vix, ac ne vix quidem pluribus in locis germanum eorumdem ſenſum percipere ſe poſſe, fateatur Tillemontius, Vir ceteroquin doctiſſimus. Haec vero, quae prae manibus habemus, quamquam injuris temporum ad calcem lacera, ac proinde mutila, litem de tempore, & loco horum Athletarum Paſſionis componere nequeant; ob narrationis tamen dignitatem, veriſimilitudinem, contractamque rerum geſtarum ſeriem, ea eſſe videntur, quibus ceu genuinis atque autographis Actis fides adhiberi merito poſſit. Nihil enim in illis, quod primigenium textum non redoleat, non prae ſe gerat: quibuſcum tamen vulgata a Mombritio, & Ruinarto facile concordarent, ſi rudes rerum exaggerationes demerentur, inverſuſque nativus autographorum Actorum orationis contextus reſtitueretur. Nonnullos id generis lapſus in Adnotationibus mox adjiciendis deſignabimus; alios vero, quemadmodum, & non mediocres ab Actis noſtris diſcrepantias, benevoli Lectoris diligentiae expungendos, conſulto relinquimus.

Eorū memoria apud Graecos deleta tur.

Celebris tamen apud Latinos.

Quamvis autem SS. Luciani, & Marciani Martyrii hiſtoriam Graecis hucuſque ignotam eſſe, ex alto & Menaeorum & Menologii Baſiliani ſilentio evincatur; eorum tamen memoria in omnibus fere Latinorum Martyrologiis celeberrima ſemper fuit. Et Romanum quidem Martyrologium ad diem vigeſimum ſextum Octobris haec habet: *Nicomediae Sanctorum Martyrum Luciani, Floris, & Sociorum*. Quem in locum adnotat Baronius, Luciano a Beda addi *Marcianum*, *utriuſque vero Acta exſtare apud Mombritium Tom. 2. Vit. Sanctor*. Porro Acta, quae a Mombritio loc. cit. exhibentur, non alia certe ſunt, quam haec ipſa, quae ex Codice I. Nitrienſi Chaldaico eruta heic Latinitate donamus, ut ea conferenti luculenter patebit. Bedae, & Mombritio praeiverat S Hieronymus in antiquis Martyrologiis, quae ejus nomine circumferuntur. Is enim, & ceteri Martyrologi, qui ipſum exſcripſere, uti Florus Eccleſiae Lugdunenſis Diaconus, tradunt ad eumdem XXVI. Octobris diem, Sanctos Lucianum, & Marcianum, in rogum conjectos, Nicomediae Martyrii lauream obtinuiſſe. *Nicomediae*, ait Martyrologium Flori, ad tres Codices MSS. exactum, *Natalis Sanctorum Martyrum Marciani, Flori, & Luciani, qui tempore Decii Imperatoris igni traditi ſunt ſub Sabino Proconſule*. Huic Martyrologio adſtipulatur Romanum, a Petro Galeſinio editum, quod ad praeſignatum diem Octobris vigeſimum ſextum haec profert: *Nicomediae Sanctorum Martyrum Luciani, Marciani, Floriani* &c. Concinit & aliud Martyrologium Bibliothecae Barbarinae de Urbe, quod inter additiones ad Bedae, & Flori Martyrologia ediderunt Socii Bollandiani Tom. 2. Martii. Ad eum quippe XXVI. diem menſis Octobris feſtum SS. Luciani, Marciani, & Flori celebrat ipſiſſimis verbis: *Nicomediae*, nempe, *Natalis Sanctorum Martyrum Marciani, Flori, & Luciani, qui tempore Decii Imperatoris igni traditi ſunt ſub Sabino Proconſule*.

Martyrii locus.

Ex praemiſſis itaque jam extra omnem controverſiam conſtitutum eſſet, quo in loco Lucianus, & Marcianus Martyres occubuerint, Nicomediae, ſcilicet; niſi Galeſinius

ad

ad praefatum diem Octobris vigeſimum ſextum eos a noſtris Nicomedienſibus diſtinguere videretur. Ibi enim praeter illos Martyres, quos cum ceteris Martyrologiis Nicomediae paſſos refert, eodem die poſt aliquorum Martyrum Africanorum commemorationem haec de aliis ſubdit: *In Africa item Beatorum Martyrum Luciani, & Marciani, qui in ipſo etiam Decianae Perſequutionis impetu pro fide dimicando, invicta pietatis defenſione coronantur*. Nonnihil etiam nobis negocii faceſſit laudatum Bibliothecae Barbarinae Martyrologium, quod licet vigeſimo ſexto Octobris die SS. Luciani, & Marciani memoriam recolat; praecedenti tamen die, jam *Paſſionis Sanctorum Luciani, & Marciani* meminit. Hiſpanorum denique Martyrologii Author, Tamayus Salazarius ad diem 26. Octobris contendit, Lucianum, & Marcianum, de quibus praeſens eſt quaeſtio, Cives fuiſſe Urbis Vicenſis in Tarraconenſi provincia, in eaque Martyrium conſummaſſe, quorum etiam ſacras Reliquias ibi hactenus exſtare obſervat. Id autem probare ſibi videtur ex illius Urbis Eccleſiae traditione, quam ex ipſius *antiquo Breviario, ex vetuſtiſſimo Flore Sanctorum MS. atque ex Scriptura in Archivo ejuſdem Eccleſiae reperta* deducit. Salazario ſuffragatur Ferrarius, qui in Catalogo Generali Sanctorum eodem die 26. Octobris ſic habet: *Vici in Hiſpania Sanctorum Martyrum Luciani, & Marciani ſub Decia*. Quod in Notis ſe ex Tabulis Eccleſiae Vicenſis accepiſſe teſtatur. Porro Vicus, vulgo *Vich*, urbs eſt Cataloniae parva quidem, ſed Epiſcopali ſede ornata. Ejus Antiſtes ſaepius *Auſanus Epiſcopus* dicitur, quod Auſae, celebri olim Urbi, Vicus ſucceſſerit.

Verum I. Galeſinius, & Author Martyrologii Bibliothecae Barbarinae cum Martyrologio Romano adprime conſentiunt, Sanctorum Luciani, & Marciani Martyrii locum Nicomediam diſertiſſime deſignantes. Quum autem alios ejuſdem nominis Martyres alibi laurea redimitos obtrudunt, abeſt immenſum, ut exinde Martyrologiorum cum Romani, tum S. Hieronymi, Bedae, & Flori authoritatem elevent. Quo enim antiquo teſtimonio ſuam nuperrimi Scriptores ſententiam confirmant, quae nec ſecum conciliari poſſet, niſi alios, atque alios Lucianos, ac Marcianos effinxeris, in Deciana Perſequutione interemtos? Secundo Tamayus Salazarius monimento certo haud quaquam innititur, quum illud unum ſit, privatum, & Eccleſiae ipſius, quae, ut idem Author adfirmat, in Reliquiis eorumdem Martyrum adſervandis gloriatur. Quamvis autem Ferrarius in notis ad praeſignatum diem dicat, corpora SS. Luciani, & Marciani in Urbe Vico jacere; ſubſcribit tamen Galeſinii Martyrologio, in quo hi Martyres in Africa paſſi perhibentur. Quod quam alienum ſit a ſubleſta Salazarii opinatione nemo eſt, qui non videat. Attamen Tabulas ejuſdem Eccleſiae Vicenſis inſpexerat ipſe Ferarius. Nec quemquam movere debet, quod Martyrologia fere omnia Sanctis Luciano, & Marciano Florum, ſeu Florianum, alioſque Martyrii Socios adjungant: Acta vero noſtra horum dumtaxat duorum mentionem habeant. Qui etenim Luciani & Marciani Acta conſcripſit, id unum, ſicuti ex ejus Prologo liquet, ſibi propoſuit, ut beneficentiſſima omnipotentis Dei miſericordia in mirifica horum Martyrum converſione, & poenitentia celebraretur; ac proinde reliquos, ſi qui fuerint, eorum Martyrii ſocios, quod tam ſplendide, cumulateque ad id argumentum minime referrentur, ratus eſt praetermittendos. Quid quod nec in recenſendis Luciani, & Marciani ſociis Martyrologi ſecum conveniunt; Florus enim, & Galeſinius unum Florum, ſeu Florianum iis adjungunt, Martyrologium vero Romanum plures Anonymos deſignat.

Et tempus. Porro etſi Lucianum, & Marcianum ſub Decii Imperatoris Perſequutione, quae Octava fuit, & cujus initium anno a Partu Virginis 249. quo utrumque Philippum Decius jugulavit, conſignatur, Martyrii palmam adeptos fuiſſe, inficiari non poſſumus, quum id in Actis, a Mombritio, & Ruinarto vulgatis expreſſum habeatur; quo tamen eorum mors anno contigerit, incompertum nobis eſt. Paullo certiores de ipſorum Martyrii die eſſemus, ſi Codices MSS. ex quibus eorumdem Acta Ruinartus protulit, & cum Codice noſtro, & cum Mombritio, & ſecum ipſi concordarent. Codex enim Silvaemajoris tum in Actorum capite, tum in fine eoſdem Martyres VIII. *Kalendas Novembris* paſſos fuiſſe, diſerte refert, cui & Martyrologium Barbarinum ſuffragari videtur. Colbertinus autem Codex cum Mombritio, ceteriſque Martyrologiis ſupra laudatis eorum Martyrium ad diem ſequentem rejiciunt. Noſter demum Chaldaicus Codex Nitrienſis I.

in

in titulo Actia praefixo, ex calligraphi fortaſſe incuria, ad 26. Novembris. Ceterum Graeci in Menaeis & Menologio Baſiliano, uti & Synaxarium Syrorum, & aliquot Martyrologia Latina cum Romano, Marcianum Martyrem die VIII. Kalendas Novembris concelebrant: ſed hunc a noſtro Marciano alium eſſe, nemo dubitat. Is quippe eſt Marcianus Cantor, & Lector Sacrarum Scripturarum, qui cum Martyrio Subdiacono ſub Conſtantio Imperatore, agente Macedonio Conſtantinopolitanae Sedis invaſore, a Philippo Praefecto Conſtantinopoli interfectus eſt. Uterque fuerat Beati Pauli, ejuſdem Urbis Epiſcopi, qui & ipſe Arianorum inſidiis periit, domeſticus & contubernalis; de quibus agit Sozomenus lib. IV. Hiſt. Eccleſ. cap. 2. & 3. Iidem dicti ſunt *Sancti Notarii*, ut ſcribit Menologium Baſilianum, & Cangius obſervavit lib. IV. Conſtantinop. Chriſtianae pag. 130. ubi de illorum Eccleſia. Marcianus a Graecis laudatus, alius a Nicomedienſi.

Demum praecavenda eſt eorum adlucinatio, qui Sanctum Cyprianum, olim etiam magicae fraudis doctum, cujus memoria in Sacris Eccleſiae Faſtis ad diem vigeſimum ſextum Septembris recolitur, cum noſtris hiſce Martyribus confunderent. Quamquam enim utrorumque Acta parum a ſe invicem diſcrepare videantur; Cyprianus tamen, Diocletiano imperante, Martyrium cum Juſtina Virgine, cujus opera ad fidem converſus fuerat, conſummavit. Praeterea ex Mago quidem Chriſtianus factus, verum inde Diaconus: mox, ſi fides Tillemontio habenda, Epiſcopus Antiochiae, ejus ſcilicet, quae *Semiramis* dicebatur, quaeque Syriam inter & Arabiam ſita, renunciatus fuit, non vero Epiſcopus Carthaginenſis; uti fabulantur Graeci, qui Cyprianum illum, S. Juſtinae acrem amatorem cum celeberrimo & ſanctiſſimo Eccleſiae Doctore Cypriano Carthaginenſi Epiſcopo perperam confundunt. Acta Cypriani ab his omnino diverſa.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܠܘܩܝܢܘܣ ܘܡܪܩܝܢܘܣ ܒܥܣܪܝܢ ܘܫܬܐ ܒܬܫܪܝܢ ܐܚܪܝ .

MARTYRIUM

Sanctorum LUCIANI, & MARCIANI.

Die XXVI. Novembris.

Anno Chriſti circit. 250. ſub Decio Imp.

ܐܝܟܢܐ ܕܚܙܝܢ ܟܝܢܐ ܕܡܢ ܚܘܒܐ
ܢܦܩ ܘܪܕܐ : ܘܡܢ ܚܒܬܐ ܬܦ̈ܚܐ
ܡܦܩܝܢ ܐܝܠܢ̈ܐ : ܗܟܢܐ ܐܦ ܟܬܒ̈ܐ
ܡܠܦܝܢ ܠܢ : ܕܟܪ ܕܣܓܝܬ ܚܛܝܬܐ
ܬܡܢ ܐܬܝܬܪܬ ܛܝܒܘܬܐ : ܘܟܕ ܕܐܫܬܡܠܝܬ
ܥܘܠܐ : ܬܡܢ ܐܦ ܕܝܠܗ ܛܝܒܘܬܐ ܐܬܝܬܪܬ :
ܕܐܝܟܐ ܓܝܪ ܕܐܥܝܩܬ ܒܝܫܬܐ ܡܛܠ
ܠܡܥܒܕ ܚܛܗ̈ܐ ܬܡܢ ܦܬܚܬ ܛܝܒܘܬܐ
ܬܪ̈ܥܐ ܠܬܝܒܘܬܐ ܕܬܝ̈ܒܐ .
ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܩܕܡܝܢ ܐܡܪܢ ܠܢ
ܡܛܠ ܠܘܩܝܢܘܣ ܘܡܪܩܝܢܘܣ
ܣܗ̈ܕܐ ܐܝܟ ܐܝܠܢ̈ܐ ܕܥܒܝܢ ܡܢ ܒܝܫܬܐ
ܕܒܝܫܘܬܗܘܢ ܘܣܠܩܘ ܠܥܒܕܘܬܗܘܢ
ܕܥܠܬܐ ܐܝܟ ܐܪ̈ܙܐ ܕܥܠ ܝܘ̈ܒܠܐ ܕܡ̈ܝܐ :
ܘܫܪܝܘ ܟܕ ܡܢ ܗܘ ܕܒܝܫ ܘܡܥܒܕ
ܠܡܬܪ

QUEMADMODUM Natura monſtrante videmus e ſpinis germinare roſas, & cognata vepribus provenire poma; ita Sacrae Literae nos docent, ibi ſuperabundaſſe gratiam, ubi abundaverat malitia; & ubi dominata fuerat inquitas, eo juſtitiam ſupervenifſe. Ubi enim nequitia peccatores ad perpetranda flagitia adlexit, & compulit, ibi gratia eiſdem poſtmodum reſipiſcentibus fores aperuit ad ſalutarem poenitentiam. Scriptoris Prologus. Rom. 5. 20.

Haec praemiſimus, dicturi de Sanctis Martyribus LUCIANO, & MARCIANO, qui velut fructuoſae arbores e peſſimo ſolo propriae nequitiae germinarunt, indeque ad egregia facinora cogitationem intendentes, Cedros juxta flu- Lucianus, & Marcianus Magi.

enta ſucereſcentes amplitudine, atque ſublimitate ſua viſi ſunt coaequare. Invocantes quippe nomen Dei Jacob, veri Iſraëlis adpellationem commeruerunt; neque id gratis, ac ſine labore ſunt conſequuti, ſed cruento propriorum corporum ſacrificio. Ambo olim vitam duxerant flagitioſam, ſine ſpe, ut ajunt, & ſine Deo; inanimum ſcilicet Deorum cultu impliciti, immundis Daemonibus ſeſe addixerant. Neque in hoc uno errare contenti, ſed caeca ulterius acti libidine, atque amentia, in alia quoque ſcelera ſeſe praecipites dederant, moreſque corruptiſſimos, ſempiternum eis interitum adlaturos. Veneficam artem idcirco edidicerant, explendae libidini utilem fore rati, omniaque ejuſdem artis nefanda myſteria ex malorum ingeniorum inſtitutione, atque ſuggeſtione profecta hauſerant. Hiſce itaque artibus, malis Daemonibus inſtigantibus, & auxilia praebentibus, mulierum pudicitiam expugnare, ob leviſſimas injurias acerrimam vindictam ſumere, & adverſantibus maxime infeſtos, atque terribiles ſe praebere: ſimplicium mentes corrumpere, aliis vitam eripere, nemini parcere. Ita factum eſt, ut non ſine metu a pleriſque ſpectarentur, nec facile invenirent qui ad ipſorum conloquium, congreſſumque venire auderet; ſi cui vero forte occurrerent, obvii quique oculos alio deflecterent, ipſorum adſpectum palam averſati. Immanis ſcilicet eorum impietas ex vultu ſe ſponte prodibat, jamque univerſae civitati permoleſta, atque intolerabilis videbatur.

Aſt Optimus Deus illorum nequitiam ultra procedere minime eſt paſſus, nec tulit ille amator hominum, ut ambo iſti peccatores ad extremum uſque vitae diem in ſuis flagitiis cum plurimorum miſerabili exitio contabeſcerent; ſed multis miſerationibus ſuis uſus, in bonitate ſua illorum malitiam increpuit, atque compeſcuit, ut ipſos quidem ab impie-

[illegible]

ܕܠܗܝܡܢܘܬܐ ܒܡܫܝܚܝܘܬܐ ܐܦܢܝ ܐܢܘܢ.
ܐܡܬܐ ܚܕܐ ܕܐܠܗܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܗܝ
ܕܥܡܪܝܢ ܗܘܘ ܒܗ̇ ܐܝܬ ܗܘܬ ܒܬܘܠܬܐ
ܘܡܗܝܡܢܬܐ ܐܢܬܬܐ ܕܡܢ ܙܘܘܓܐ
ܐܫܬܠܡܬ : ܘܒܬܘܠܘܬܗ̇ ܕܢܛܪ ܠܐܠܗܐ
ܢܕܪܬ ܗܘܬ : ܗܕܐ ܒܓܘܫܡܗ̇ ܫܦܝܪܐ ܛܒ
ܗܘܬ ܡܚܫܒܢܐ ܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܗ̇ ܕܠܘܬ
ܡܢ ܦܠܓ ܕܠܒܒ ܗܘܬ : ܠܘܩܝܢܘܣ
ܕܝܢ ܘܡܪܩܝܢܘܣ ܒܥܝܕܐ ܕܥܠܝܡܘܬܗܘܢ
ܪܚܡܘܗ̇ ܗܘܘ ܠܗܕܐ ܒܬܘܠܬܐ ܡܢܟܦܬܐ
ܗܘܘ ܕܢܗܦܟܘܢ ܠܗ̇ ܘܟܕ ܠܐ ܡܨܝܢ
ܗܘܘ ܕܢܟܠܘܢܗ̇ ܢܦܬܘܢ ܒܚܪܫܘܬܗ
ܕܐܠܗܐ ܡܛܠ ܢܦܩܘܢܗ̇ : ܒܚܪܫܘܬܐ
ܒܚܪܫܐ ܕܫܐܕܝܗܘܢ ܐܫܬܥܝܘ : ܘܥܒܕܘ
ܒܥܕܢܗ ܠܫܐܕܐ ܕܢܣܬܥܪܘܢ : ܟܕ ܕܝܢ
ܐܝܠܝܢ ܫܐܕܐ ܘܚܝܠܗ ܕܠܗ ܕܡܗܝܡܢܘܬܐ
ܠܐ ܐܫܟܚܘ : ܒܗܝܡܢܘܬܗ̇ ܓܝܪ ܕܡܫܝܚܐ
ܗܘܬ : ܘܒܪܘܫܡܗ ܕܨܠܝܒܐ ܡܣܬܡܟܐ
ܗܘܬ : ܐܫܬܥܝܘ ܗܘܘ ܕܝܢ ܗܢܘܢ ܫܐܕܐ
ܕܒܐܪܐ ܢܓܠܘܢ ؛ ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܥܒܕܘ
ܗܘܘ ܠܡܥܒܕ ܦܘܩܕܢܐ ܕܫܐܕܐ ܘܕܠܐ
ܡܨܝܢ ܗܘܘ ܡܟܒܫ ܠܒܬܘܠܬܐ ܒܠܡܬܗ
ܕܐܠܗܐ : ܐܘܕܝܘ : ܘܡܛܠܕܗܘܢ ܠܐ
ܡܫܠܕܝܢ ܗܘܘ ܣܓܝܐ ܚܝܠܝܢ ܕܣܠܩ
ܕܒܚܝܠܐ ܠܐ ܐܫܟܚܘ ܗܘܘ ܠܡܫܬܘܬܐ
ܕܫܐܕܝܗܘܢ ܠܒܬܘܠܬܐ ܗܢܘܢ ܡܥܝܢܝܢ
ܗܘܘ ܘܐܠܝܨܝܢ ܕܒܬܫܪܝܗܘܢ ܠܗܘܢ :
ܕܫܐܠܝܢ ܠܫܐܕܐ ܕܠܡܢܐ ܡܨܝܢ
ܗܘܘ : ܘܗܕܐ ܒܠܚܘܕ ܡܟܝܠ ܐܝܟ ܕܠܐ
ܐܫܟܚܘ ܠܡܥܒܕ : ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܘ
ܫܐܕܐ ܗܢܘܢ ܒܝܫܐ : ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܒܝܫܬܐ
ܕܚܠܬܐ ܗܘܐ ܘܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܘܠܐܠܗܐ ܠܐ
ܝܕܥܝܢ ܕܠܝܬ ܗܘܐ ܠܢ ܠܡܟܒܫܘ
ܘܠܡܫܥܒܕܘ ܐܢܘܢ : ܡܛܠܕܝܢ ܕܝܢ
ܗܕܐ ܢܦܫܐ ܕܒܬܐ ܡܫܝܚܐ ܐܝܬ ܠܗ̇ :
ܗܕܐ ܕܝܢ ܐܡܬܗ ܕܐܠܗܐ ܕܐܠܗܐ
ܘܡܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܢܛܪܐ
ܡܕܝܢ ܐܢܫ ܕܢܚܝܢ ܘܠܐ ܡܨܝܢ ܚܢܢ
ܠܡܙܟܝܘܬܗ̇ : ܟܕ ܕܝܢ ܫܡܥܘ ܗܠܝܢ ܕܫܐܕܐ
ܠܘܩܝܢܘܣ ܘܡܪܩܝܢܘܣ ܒܕܚܠܬܐ
ܐܬܗܘܘ

impietate avocaret, univerſam vero civitatem ab eorum infeſtatione liberaret. Quae autem converſionis illorum ratio extiterit, paucis exponemus.

Verſabatur in eadem Urbe [1] Vir- Convertuntur.
1 go quaedam Chriſtiana, quae poſtha-
bitis nuptiis virginitatem ſuam Deo
2 obligaverat [2]; erat illi corporis egregia
forma, quam tamen animi pulchritudo, ex integerrima ipſius in Deum fide proveniens, longe ſuperabat. Hanc ergo modeſtiſſimam Virginem Lucianus, & Marcianus, ſecundum morem ſtultitiae ſuae, deperiere; quumque honeſtiſſimam Dei ancillam ad ſua vota trahere fruſtra perſaepe tentaſſent, veneficiis, & incantationibus negocium confectum iri ſperabant. Malis itaque Daemonibus cupiditatum ſuarum adminiſtris arceſſitis, jubent Virginem ad ſe quamprimum adduci. At illi Virginis fidem, atque virtutem infringere neutiquam valuerunt; fide ſiquidem ſua Chriſtiana puella, & Crucis ſignaculo, velut impenetrabili armatura, tegebatur: idque iidem nefarii Spiritus, quandoquidem imperata perficere, Virginemque expugnare nequiverant, fateri coacti ſunt, quum dicerent, negocium illud eſſe ſupra vires ſuas. Quoniam vero Lucianus, & Marcianus vehementer dolebant, artem ſuam Virginis virtute ſuperatam, malos illos Genios interrogabant, urgebantque, ut edicerent, cur, quum cetera hujuſmodi facile expedire ſole-
rent, hoc unum praeſtare nequiviſſent [3]. 3
Reſponderunt peſſimi Spiritus: Illos profecto omnes, qui vanis erroribus impliciti, Deum ignorant, expugnare, & ſub jugo mittere nec laborioſum nobis, nec difficile eſt; iſtam autem Dei Virginem, quae a Jeſu Chriſto invicto Domino cuſtoditur, nulla vi, nulla arte vinci a nobis poſſe, ingenue fatemur. Eo inſpectato reſponſo Lucianus, & Marcianus perculſi, atque ſubito Divinitus veluti immiſſo pavore conterriti,

in terram pene exanimes conciderunt: tum Daemonibus procul abactis, ſecum ipſi de re ſua deliberare coeperunt; ſuperno ſcilicet lumine eorum mentibus inlapſo, atque ab errore ad veram fidem iter monſtranre; ſic autem interſe in communi cauſſa diſſerebant: Conſentaneum utique noſtris rationibus magis fuerit, ut, qui Daemones devicit, ſuaeque poteſtati ſubditos habet, utpote Deo vero ipſi ſerviamus, & Jeſum Chriſtum Filium ejus colamus. Hac itaque rectiſſima cogitatione uſi, reliquum vitae ſuae tempus in excolenda vera pietate impendere conſtituerunt.

Jeſus Chriſtus Filius Dei.

Protinus ergo nefariae artis adparatu, librıſque concrematis, ad omnem honeſtatem, modeſtiamque ſe ipſos poſthac conformare, atque componere ſtuduerunt; quaeſitoque adeo procul ab urbe, atque ab omni hominum frequentia ſeceſſu in ſolitaria, deſertaque loca ſeſe abdentes, magna cum vitae aſperitate ibi Deo ſervire, & conrractas praeteritae vitae licentia noxas piis exercita-

4 tionibus expiare decreverunt [4]. His itaque, & ejuſmodi moribus diu exerciti, omnibus morralibus ſuam in Chriſtum fidem teſtatiſſimam facientes, ita demum in timore Dei, atque in ſancto propoſito confirmari, ſuſceptam Religionem, quamque didicerant, veritatem abſcondere nefas eſſe rati, operam ſuam ad aliorum utilitatem, atque eruditionem conferre ſtatuerunt. Obvios idcirco quoſque ſeu data, ſeu captata occaſione inſtituere, & ad veri Numinis agnitionem, cultumque traducere nitebantur, non paucis ipſorum in melius mutationem aegre ferentibus, atque velut de re inaudita, ac pene incredibili ſtupentibus: qui nimirum fieri potuiſſet, ut qui modo nefariae artis queſtu vivebant, & in veneficiis, atque incantationibus continuo verſabantur, Daemonumque malorum exſecrabili commercio implicabantur, repente Chriſtum invocare coepiſſent,

Chriſtianam Fidem praedicant.

[illegible]

ſent, & mores, quos alte imbiberant, protinus exuiſſent, nec latas adverſus Chriſtianae profeſſionis homines leges, aut ſtatutas illis poenas ullatenus formidarent.

Ad Praeſidem adducti.

Eo itaque paullatim rumore percrebreſcente, reque Magiſtratibus delata, a lictoribus comprehenſi Lucianus, & Marcianus ad Praeſidem [3] adducuntur, 5
ſimulque eo jubente, in equuleo diſtenti, multiplici, eaque ſaeviſſima quaeſtione tentantur, ut abjectam reſumant ſuperſtitionem, atque Idolis Sacra faciant. Hi impetrata dicendi venia, in hunc modum Praeſidem ſunt adloquuti: Tunc in nos hiſce poenis animadvertere aequum fuit, Praeſes crudeliſſime, noſque etiam ultimo ſupplicio adficere, quum non paucis ab hinc diebus in omni ſcelerum, flagitiorumque genere volutabamur, publicam Civium quietem perturbantes, ac Matronarum pudicitiam tentantes, atque expugnantes. Nunc vero contra actum eſt: Nos enim noxia perpetrantes, atque tantorum criminum reos impune agere permiſiſtis. Jam vero quando ex illo flagitiorum coeno eruti, virtutem, ac veram pietatem conſectamur, crudeliſſime plectimur. Sed haec nobis adeo moleſta non ſunt, ut ingentis potius beneficii loco a Deo Bono nobis repenſa exiſtimemus, ipſique ſummas propterea gratias habeamus. Hoc enim obſequio nobis placatus, admiſſorum ſcelerum veniam propitius dabit, dignoſque efficiet, qui pro ipſius amore mortem obeuntes, aeternam vitam illam, quam pie, ſancteque viventibus pollicitus eſt, certiſſime adſequamur. Perge ergo, ſceleſtiſſime Tyranne, & pro tua libidine nos tuis exerce poenis: non enim quae immaniter audes, ea pati refugit animus [4]. 6

Dire vexantur.

Eorum conſtantia.

Igni damnantur.

Quibus verbis commotus Praeſes imperat, ut ab equuleo ſoluti, flammis tradantur, ratus, nulla cruciatuum acerbitate eos a propoſito abductum iri. Martyres vero ardentem rogum, & paratos

ratos tortores circumſpicientes, alacres in ignem proſiliere, flammiſque undique Deum conlaudant. ſepti, gratiarum hymnos Deo decantare coeperunt, qui eos ab antiqua impietate revocatos, ad Martyrii coronam pro
7 ſua ſumma bonitate perduxiſſet [7].

ܘܗܘܘ ܡܫܒܚܝܢ ܠܐܠܗܐ ܕܥܒܕ ܒܪܚܡܘܗܝ
ܕܐܦܩ ܐܢܘܢ ܡܢ ܛܥܝܘܬܗܘܢ ܩܕܡܝܬܐ
ܐܝܬܝ ܐܢܘܢ: ܠܟܠܝܠܐ ܣܗܕܐ ܕܡܠܟ
ܒܛܝܒܘܬܗ ܐܝܟ ܐܢܘܢ.

ADNOTATIONES.

(1) I*N eadem Urbe*; Nicomedia ſcilicet, uti ex Martyrologiis Romano, S. Hieronymi, Bedae, Flori, aliorumque ſuperius oſtendimus. Porro Nicomedia civitas Bithyniae, ad Propontidem inter Byzantium 61. & Nicaeam 44. mill. paſſ. a Nicomede condita; ut ſcribit Strabo l. 12. Poſtea ſub Romanis fuit ſedes aliquot Imperatorum. Heic Diocletiano imperante, S. Anthimo Epiſcopo capite plexo, Palatioque, ut narrat Lactantius lib. de mortibus Perſequutorum cap. 11. a Galerio per occultos miniſtros incendio ſubjecto; quod Chriſtianorum malevolentiae imputatum eſt; atrox inde adverſus eos edictum promulgatum, & ad xx. millia *combuſta* A. C. 303. Poſtea urbs A. 358. terraemotu ſubverſa eſt, quum Conſtantius ibi in gratiam Arianorum Concilium celebraturus eſſet. Heic quoque obiit Conſtantinus M. Imperator, qui, teſte Euſebio Caeſarienſi lib. IV. de ejus Laudibus cap. 61. & 62. quum vellet in Jordane fluvio baptizari, atque idcirco Hieroſolymam peteret, morte praeventus, ab Euſebio Nicomedienſi Epiſcopo, Arianae perfidiae ſectatore, Sacris luſtralibus aquis ablutus eſt; uti & Lambecius in fine Tomi v. Bibliothecae Caeſareae, & Papebrochius Tom. v. Actor. Sanctor. Menſis Maii in Vita S. Conſtantini Magni pluribus probarunt: quod quidem Chriſtianiſſimi Imperatoris fidem apud nonnullos in dubium vertit. Sed incredibile omnino eſt, cum Principem, qui per omnem vitam ſuam Ariani dogmatis hoſtis fuerat, in extremo ſpiritu, eo dementiae conſenſiſſe, quam ſummo ſtudio de ſuo late Imperio prius eliminaverat. *Aſtacus* olim dicta fuit, Pauſania, Ammiano, Cedreno, ac Trebellio Pullione authoribus. Turcis, a quibus capta eſt A. C. 1338. Urchania Othomanni filii ductu, hodie ايكمود *Nichod*, vulgo autem كوميديا *Chomidia* adpellatur. Laudes ejus decantat vetus Geographus, a Jac. Gothofredo editus: Νικομηδία ἢ καὶ αὐτη, εὐτυχοῦσα, καὶ θαυμαστὶ, καὶ ἐν πᾶσι περὶ ἀξοῦσα. Zoſimus itidem lib. I. Νικομηδίαν μεγίστην οὖσαν, καὶ εὐδαίμονα διὰ τὸ πλοῦτον, καὶ τὴν ἄπαντα ἱστορίαν στεμματοπώλων. Ibidem, ut & Nicaeae, labente Imperio, officina Monetaria celebris fuit, ut patet ex Conſtitut. ad Bithyn. lib. I. Cod. Theod. de Muriles, & ex Notis NIC. & NKCO. in nummis Anaſtaſii, Juſtini, & Mauricii apud Car. de Freſne lib. de infer. aevi Numiſm. Nunc pene deſerta eſt.

(2) In Actis a Mombritio, & Ruinarto editis habetur: *Famula quaedam erat Dei caſta & fidelis, nuptias contemnens, virginitatem cuſtodiens.*

(3) Ibidem: *At illi quaedam magica*, vel ut legit Codex Silvae-majoris, *quaecumque magica, & plantaſmata facientes, affigebant Deos ſuos, ut eis reſponderent.* Porro occurrunt paſſim apud veteres exempla eorum, qui Magicis artibus Daemones evocabant. Celebre eſt id, quod ea occaſione a Sozomeno lib. v. Hiſt. Eccleſ. Cap. 2. & a Theodoreto Hiſt. etiam Eccleſ. lib. III. cap. 3. de Juliano Apoſtata refertur. Quum enim ejuſmodi incantationibus operam daret, ſpectris, quae ad Magorum voces adparuerant, deterritus, quaſi in magno diſcrimine eſſet, pro Chriſtianorum conſuetudine, quam didicerat, ſe ipſum ſigno Crucis conſignavit, cujus virtute ſpectra evanuerunt. Vide & Gregorium Nazianzenum in Invectiva adverſus Julianum, & Euſeb. lib. VII. Hiſt. Eccleſ. cap. 10.

(4) Ibidem: *Sic quoque euntes ad Eccleſiam, confeſſi ſunt omnia, quae geſſerant. Cumque facti eſſent Chriſtiani, & poſtea baptizati, perfuſi lumine, omnibus derelictis, loca ſecreta petierunt. Qui per omne tempus macerantes ſe, & caſtigantes corpus ſuum, confitebantur Domino omnia, quae geſſerant: ita ſe jejuniis, & orationibus affligebant, ut tertio quoque die nihil aliud quam panem, & aquam acciperent.* Qui autem Chriſtiani fieri poſſent, & poſtea baptizari, aliis id enodandum relinquimus.

(5) *Ad Praeſidem adducuntur.* Is in Actis vulgatis *Sabinus Proconſul* dicitur.

(6) Deeſt in Actis, a Mombritio, & Ruinarto editis, generoſiſſimum hocce SS. Martyrum Reſponſum.

(7) Ad calcem Actorum vulgatorum haec adnotatio legitur, quam in Codice noſtro Chaldaico deſideramus: *Paſſi ſunt autem Beatiſſimi Martyres Lucianus, & Marcianus VII.* ſive ut in Codice Silvae-Majoris ſcribitur, *VIII. Kalendas Novembris, ſub Decio Imperatore, & Sabino Proconſule, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor, & gloria, virtus & poteſtas in ſecula ſeculorum. Amen.*

AD-

ADMONITIO

In Martyrium Sanctorum VICTORINI, VICTORIS, & Sociorum.

ACta Sanctorum Victorini, Victoris, Nicephori, Claudiani, Diodori, Serapionis, & Papii Martyrum, quae apud Bollandianos, ceteroſque omnes Martyriorum Collectores cum Latinos, tum Graecos, quos videre licuit, deſiderantur, en tandem ex Codice Nitrienſi Vaticano I. eruta, & Latinitate a nobis donata, in lucem heic emergunt. Acta hucuſq; ignota.

Porro etſi haecce Acta, quorum quidem ſinceritas, ac puritas ex ipſa eorum lectione prodit, in Nitrienſi Codice hucuſque delituerint; eorum tamen compendium, nonnihil certe interpolatum, in Sacris & Orientalis, & Latinae Eccleſiae Faſtis occurrit, in quibus eorumdem Martyrum memoria, diverſis licet diebus ac menſibus, celebris ſemper fuit. Menologium enim Graecorum, juſſu Baſilii Porphyrogenitae Imperatoris editum, horum ſeptem Martyrum Elogium ad diem Januarii trigeſimum primum ita refert: *Certamen Sancti Martyris Victorini, & ſex ſociorum. Decio Imperatore fuerunt iſti ex Urbe Corintho. Comprehenſi autem, & Tertio Proconſuli traditi, graviſſime torti ſunt. Victorinus enim eruto oculo dextro, manibuſque & pedibus abſciſſis, in ingenti mortario marmoreo contuſus, deceſſit: Victor praeciſa lingua, eadem ratione in mortario contunditur: Nicephorus tamdiu premitur, donec ſanguis e naribus erumperet; deinde per capillos ſuſpenſus, tandem in eodem mortario conciditur, quoad animam efflaret: Claudianus mutilatis manibus ac pedibus, & ſuſpenſus, ex hac vita diſceſſit: Diodorus igne conſumtus eſt: Serapion inverſo capite ſuſpenſus decollatur: Papias denique manibus pedibuſque amputatis, ſaxo adligatus, in profundum dejicitur.* Hactenus Menologium Baſilianum. Celebris tamen memoria, & cultus apud Graecos.

Menaea vero ſeptem hoſce Martyres ſemel atque iterum commemorant. Et primo quidem ad praeſignatum diem Januarii XXXI. in haec verba: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, μνήμη τῶν Ἁγίων Μαρτύρων, Οὐικτωρίνου, Οὐίκτορος, Νικηφόρου, Κλαυδίου, Διοδώρου, Σαραπίωνος, καὶ Παπίου, τῶν ἐν Κορίνθῳ. Οὗτοι ἐπὶ Δεκίου τοῦ Βασιλέως διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν συσχεθέντες, καὶ ἀχθέντες Τερτίῳ τῷ Ἀνθυπάτῳ ἐν Κορίνθῳ τὴν ἀρχὴν τῆς Ἑλλάδος διέποντι. ἐκ Κορίνθου γὰρ ὡρμῶντο οἱ ἅγιοι μετὰ πλείστας αἰκίας καὶ ἀνυποίστους, διὰ φόνου ἐδέξαντο τελευτάς. Οὐικτωρῖνος γὰρ καὶ Οὐίκτωρ, καὶ Νικηφόρος ἐν ὅλμῳ βληθέντες ἀπέδωκαν τὰς ψυχάς. Ὁ δὲ Κλαύδιος τμηθεὶς χεῖρας, καὶ πόδας, τὸν βίον μετέστη. Ὁ δὲ Διόδωρος τὸ διὰ πυρὸς ἐδέξατο τέλος. Σαραπῖνος δὲ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. Ὁ δὲ Παπίας καταποντισθεὶς ἤνυσε τὸ μαρτύριον. *Eodem die* (Januarii XXXI.) *memoria Sanctorum Martyrum Victorini, Victoris, Nicephori, Claudii*, (ſic Claudianum corrupte vocant) *Diodori, Serapionis, & Papiae Corinthiorum. Hi, Decio imperante, ob Fidei in Chriſtum confeſſionem comprehenſi, & ad Tertium Proconſulem, Corinthi Graeciam Conſulari imperio adminiſtrantem, adducti. Ex Urbe autem Corintho Sancti emiſſi; & poſt plurimos, ac intolerandos cruciatus vario fine vitam clauſerunt: Victorinus, Victor, & Nicephorus in mortarium compacti, & contuſi, animas ediderunt: Claudius manibus pedibuſque truncatis, vita exceſſit: Diodorus exuſtus: Serapinus capite plexus: Papias merſus, Martyrium abſolvit.* Eadem ferme apud Maximum Cytherorum Epiſcopum ἐν βίοις Ἁγίων leguntur. Adduntur praeterea hi verſus, quibus tota laudatorum Martyrum Paſſio indicatur.

Ὁλμῷ μέλη ζῶς συντριβέντες γεννάδαι
 Ὤφθησαν οἱ ζῶς, σώματος Χριστοῦ μέλη.
Καλὴν ἀπαρχὴν, Κλαύδιος τῷ Κυρίῳ,
 Ἐκ σώματος δίδωσι χεῖρας καὶ πόδας.
Ἐν τῇ καμίνῳ καὶ τὸ τοῦ πόνου στέφος·
 Εἴσελθε Διόδωρε Μάρτυς καὶ στέφου.
Εἶπε ξίφους στέρξαντι τῷ ῥόθῳ βία
 Καὶ πῶς Θεὸς στέρξει με τὸν Σαραπῖνον.

Αὗται

Αὗται θαλάσσης πικρὰ λουτρὰ Παπία.
Καὶ τοῦ γλυκασμοῦ τῆς ἄνω τρυφῆς τύχῃς.
Tres, membris in mortario contritis, focti generoſi.
Adparuerunt hi tres membro Corporis Chriſti .
Illuſtres primitios Claudius Domino
E corpore dedit, manus & pedes.
In igne etiom datur certaminis corona:
Ingreſſus es, Diodore, & Mortyr coronaris.
Dein, ò vita, contro timorem gladii te confirmabo;
Quemadmodum etiam Deus confirmavit Serapinum.
Lotus es, o Papia, in acerbis maris balneis,
Et dulcedinem adeptus es Caeleſtium deliciarum.

Iidem deinde Martyres ad quintum Aprilis diem tum primo loco, tum in adjunctis Odis celebrantur. Ita autem Menaea diem illum auſpicantur: Μηνὶ τῷ αὐτῷ, ε. τῶν Ἁγίων Μαρτύρων, Κλαυδίου, Διοδώρου, Οὐΐκτορος, Οὐϊκτωρίνου, Παππίου, Νικηφόρου, ϗ Σεραπίωνος. *Eodem Menſe* (Aprili) *die quinto. Sonctorum Mortyrum Claudii, Diodori, Victoris, Victorini, Pappiae, Nicephori, & Sorapionis, qui*, ut in primis veſperis dicitur, Ὀφθαλμοὺς ἐκκεντούμενοι, καὶ δακτύλους κοπτόμενοι, καὶ πλευρὰς ξεόμενοι καὶ κρεμάμενοι, καὶ τὰ ὀστᾶ συντριβόμενοι, καὶ ξίφει τεμνόμενοι, μᾶλλον δὲ καὶ κεφαλὴν, τοῦ δολίου συντρίψαντες, οὐκ ἠρνήσασθε τὸν Σωτῆρα τῶν ὅλων, οὐ ξοάνοις, ἐπεθύσατε ἀλόγως, Μεγαλομάρτυρες ἔνδοξοι. Σὺν Κλαυδίῳ τιμήσωμεν, Νικηφόρον τὸν ἔνδοξον· τὸν σεπτὸν Διόδωρον καὶ Οὐΐκτορα. Οὐϊκτωρῖνον Παππίαν τε καὶ τὸν Σεραπίωνα. τὸν ἑπτάριθμον χορὸν. τὸ πανάγιον ἄθροισμα, τὴν ὁλόκληρον, Ἐκκλησίας τὸν δῆμον. Τὸν αἰκίσαντα τῶν δαιμόνων μυριάδας, ξίφει ἀνδρείας συγκόψαντα: *oculis expunctis, & digitis contuſis, & lateribus oduſtis ſuſpenſi, & oſſibus contritis, membratim gladio conciſi ſunt, out copite plexi. Froudulentio conculcato, non negaſtis Salvatorem univerſorum, non ſtulte ſacrificaſtis Idolis, o magni, & glorioſi Martyres. Veneremur igitur*, ut additur ibidem, *cum Cloudio glorioſum Nicephorum, venerabilem Diodorum, & Victorem, Victorinum, Pappiamque, & Seropionem, chorum ſeptenarium, ſonctiſſimam congregotionem, & Eccleſiae populum, omnibus ex partibus perfectum, plura Doemonum millium millio gladio fortitudinis conſcindentes.* Ac multis hujuſmodi recitatis, quae brevitatis cauſſa omittimus, ad Titulum: Σὺ Κύριε μου Φῶς, *Tu Chriſte Lux mea*; iſta adjiciuntur; Μεγάλους αἰκισμοὺς ὁμιλήσας Διόδωρε, ὑπέφερες ὀβελίσκων. πνευματώσεις προθύμως, ἀνθράκων τε κατάφλεξιν: Ἀσάλευτος τὸν νοῦν, Σεραπίων διέμεινας, κρεμάμενος καὶ βασάνοις. ὁμιλῶν πολυτρόποις, καὶ ξίφει τελειούμενος: Ῥομφαίας τοῦ ἐχθροῦ, ὦ Παππία ἀπέκλυσας, ξεόμενος καὶ τοῖς ἥλοις, καθηλούμενος Μάρτυς, καὶ ὕδασι ποντούμενος. Ὑμνείσθω Σεραπίων, καὶ θεῖος Διόδωρος, Οὐϊκτωρῖνος, Παππίας, Νικηφόρος, Κλαύδιος, καὶ Οὐΐκτωρ. ὡς τὴν πλάνην, τοῦ δολίου τελείως νικήσαντες: *Magnis flagris, vulneribuſque adſuefactus, Diodore, ſuſtinuiſti obeliſcos & gladios, olacri experimento toleraſti torbonum exuſtionem. Et tu, Serapion, in tormentis ſuſpenſus, inconcuſſo mente permonſiſti, inter collidos ac verſutos degens, gladio vitam finiviſti. Hoſtiles, o Poppia, gladios ſenſiſti percuſſus, & clavis confixus Martyr, & oquis maris ſubmerſus. Hymnis laudentur Seropion, Nicephorus, Claudius, & Victor, qui impoſturos & fraudes perfectiſſime vicerunt.* Poſt celebratas dein variorum Martyrum memorias, de hiſce Sanctis haec iterum referuntur: Παθὼν Οὐΐκτωρ, τὰς πλευρὰς κατεξάνθης ἔνδοξε. ὅλμῳ, συνθλασθεὶς, καὶ γλῶτταν δὲ ἐκτμηθεὶς, ἀναμέλπων τετελείωσαι, εὐλογημένος εἶ ἐν τῷ ναῷ τῆς δόξης Κύριε: Ἰσχύϊ Μάρτυς, τοῦ Θείου Πνεύματος Κλαύδιε νώτου, καὶ κοιλίας μάστιγας ὑπέστης. σιαγόνας συντριβόμενος, χεῖρας καὶ πόδας τε ἐκτεμνόμενος ὑμνῶν τὸν Κύριον: Μεγαλοφρόνως, ὦ Νικηφόρε δακτύλων στέρησιν, ὄντως ὑπομείνας Μάρτυς γενναίως, συντριβὴν παντὸς τοῦ σώματος. νίκης διάδημα φερωνυμίᾳ ἀναδησάμενος: Σήμερον πιστοὶ συνελθόντες. Οὐϊκτωρῖνον τὸν γενναῖον. Κλαύδιον Παππίαν τε θεῖον. Διόδωρόν τε καὶ Σεραπίωνα. καὶ τὸν σοφὸν Οὐΐκτορα. καὶ Νικηφόρον μακαρίσωμεν: *Poſſus es, o glorioſe Victor, lateribus excoriatis, atque in mortario confractus, & lingua exſciſſo mortuus, cantando: Benedictus es, Domine, in templo glorioe. Fortitudine Divini Spiritus, o Cloudi, toleraſti, flagris humeros & ventrem caedi, maxillas pertuti, ac manibus pedibuſque abſciſſis, laudas Dominum. O Nitephore revera Martyr, ſuſtinuiſti & magna-*

gnanimus digitorum perditionem, & conſtans totius corporis contuſionem. Victoriae ergo diodemate nomini tuo conveniente exornaris. Hodie mogno fide adcedamus, & generoſum Victorinum, Cloudium, & divinum Poppiam. & Diodorum, & Serapionem, & ſopientem Victorem, & Nicephorum beatos ae fortunotos praedicemus. Hactenus Menaea.

De eiſdem Sanctis Martyribus videtur eodem die v. Aprilis agi in Anthologio Graecorum his verbis: Τῶν Μαρτύρων Κλαυδίου, Διοδώρου, Θεοδούλου, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς. Hinc Ferrarius ita illos Catalogo generali inſcripſit: *Apud Groecos Sonctorum Martyrum Claudii, Diodori, Theoduli, & ſaciorum.* At *Theodolus* perperam his Martyribus adcenſetur, qui cum Agathopode Martyrium paſſus, eodem quinto Aprilis die ſeorſim memoratur.

Graecorum Menaeis adſtipulatur Galeſinius, qui in Notationibus ad 1. Februarii: *Horum*, inquit, *egregias pro Fide Chriſti dimicotiones fortiter, conſtauterque ſuſceptos, Graece explicatos, Latine redditas adſcripſ.mus Mortyrologio.* In quo ad eaſdem Februarii Kalendas iſta tradit: *Eadem die Sanctorum Mortyrum Victorini, Victoris, Nicephori Claudis, Diodori, Seropionis, & Papiae. Ii Cives Corinthii, Chriſtionae Religionis accuſoti, varie necati, Caeleſti proemio perfruuntur. Victorinus oculo dextro eruto, proecifis manibus & pedibus, in pila marmorea contuſus, animom Deo reddidit. Victor abſciſſa linguo, idem ſupplicii genus invicto onimi robore ſubiens, migrovit in Caelum. Nicephorus primo ita pedibus preſſus eſt, ut e noribus ſanguis eruperit: poſt capillis ſuſpenſus, tum in mortario, demum pilo confractus, abiit ad Dominum. Claudius autem monibus pedibuſque abſciſſis in ignem conjectus eſt. Diodorus igni coctus, Serapio ſublimibus pedibus pendens, capite mulctatus, Papias ſaxo alligatus, in mare projectus: ita nobilis Martyrii coronam omnes acceperunt.* Haec a Graecis accepta profert Galeſinius; quae Caniſius in Martyrologio Germanico ad eundem diem 1. Februarii in epitomen coëgit. At in Menologio, quod ipſe Caniſius edidit, eoſdem Martyres colit die v. Aprilis in haec verba: *Sonctorum Mortyrum Claudii, Diodori, Victoris, Victorinl, Papii, Nicephori, & Serapionis.*

Et apud Latinos.

Latina autem Martyrologia, quae recens Romanum praeceſſerunt, & breviora horum Martyrum elogia referunt, & in iis recenſendis non parum ab ſe invicem diſcrepant. Antiquum quippe MS. Martyrologium Romanum, ſeu S Hieronimi ad diem XXIV. Februarii, qui, ut recte obſervant Bollandiani Tom. III. ejuſdem Menſis, unde MSS. praeſertim Martyrologiorum de ſeptem hiſce Martyribus encomia exſcripſimus, ex amanuenſium oſcitantia pro XXV. ejuſdem menſis Februarii die, quo & eorum mortem Acta noſtra expreſſe conſignant, obrepſit, iſta habet: *In Aegypto Natole Sanctorum Victorini, Victoris Ninivittae, Nicophori, Serapionis.* Unde autem Sanctus Victor *Ninivitta* dictus; an ex patria Ninive, Aſſyriorum urbe, ut, ſcilicet, a quamplurimis ejuſdem nominis Martyribus diſtingueretur; an vero alia de cauſſa illud ei cognomen fuerit, nobis haud liquet. Huic Martyrologio conſonat illud MS. Augiae divitis, ſeu Richenovienſe, in quo ad praedictum diem XXIV. Februarii haec leguntur: *In Aegypto Paſſio Sanctorum Victorini, Victoris Ninentiae*, imo potius *Ninivittae*. Porro de hoc Victoris cognomine *Ninivita*, aut *Ninentia* nulla praeterquam in his duobus MSS. mentio apud antiquos habetur.

Reliqua vero Latinae Eccleſiae Martyrologia circa horum Sanctorum Martyrii diem, cum Codice noſtro conſentiunt, quod, ſcilicet, ad XXV. *Februarii* referunt. MS. enim Martyrologium Trevirenſe S. Martini eo die de eiſdem agit; etſi numerum ſolum, & eorum Paſſionis locum deſignet: *In Eegypta*, inquit, *Septem Mortyrum*. Verum nomina, quae ibi deſiderantur, recenſet Martyrologium MS. Mariani Gormani in Hibernia, ſed loco omiſſo, & alio fere ordine, quam apud reliquos: *Victor, Victorinus, Claudianus, Papias, Serapian, Dioſcorus, Nicephorus.* Vetus Romanum a Roſwido editum hoc eos ordine, quem & Codex noſter, & reliqui fere ſervant, retulit: *Apud Aegyptum Victoriui, Victoris, Nicophori, Claudiani, Dioſcori, Seropionis, & Papiae.* Adjicit MS. Leodienſe S. Lamberti: *Sub Numeriano Imperatore.* At MS. Colonienſe S. Mariae ad Gradus, & Florarium MS. addunt: *Agente Sobino Duce.* MS. Trevirenſe S. Paulini nominibus recenſitis, ſubdit: *Qui omnes ſalenne Martyrium Chriſta*

dedicaverunt, *ſub Mimeriana*, qui ex calligraphi oſcitantia pro *Numeriano* obrepſit, *Principe*, *Duce Sabino*. In eodem MS. qui *Diodorus*, & aliis *Dioſcorus*, *Dionyſius* eſt. Simili mendo in MS. Carmeli Colonienſis *Nichodorus*, & *Papion* pro *Nicephoro*, & *Serapione* ſcribuntur. Imo & Imperator *Numerianus* inepte *Juvenianus* vocatur: *Qui ſub Juveniano Imperatore*, inquit, *exquiſita tormentorum genera toleraverunt*. Uſuardus in omnibus paſſim Codicibus manu exaratis, ac typo cuſis: *Apud Aegyptum*, ait, *Natalis Sanctorum Victorini*, *Victoris*, *Nicofori*, *Claudiani*, *Dioſcori*, *Serapionis*, & *Papiae*, *ſub Numeriano Imperatore*: *quorum primus*, *ſecundus & tertius pro confeſſione Deitatis conſtanter exquiſita ſuppliciorum genera tolerantes: reliqui quatuor*, *Claudianus*, & *Dioſcorus flammis incenſi*, *Serapion*, & *Papias gladio caeſi ſunt*. *Omnes itaque celebre Martyrium dedicaverunt*. Eadem leguntur in Martyrologio Romano Bellini, & Viola Sanctorum. Pro Claudiano *Claudium* ſcribit Molanus. In Martyrologio Coloniae A. C. 1490. excuſo, haec ad calcem adnectuntur: *Martyrium*, *agente Sabino Duce*, *dedicaverunt*.

Beda vero excuſus, cui ſuccinit MS. Monaſterii Richebergenſis, prolixiori encomio ad dictum diem Februarii XXV. eos celebrat: *Apud Aegyptum Natale SS. Victorini*, *Victoris*, *Nicofori*, *Claudiani*, *Dioſcori*, *Serapionis*, & *Papiae*, *ſub Numeriano*, *agente Sabino Duce*. *Quorum primus in pilam e robore cavam*, & *undique circumforatam*, *miſſus*, *ac per ſingula foramina diutiſſime tranſpunctus*, & *cum nimius ſanguis efflueret*, *eductus e pila*, *capite caeſus eſt*. *Secundus manibus ac pedibus amputatis*, *in eamdem pilam miſſus*, *prioris tormenta ſuſtinuit*, & *noviſſime gladio caeſus eſt*. *Tertius tum ultro in pilem fuiſſet ingreſſus*, *indignatus judex juſſit*, *eum inde produci*, & *ſuper craticulam prunis ſubſtratam aliquantisper aſſari*, & *inverti*. *Cumque in confeſſione perſiſteret*, *ſublatus inde*, *minutatim gladio conciſus*, *ſpiritum reddidit*. *Reliquarum qaatuor Claudianus*, & *Dioſcorus flammis incenſi*, *Sercpion*, & *Pofias gladio conſummati ſunt*. Haec Beda; quae verbis hinc inde pauculis commutatis habent Ado Viennenſis, Notkerus, Petrus de Natalibus lib. III. cap. 51. Martyrologia MSS. Reginae Sveciae, Trevirenſe S. Maximini, & Bruxellenſe S. Gudilae, in quo dicitur: *Natale Sanctorum ſeptem Fratrum*. In Adonis MS. Leodienſi S. Laurentii pro *Dioſcoro* eſt *Moſcorus*, & *Fabianus Dux* pro *Sabino*. In MS. Reginae Sveciae, omiſſo Numeriano Imperatore, poſt nomina Martyrum haec leguntur: *Qui ſub Sabino Duce perempti ſunt*; *quorum primus in pilam ex robore tavam* &c. in MS. Trevirenſi: *ex ebore cavam*, habetur. Idem apud Equilinum *cultris tranſpunctus* dicitur. At *tertium juſſit Judex*, ſecundum Notkerum, *aliquantulum peraſſari*. In fine autem Codicis Bruxellenſis: *Gladio perempti omnes colebre Martyrium dedicaverunt*.

Hodiernum denique Martyrologium Romanum ad eundem diem Februarii XXV. Septem hoſce Martyres hoc Elogio, quod ex hactenus laudatis concinnatum eſt, commemorat: *In Aegypto Natalis Sanctorum Martyrum Victorini*, *Victoris*, *Nicephori*, *Claudiani*, *Dioſcori*, *Serapianis*, & *Papiae*, *ſub Numeriano Imperatore*; *quorum duo primi pro confeſſione fidei exquiſita ſuppliciorum tormenta conſtanter tolerantes*, *capite plectuntur*: *Nicephorus poſt craticulas candentes*, *igneſque ſuperatos*, *minutatim conciſus eſt*: *Claudianus*, & *Dioſcorus flammis incenſi*: *Serapion vero*, & *Papias gladio caeſi ſunt*.

Martyrii locus. His praemiſſis, quibus major ex dicendis lux adſulgebit, ſupereſt diſcutiendum, quo iu loco hi ſeptem Chriſti Athletae Martyrium ſubierint. Quae quidem difficultas praeciſa omnino eſſet, ſi illum, uti & Paſſionis tempus, Acta noſtra ſilentio haud involviſſent. Hujuſmodi tamen defectum in ſexcentis etiam ſinceris aliorum Martyrum Actis videre eſt, quae Collectioni ſuae Ruinartus inſeruit. Quare litem de eorum Martyrii & loco, & anno, quae inter Martyrologos vertitur, ex ipſis modo prolatis monimentis qualitercumque componere conabimur. Hos itaque Martyres in Aegypto lauream fuiſſe conſequutos, tradunt ex Latinis praecipui Beda, Uſuardus, vetus ac recens Martyrologium Romanum, necnon Richenovienſe, & Trevirenſe, quorum verba ſupra retulimus. Menologium autem Graecorum, juſſu Baſilii Imperatoris editum, & Menaea eos Martyres Corinthios adpellant, quibus adſtipulantur Galeſinius ad Kalendas Februarias, & Caniſius ad diem XXX. Januarii. Verum quum in Menaeis iidem Martyres *ab Ur-*

Urbe Corintho emiſſi dicantur; eos certe extra Corinthum, atque adeo in Aegypto, juxta Martyrologorum Latinorum ſententiam, Martyrium perpeſſos fuiſſe, credendum eſt. Quod autem a Galeſinio iidem Martyres *cives Corinthii* vocentur, id minime obſtat, quominus in Aegypto lauream obtinuerint. Nec audiendus eſt Caniſius, qui ad praeſignatum diem Januarii xxx. eoſdem Martyres *Corinthi paſſos* tradit: Menologium quippe Graecorum, ex quo ſuum ipſe concinnavit, eos quidem *ex Urbe Corintho fuiſſe* ſcribit; ſed Martyrium ibi conſummaſſe, nequaquam adfirmat. Quae autem Aegypti urbs eorum Martyrii palaeſtra fuerit, haud diu inquirendum. *Dioſpolim*, ſeu *Diopolim* expreſſe deſignant Maurolycus, Galeſinius, Caniſius, Ferrarius in Topographia Martyrologii Romani, & Johannes, Cabilunenſis Epiſcopus, in Topographia Sanctorum, ante annos trecentos compoſita, ac poſtea a Maurolyco recognita; qui ſub lit. D haec habet: *Diopolis Civitas Aegypti. Hic Victorinus, Victor, Nicephorus, Claudianus, Diaſcorus, & Poplos, ſub Numeriono Imperatore, Martyres.* Porro Diopolis, ſive Dioſpolis, quae *Hecatompylos* antiquis dicta, quamque Ptolomaeus lib. IV. cap. 5. μεγάλην, ſeu *magnam* adpellat (quo quidem nomine a pluribus aliis ejuſdem nominis Urbibus ea diſtinguitur) & in qua, teſte eodem Cabilunenſi Antiſtite, habitaverunt Amos. Macarius Aegyptius, & Iſidorus, diſcipulus Antonii Anachoretae, Metropolis olim fuit Thebaidos; ideoque Manethoni, Africano, & Euſebio Reges Thebani Dioſpolitani nuncupantur. Hinc plane dirimitur haeſitatio, quam nobis injecit Baronius, qui in Notis ad ſextum Martii, quo die *Sancti Victor, & Victorinus, Claudianus, & hujus uxor Baſſa* varia tormenta paſſi, & in carcere extincti referuntur, haec addit: *Agunt item Graeci de Victore & Victorino 31. Januarii, quos tamen non Nicomediae, ſed Corinthi ſub Decio Imperatore paſſos affirmant: ſed fortaſſe illi ab his ſunt diverſi*. Imo plane diverſos arbitramur, quum illi ſolum tres ſint cum Baſſa, Claudiani uxore, qui in omnibus Martyrologiis perhibentur Nicomediae in carcere exſtincti. Neque heic diſſimulandum, Menologii, & Menaeorum verba a Baronio immaniter interpolari; non enim Sanctos Victorem, Victorinum, & Socios de quibus agimus, Corinthi paſſos, ſed ex urbe Corintho fuiſſe, indeque emiſſos, Martyrium ſubjiſſe, tradunt Menaea, & Menologium, ut ſupra monuimus.

Quod vero ad annum ſpectat, quo Victor, Victorinus & Socii Martyrium compleverunt, variant etiam inter ſe Graeci, & Latini Scriptores. Eorum mortem ad Decii Imperatoris tempora, atque adeo ad annum Chriſti circiter 249. quo Decius, juxta Tillemontium, & Imperium inivit, & ſaeviſſimam in Chriſtianos Perſequutionem commovit, Menologium Baſilianum, & Menaea Graecorum referre videntur: Latini vero eam uſque ad Numeriani Imperium, ſive ad annum Chriſti circiter 284. differunt, ut ex eorum Martyrologiis, quae ſupra recenſuimus, plane colligitur. Idque confirmant Baronius in Annal. ad annum 284. ubi ſeptem hoſce Martyres *in Agypto etiam, Numeriano de Chriſtianis carnificinam exercente*, paſſos, ſcribit, & Godefridus Henſchenius, qui ad diem xxv. Februarii, quo eorum Martyrum Acta noſtra expreſſe conſignant, hanc ipſam de tempore Martyrii Latinorum a Graecis diſcrepantiam componens, eoſdem Martyres, imperante quidem Decio, Corinthi comprehenſos, inde vero exſules in Aegyptum profectos, ad tempora uſque Numeriani illic ſuperſtites, tandem ſub Sabino Duce Martyrium compleviſſe, arbitratur. Quae quidem opinatio mihi veriſimilis eſt; utpote quae & Latinorum Martyrologiis adprime conſonat, & Graecorum Menaeis, atque Menologio Baſiliano minime refragatur. Attamen in Auctario Martyrologii Bedae ad diem VI. Martii a ſocio ſuo vapulat idem Henſchenius. Contendit nimirum ille, Numerianum Imperatorem nunquam fuiſſe Chriſtianis infenſum, ac propterea, Decio Imperante, Septem hoſce Martyres occubuiſſe: ubi vero ejuſdem Numeriani nomen occurrit Martyrologiis inſertum, id, ceu interpolatorum opus, ad fabulas amandandum. Verum, pace tanti Viri dixerim, immerito quidem a praeceſſore ſuo ille diſſentit. Ex Actis quippe Martyrum, qui circa annum Chriſti 283. & 284. lauream adepti ſunt, quoſque inter praecipuos recenſet Baronius SS. Chryſanthum, & Dariam, qui in Sacris Eccleſiae Faſtis die xxv. Octobris celebrantur, exploratum eſt, plurimos Chriſtianos ob Fidei Confeſſionem, imperante Numeriano, variis in locis fuiſſe neci traditos.

Et tempus.

ܣܗܕܘܬܐ

Anno Chriſti circ. 284. ſub Numeriano Imp.

MARTYRIUM

Sanctorum VICTORINI, VICTORIS, NICEPHORI, CLAUDIANI, DIODORI, SERAPIONIS, *&* PAPII.

XXVIII. Februarii.

Scriptoris Prologus.

ECQUIS, Fratres, acerbiſſimi hujus Martyrii hiſtoriam audiens, clariſſimorum horum Martyrum fortitudinem, atque tolerantiam non admiretur, ſuaeque, ut ita dicam, naturae conditionem non obliviſcatur? Enimvero ſi ferrum, rerum omnium domitorem, virtute Dei ſui domuerunt, ignemque, ejuſdem ferri conſumtorem, vicerunt; aquam praeterea, ignis Victricem, ſuperarunt, quoſnam illos adpellare, par eſt, niſi plane firmiſſimos, quod nomen eorum naturam exprimit, ac plane infractos adamantes. Quamquam quidpiam fortaſſe etiam adinvenire ſit, quod ipſum adamantem ſubigat; quod vero horum Martyrum virtutem infringeret, nihil repertum eſt.

Haec autem ita a nobis commemoramur, ut VICTORINI, ejuſque ſociorum in atrociſſimis cruciatibus perferendis conſtantiam demonſtremus: quorum profecto fortitudo ſi lapidea fuiſſet, tormentis, ferroque carnificum fracta, atque contrita concidiſſet: & ſi illorum caro aenea fuiſſet, mollis adinſtar cerae admotis a tyranno flammis liquata defluxiſſet. At illi Domini ſui praeſente numine, atque virtute roborati, neutiquam ceſſerunt. Quum vero eos Divina ope ſuffultos fuiſſe adfirmamus, non illud dicimus, ita a gratia Dei fuiſſe occupatos, ut aut ipſis, qui conditione naturae liberi erant, vis a gratia inferretur; ipſa enim gratia tunc gratia non foret; aut ab illa uſque

ܡܫܘܚܬܐ ܗܘܬ ܟܕ ܡܬܠܘܝܐ ܡܬܠܘܝܐ
ܠܐܬܟܫܦܘܬܗܘܢ ܘܓܠܝܐ ܢܨܚܢܐ ܗܘܬ :
ܟܕ ܕܝܠܗܘܢ ܠܐ ܐܬܚܙܝܐ ܗܘܬ : ܐܝܟ
ܕܠܗܘܢܝܐ ܕܝܢ ܬܗܘܐ ܠܐܬܡܟܐ : ܒܠܚܘܕ
ܠܗ ܕܝܢ ܥܘܕܪܢܐ ܒܦܘܠܚܢܗ ܠܡܫܘܬܦܘܬܐ
ܕܥܢܕܢܗܘܢ .

ܡܢ ܒܬܪ ܓܝܪ ܕܡܫܟܠܐ ܠܩܕܝܫܐ
[illegible]

uſque eo fuiſſe deſtitutos, ut ex ſe omnia agerent; tunc etenim gratia ipſa in nequitiam degeneraſſet, atque malignitatem; ſed auxilium ſuum ita adtemperabat, ut ſe ſociam & commilitonem ipſis in certamine praebens, quod ſuum erat exſequeretur, quodque illorum minime opprimeret. Ad memoriae ſubſidium iſta praefati, ad illorum geſta breviter enarranda progredimur [1].

Poſteaquam Tyrannus [2] Beatos hoſce Martyres multiplici poenarum, & contumeliarum genere cruciaviſſet, quas, ut ingenue dicam, non adeo promtum eſt invenire aliis Martyribus paſſim inflictas fuiſſe; nova & inaudita cruciatuum genera in Dei ſervos ſeeum ipſe agitabat; ſed primum blanda, & pellaci oratione eos praetentandos cenſuit. Quod quum minime procederet, nec adpareret, Beatos Martyres manus victas daturos, aut e ſententia minimum receſſuros; Viros graves, & omni dignos honore conviciis iterum probriſque expugnare decrevit. At illi variis, quantum Praefecto libuit, adfecti ignominiae notis, iſthaec omnia flocci facientes, in ſuo propoſito conſtantiſſime perſtitere. Sic ad verbera demum ventum eſt: quibus quum nihil ille ſe profeciſſe animadverteret, tum vero ſupplicium horrendum exeogitavit; horrendum, inquam, Fratres, inſipientibus illis, qui Deum ignoraverunt, & altiſſimam locupletiſſimae virtutis ejus abyſſum minime adtigerunt. Victus ergo Tyrannus in iis, quos Beatis Martyribus hactenus intulerat cruciatibus, teterrimum, & immane ſupplicium adinvenit. Non uno autem eodemque mortis genere univerſos ſimul perimere, ſed alterum alterius ſupplicio deterrere conſtituit. Quid porro Tyrannus machinatus eſt, audite, Fratres cariſſimi.

1 Varie torquentur.

2

Eorum conſtantia.

B. Victorinum in mortarium [1] recens fabrefactum conjici jubet, atque in eo velut eſculenta quaedam fortiter contundi: quo profecto nobis ſpiritualem cibum

Victorinus in Mortario cōtunditur.

3

bum in ſacro illo mortario praeparavit, cujus guſtu ii certe omnes, qui ſtudioſi ſint, piaque in Martyres voluntate, recreantur. Quum itaque haec Victorinus pateretur, & corporis nervi immani illa contuſione adtriti defluerent, conſtantiſſimae ejus mentis arcana corporis poena neutiquam expugnavit, nec ſpiritus carnis languore defecit. Etenim quum Carnifices Martyris pedes contundere exorſi, ad ſingulos, quos immittebant, graviſſimos ictus ita eum compellarent: Quin tibi, miſer, parcis? Tuum quippe eſt, iſta evadere; Deum tuum, quem recens in orbem induxiſti, tantum ejura. Haec, inquam, Lictoribus ſuggerentibus, Victorinus nec acerbiſſime tortus trepidavit, nec, Tyranno atrociora ſupplicia comminante, deterritus eſt, quominus immaniſſimam ejus crudelitatem, velut rem oppido levem, inanemque, contemneret, & ſaevas artes, tamquam ſordida retrimenta, conculcaret. Mortarium autem illud reliquos Victorini ſocios magno Martyrii deſiderio adfecit, adeo ut in ipſum, velut in balneum inſilirent. Tanta porro Victorini conſtantia indignatus Praefectus, carnifici, ut Beati Martyris caput contunderet, imperavit.

Item Victor. Peremto demum immani hac caede Victorino, alterum e ſociis in mortarium immitti jubet Tyrannus, haec primum praefatus: Vidiſtin, quibus Frater tuus, te ipſo adſtante, mactatus eſt ſuppliciis? Si ergo idem cum illo propoſitum tenes, parem quoque poenam, ſcias, te mox ſubiturum: at ſi contra hanc evadere conſtituiſti, id tuo eſſe in arbitrio noveris; non abnuam, modo imperata te facturum ſpondeas. Sanctus autem Victor ſocio quamprimum adjungi diſcupiens, adproperari ſupplicium petebat; quamobrem mortarium indigitans: Salutem, ajebat, & veram felicitatem in eo ſibi eſſe praeparatam. Voti illico compos factus eſt *.

4

ܗܢܐ ܗܘ̄ ܕܡܛܝܒ ܗܘܐ : ܡܠܝܡܘܬܐ
ܕܝܢ ܦܘܫܚܬܐ ܒܝܕ ܡܕܘܟܬܐ ܩܕܝܫܬܐ
ܐܬܝܒ ܠܝ : ܕܟܠܗܘܢ ܛܥܡܝ ܗܘܕܐ ܡܢ
ܠܣܗܕܐ ܢܬܒܣܡܘܢ : ܟܕ ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܡܢ
ܡܣܝܒܪ ܣܒܪ ܗܘܐ ܘܡܫܩܠܬܐ ܕܦܓܪܗ ܕܠܐ
ܩܣܝܢ ܦܬܓܡ̈ܐ ܗܘܘ : ܠܪܥܝܢܗ
ܥܪܝܪܐ ܚܝܠܐ ܠܐ ܟܒܫ : ܐܦܠܐ ܢܦܫܗ ܡܢ
ܦܓܪܗ ܡܟܪܗܐ ܗܘܬ : ܡܕ ܫܪܝܘ ܕܝܢ
ܩܛܠܘ̈ܗܝ ܕܣܗܕܐ ܡܕܩܩܝܢ ܗܘܘ :
ܘܟܕ ܚܕܐ ܡܢ ܡܣܬܘܗ ܗܘܐ ܐܦܪܢ
ܗܘܘ ܠܗ ܩܫܝܬܐ . ܕܥܠܡܐ ܠܟ ܕܬܐܬܐ
ܘܬܬܦܠܛ ܐܢ ܟܠܟܘܢ ܐܬܦܨܝܬ : ܗܘ
ܕܣܓܕܬ ܠܐܠܗܐ ܡܕܡ ܐܢܬ : ܗܟܢ ܕܝܢ
ܥܩܬܐ ܕܩܛܘܠܐ ܡܫܠܡܢ ܗܘܐ ܘܡܢ
ܠܩܘܫܬܐ ܠܐ ܙܥ ܗܘܐ : ܠܛܘܪܢܘܣ ܗܘ ܐܦ
ܕܡܥܝܢ ܐܝܟ ܕܠܒܨܘܪܐ ܕܥܝܢܐ
ܡܡܣܝܒܪܢܘܬܗ ܥܢܝܢܐ ܗܘܐ :
ܘܠܡܪܕܘܬܐ ܕܪ̈ܓܝܙܘܬܗ ܐܝܟ ܠܟܠܒ̈ܐ ܕܐܦ
ܗܘܐ : ܡܕܘܟܬܐ ܕܝܢ ܗܝ ܕܣܠܩܬܐ ܕܒܠܬܐ
ܗܘܬ ܡܟܠ ܘܒܝܬ ܠܟܠ ܠܚܒܪ̈ܘܗܝ
ܐܚܪܢܐ ܕܒܘܟܐ : ܡܢ ܝܬܝܪܘܬ ܢܨܚܢܗܘܢ
ܠܟ ܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܠܒܠܢܐ ܕܡܝܐ ܢܫܘܪܘܢ
ܗܘܘ ܠܗ ܒܠܒܗܘܢ : ܡܬܚܡܬ ܕܝܢܐ
ܗܘܐ ܗܓܡܘܢܐ ܒܥܠܐ ܘܦܩܕ ܠܡܚܝܐ
ܕܢܕܘܩ ܪܝܫܗ ܟܕ ܗܘܐ ܣܗܕܐ ܗܢܐ :
ܥܒܕ ܗܘܐ ܠܚܕ ܡܢ ܐܣܦܩܘܠܛܪ̈ܐ
ܒܡܚܬܐ ܗܕܐ ܕܠܣܛܪܐ ܡܚܪܒܘ
ܢܦܫܗ .

ܟܕ ܕܝܢ ܓܡܪܬ ܩܛܠܬܐ ܕܫܢܝܐ ܗܕܐ
ܠܠܡܕܐ ܠܡܕܘܟܬܐ ܐܦܩ ܗܘܐ ܘܐܡܪ ܠܗ:
ܚܙܝܬ ܐܠܝܢ ܕܐܚܘܟ ܕܡܢ ܩܕܡܝܟ ܐܬܩܛܠ :
ܐܢ ܗܟܝܠ ܠܗܕܐ ܗܘ ܬܪܥܝܬܐ ܐܢܬ
ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܦ ܠܗܝ ܬܬܚܫܒ : ܐܢܕܝܢ
ܡܢ ܕܝܢ ܕܬܥܒܕ ܬܚܫܒ ܘܡܢ ܥܒܕܐ ܗܢܐ
ܕܬܟܠ ܬܬܦܨܐ ܥܠܝܟ ܠܟ ܠܦܘܩܕܢ̈ܝ
ܬܬܦܢܐ : ܛܘܒܢܐ ܕܝܢ ܡܫܬܘܕ ܗܘܐ
ܕܐܝܟ ܚܒܪܗ ܕܒܡܘܬܐ ܢܬܚܒܪ ܘܠܡܕܘܟܬܐ
ܟܠܗܝܢ ܠܕܝܢܐ ܡܣܪܐ ܗܘܐ ܘܐܡܪ
ܕܟܘܪܣܝܐ ܘܚܝܘܬܐ ܕܥܕܬܐ ܗܘܝܐ
ܕܢܗܘܐ ܠܗ : ܟܕ ܕܝܢ ܘܠܐ ܟܡܐ ܫܠܡܐ ܗܘܐ
ܠܗ

ܠܗ ܠܡܛܐ ܒܗܢܐ ܡܘܬܐ ܥܠ ܡܫܬܠܡܢܐ
ܓܢ̈ܘ ܒܒܥܠܠ ܕܐܬܓܒܗ ܫܒܩ ܘܡܟܣܗ
ܠܥܡܪܐ ܐܬܕܠܝܬ.

ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܢܝܩܦܘܪܘܣ
ܬܠܝܬܝܐ ܠܩܘܒܠ ܐܓܘܢܐ ܡܬܦܪܗܒ ܗܘܐ
ܕܡܬܚܪ ܒܗܢܐ ܐܝܟ ܐܢ̈ܫ ܚܕ̈ܡܐ ܢܦܠ:
ܘܠܡܕܪܟܘܬܐ ܕܠܬܠܬܐ ܡܢ ܨܒܘܬ ܢܦܫܗ
ܢܦܠ ܗܘܐ: ܒܗܝ ܗܕܐ ܘܠܐ ܙܥܘܪܐܝܬ ܐܬܬܙܝܥ
ܗܓܡܘܢܐ ܐܬܚܡܬ ܘܦܩܕ ܗܘܐ ܕܠܐ
ܠܚܕ ܚܕ ܐܘ ܬܪܝܢ ܐܠܐ ܕܒܣܓܝܐܐ
ܢܬܦܪܥܘܢ: ܕܠܐ ܗܘܐ ܢܬܒܥܘܢ ܒܗ
ܕܢܟܠܘܢ ܠܡܚܨܦܘܬܐ ܕܪܥܝܢܗ ܗܘ ܕܣܒ̈
ܫܒܩ: ܡܬܚܪ ܗܘܐ ܠܗ ܕܝܢ ܡܚܠܐ
ܕܥܢܝܘܬܗ ܕܠܒܝܒܘܬܗ ܕܐܬܚܪܐ
ܫܘܒܗܪܐ ܗܘܬ ܘܡܣܡܣܢܘܬܗ ܣܠܩܬ
ܥܘܫܢܐ ܗܘ ܡܫܬܡܗ: ܠܐ ܓܝܪ
ܕܡܘܗܒܬܗ ܕܐܠܗܐ ܚܫܒ ܗܘܐ ܘܠܐ
ܬܘܒ ܚܝܠܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܩܪܝܒ ܗܘܐ: ܗܘ
ܕܒܗ ܚܝ̈ܠܘ ܕܐܠܗܐ ܡܣܝܒܪܝܢ ܗܘܘ
ܥܒ̈ܕܘ ܡܪܝܐ ܕܛܘܪ̈ܢܐ ܕܠܐ ܡܬܛܪܕ
ܫܒܪܐ ܗܘܘ ܠܐ ܒܡܬܢܝܚܘܬܗܘܢ ܐܬܚܙܝ
ܐܝܟ ܕܒܫܘܒܗܪܐ ܫܪܝܪܐ ܢܛܪ ܗܘܐ:
ܘܗܢܐ ܠܗܝ ܐܝܟ ܒܥܘܬܐ ܫܒܚܐ
ܐܬܡܛܝ.

ܐܪܒܥܝܐ ܕܝܢ ܩܠܘܕܝܢܘܣ ܗܘܐ ܩܪ̈
ܗܘ ܕܠܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܠܚܒܪܘܗܝ ܕܣܢܕܘ ܚܫܒ
ܗܘܐ ܒܠܚܘܕ ܕܝܢܗ ܒܡܣܬܪ ܒܪܫܐ
ܕܡܪܫܥܬܐ ܢܬܬܪܝܡ ܗܘܐ ܘܢܬܦܬܬ: ܠܐ
ܐܬܦܩܕ ܕܒܣܝܦܐ ܐܣܪܘ ܕܢܫܩ ܡܢ ܗܕܡܐ
ܢܬܦܪܫ ܒܗ: ܦܩܕ ܗܘܐ ܓܝܪ ܚܠܘ̈ܗ
ܕܗܕܡ̈ ܗܕܡ̈ ܢܬܦܣܩܘܢ ܘܦܕܡ̈ ܚܠ̈ܘܗ
ܢܬܬܕܐ ܥܠ ܐܪܥܐ ܩܕܡ̈ ܢܬܚܙܘܢ
ܠܣܒܪܐ ܕܢܗܘܐ ܢܦܫܗ: ܘܒܐܪܥܐ ܗܘܐ
ܢܬܒܥܪ: ܚܕܡܐ ܠܡܦܪܥ ܡܚܝܠ ܗܘܐ
ܒܡܫܬܕܪܢܘܬܗ ܠܩܕܝܫܘܬ ܒܗܢܐ
ܚܕܡܐ ܕܩܕ̈ܝܫܐ ܐܬܥܒܠ ܘܐܬ̈ܕܡ
ܐܬܦܪܫ: ܘܠܐ ܡܬܦܬܟ ܠܗ ܗܘܝܐ ܠܗܠܝܢ
ܕܗ̈ܕܡܘ ܒܟܠܐ ܢܒܥܐ: ܠܐ ܐܝܟ ܗܘ ܚܫܒ
ܡܫܬܠܛܢܐ ܚܕܡܐ ܠܓܘܗ ܕܒܕ
ܒܡܬܬܡܗܘ ܐܬܡܛܝ ܗܘܐ.

Victore itaque eo mortis genere defuncto, atque ad Superos evocato, tertius [5] Nicephorus ad ſupplicium feſtinabat, adeo impatiens morae, ut ultro in mortarium ſeſe conjiceret. Quo facto non mediocriter commotus Praefectus imperat, ut non unus, aut duo, ſed plures ſimul lictores in eundem ſaevirent, inſanam Viri audaciam retundere ſe velle teſtatus. Martyris nimirum magnanimitatem fatuus Praefectus faſtum interpretabatur, & conſtantiam inanem oſtentationem adpellabat. Quoniam enim neque conſtantiam ipſam, ut Dei donum conſiderabat, neque ſupremi Numinis praeſentiam, qua confirmati Dei Servi, immanes Tyrannorum cruciatus ſubire, minime dubitabant, ullatenus adtendebat; eam animi magnitudinem ad captandum vulgi plauſum ab ipſis adfectari, arbitrabatur.

Et Nicephorus.
5

Succeſſit quarto loco Claudianus [6] quem Praefectus non eo, quo ſocii, ſupplicii genere, ſed acerbiori poena mactandum voluit. Praecepit enim, ut minutatim concideretur, fruſtaque diſſecti corporis, humi projecta, ſuperſtitibus ſociis in crudele, miſerandumque ſpectaculum objicerentur. Hoc, nempe, immaniſſimo tormento Sanctum Martyrem eo adducere contendebat, ut e ſua deturbatus ſententia Deum ejuraret. At uſque adeo in ſua ſibi conſtitit virtute Sanctiſſimus Claudianus, donec pedibus manibuſque reſectis, exanimatus eſt. Neque ſat fuit Tyranno externa membra dilaniare; ſed velut immanis fera in ejus viſcera invaſit.

Claudianus minutatim conciditur.
6

Quum autem eo modo in Martyrem Claudianum Praefectus deſaeviret, Diodoro [7], Serapioni [8] & Papi [9] diſſecta ejuſdem membra, & avulſa oſſa, humique projecta commonſtrans: Veſtrum, ait, eſt iſtud ſupplicium, quando libuerit, declinare; non enim ego vos cogo iſta perpeti.

7
8
9

Cui Beati Martyres Divino adcenſi

ſi Spiritu, una omnes voce: At tu, inquiunt, ſi ſuppetunt tormenta iſtis acerbiora, ea in nos experire. Nos vero in hac omnino conſtantiſſima ſumus voluntate, ut nuſquam aut Deum deſerere, aut datam illi fidem infringere, ipſiuſque leges violare, aut Jeſum Chriſtum, Servatorem noſtrum, abnegare velimus; ipſe, nimirum, eſt Deus noſter, ex quo ſumus, & ad quem unice inhiamus. Haec, aliaque his ſimilia uno animo edifferentes, tantum abfuit, ut impio Praefecto ea perſuaderent, ut ad inſaniam potius ille immaniorem redigeretur. Quae enim eximia & praeſtantiſſima ei praedicabant, obcaecato homini futilia, ac plane inania videbantur.

Diodorus flammis addictus. Serapiun capite plexus. Papius pelago demerſus.

Sanctum itaque Diodorum in flammas injici, cremarique jubet, juſtum Serapionem capite plecti, & amabilem Papium pelago demergi [10]. In hac porro acerbiſſima quaeſtione, variis tormentis excruciati Sancti Dei Martyres, minime ceſſerunt, nec a fide ſua in Deum dejecti ſunt; ſed diverſa horrendae mortis genera, ejuſdem Dei voluntati obſequuturi, lubentiſſime ſubiverunt.

ADNOTATIONES.

(1) Magni faciendus eſt hic Scriptoris Prologus; utpote qui Catholicam de Gratia, & libero Arbitrio doctrioam adverſus Pelagianos, & Janſeniſtas luculentiſſime confirmat.

(2) Is Menologio Baſiliano, & Menaeis *Tertius Proconſul* dicitur; Latinis vero Martyrologis *Sabinus Dux*.

(3) Menologium Baſilii Imper. habet *Mortarium marmoreum*: Galeſinius *Pilam marmoream*: Beda excuſus, & MSS. Martyrologia Monaſterii Richebergenſis. & Reginae Sveciae *Pilam ex robore cavam*; MS. vero Trevirenſe *Pilam ex ebore cavam*.

(4) *S. Victorem* antiquum Martyrologium Romanum, ſeu S. Hieronymi *Ninivitam* cognominat, Richenuvienſe vero *Ninentiam*; quem cum Victorino capite plexum, addunt Beda, & hodiernum Martyrologium Romanum.

(5) Conſonat Beda excuſus, ſed *Nicephorum*, quem cum aliis Latinis Martyrologis *Nicophorum*, ſeu *Nicoforum* corrupte vocat, e pila productum, & ſuper craticulam pruuis ſubſtratam, aliquantiſper aſſatum, & inverſum; inde vero ſublatum, gladio tandem minutatim conciſum occuhuiſſe, adfirmat.

(6) Pro *Claudiano* Menaea ſcribunt *Claudium*, quem flammis incenſum, perhibent Beda, Galeſinius, & Martyrologium Romanum.

(7) *Diodorum* Latini *Dioſcorum* adpellant.

(8) Is modo *Serapion*, modo *Serapinus* Graecis dicitur.

(9) Ita & *Papius* modo *Papias* modo *Pappias* ſcribitur.

(10) Hinc corrigendi Beda, & Author recentis Martyrologii Romani, qui Papiam una cum Serapione gladio caeſum, referunt.

ADMONITIO

In Martyrium SS. STRATONICAE, & SELEUCI.

HAbemus in ſanctiſſimis Martyribus Cyzicenis Stratonica, & Seleuco ejus ſponſo, *Acta nūc primum prodeūt.*
quorum miranda Acta ex pervetuſto MS. Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano II.
nunc primum in lucem heic prodeunt, Divinum ſane promiſſum, quo Diſcipulos ſuos
adverſus ſeculi hujus poteſtates Chriſtus Dominus praemunivit, quum diceret: *Ecce ego* *Math. 10. 16. 19.*
mitto vos, ſicut oves in medio luporum . . . Cum autem tradent vos, nolite cagitare quomodo,
aut quid loquimini: dabitur enim vobis in illa hora, quid laquamini. Non enim vas eſtis, qui
loquimini; ſed Spiritus Patrts veſtri, qui loquitur in vobis: luculentius quam unquam
comprobatum. Quippe qui etſi pridie Idololatriae tenebris obvoluti, rerumque Chriſtia-
narum omnino ignari eſſent; Chriſto tamen nomen dantes, atque idcirco ad quaeſtio-
nem illico producti, ſexcenta fere, quibus Cyziceni Praeſidis & aperte retunditur auda-
cia, & invicte convellitur ſuperſtitio, Divina ex tempore proferuut teſtimonia, adeo
ut totam late vitam in Sacrarum Literarum ſtudio inſumſiſſe videantur. Quin & a nemine
edocti, verum Divino pleni muſto, diu ante editum adverſus omnium peſtilentiſſimam
Arii haereſim a Nicaenis Patribus Symbolum, Jeſum Criſtum profitentur *Deum de Dea,*
Lumen de Lumine, miſſum a Patre Deo, & ad ejus adſidentem dexteram. Ubi, nimirum,
Divina lux adſulget, fiunt *omnes Dei docibiles*. Mirum itaque non eſt, quod illuſtres hi *Job. 6. 45.*
Martyres immaniſſima pro confeſſione fidei cruciatuum genera nedum exhauſerint, de-
vicerint, verum & flocci fecerint. *Omnia enim poſſum in eo, qui me confortat: fortis au-* *Philip. 4. 13.*
tem ut mors dilectia, & dura ſicut infernus aemulatia. Hinc ſuccenſa naribus ſulphuris *Cantic. 8. 6.*
maſſa, candentes laminae, ferrei pectines, equulei, fidiculae, taurea lora, ſepulcrum
putidiſſimum, ardentes rogi, ſibilantes aſpides, creaturae factori ſuo deſervientes exar-
ſerunt in tormentum adverſus injuſtos, & leniores factae ad benefaciendum pro his, qui *Sap: 16.*
in Deo confidebant: transfiguratae ſuut ad voluntatem eorum, qui ab ipſo deſiderabaut.
Teſtantur id Hananias, Miſael, & Azarias, quibuscum. *Angelus Domini deſcendit in* *Dan. 3. 49. & ſeqq.*
farnacem, & excuſſit flammam ignis, & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem:
& non tetigit eas amnina ignis, neque contriſtavit, nec quidquam maleſtiae intulit. Sed inde *Ibid. 5. 48.*
erupit, & incendit quos reperit juxta fornacem de Chaldaeis. Daniel ipſe teſtis, ad quem,
in lacum leonum conjectum, *miſit Deus Angelum ſuum, & concluſit ora Leonum, & non* *Ibid. cap. 6. 22.*
nacuerunt ei. Thecla virgo teſtis, quae *Iconii in Lycaonia*, ut tradit Martyrologium Ro-
manum die 23. Septembris, *ſub Nerone Imperatore in canfeſſione Chriſti ignes, ac beſtias*
devicit, & poſt plurima ad doctrinam multorum ſuperata certamina, Seleuciam veniens, ibi
requievit in pace. Teſtis Vincentius Levita, celebratiſſimus Martyr Valentinus, cujus
Corpus, juſſu Daciani iniquiſſimi Praeſidis, feris, & avibus, tum vero piſcibus obje-
ctum, Divinitus ſervatum eſt; uti liquet ex ejus Paſſionis hiſtoria, a Sancto Auguſtino
laudata, & ab Aurelio Prudentio verſibus expreſſa, quam in ſuam ſincerorum Acto-
rum Martyrum Collectionem retulit Ruinartus. Teſtes denique ſexcenti alii invictiſſimi
Dei Pugiles, qui *obturaverunt ora leonum, exſtinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem* *Ebr. 11. 34 & ſeqq.*
gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum, ut
perhibet Apoſtolus. *Signa* quippe *eos, qui crediderint*, inquit Chriſtus Dominus, *haec* *Marc. 16. 18.*
ſequentur: in nomine mea Daemonia ejicient, linguis loquentur novis, ſerpentes tollent,
& ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Quare non videt nemo, quantum deſipe-
ret qui moroſorum Ariſtarchorum artem aemulatus, noſtra haec Sanctorum Stratonicae,
& Seleuci Martyrum Acta eo nomine rejicienda eſſe conteuderet, quod in jis plura ejuſ-
modi miracula exhibeantur.

Porro etſi Sanctorum Stratonicae, & Seleuci ejus ſponſi memoriam nuſquam alias *S. Stratonica alia eſt ab ea, quam Bollandiani laudant.*
aut celebratam, aut indicatam invenimus: ea enim una Stratonica, quam ex Aethiopi-
cis Jobi Ludolphi monimentis Bollandiani commemorant, a noſtra omnino diverſa eſt,
utpote quae non in Myſia, cujus praecipua urbs Cyzicum, neque cum Seleuco ſponſo,
ſed in Aegypto cum 6485. Martyribus ſub Diocletiano paſſa perhibetur; quiſquis tamen

ſeſe in verſandis Sanctorum Actis exercuerit, & Codicis Chaldaici, qui ea nobis ſuppeditat, antiquitatem perpenderit, dubitare profecto non poteſt, quin haec germana, & ſincera ſint Acta Martyrii: quum praeſertim eorum Scriptor & ipſa a teſtibus oculatis, omnique exceptione majoribus ſe accepiſſe, & eorumdem Martyrum ſepulcro Aedem Sacram a religioſiſſimo Imperatore, qui certe alius non fuit, quam Conſtantinus Magnus, poſt redditam Eccleſiae pacem ſua ipſa aetate ſuperſtructam fuiſſe, adfirmet. Quae quidem temporum ratio ſibi adprime cohaeret; nam a Maximiano Galerio, cujus Imperii anno quinto Stratonicam, & Seleucum Martyres occubuiſſe Acta tradunt, ad annum Chriſti circiter 313., quo Orientali Eccleſiae, imperante Conſtantino Magno, fuit pax reddita, niſi pauci admodum anni non intercedunt. Quidnî igitur Actorum Scriptor & ea ex teſtibus oculatis habita literis conſignaſſet, & Conſtantinum M in eorumdem Martyrum honorem Cyzici Eccleſiam aedificantem vidiſſet? Imo vero inde plane colligitur, Scriptorem noſtrum, Maximiano, & Conſtantino M. Imperatoribus coaevum fuiſſe; atque adeo his, quae prae manibus habemus, ceu germanis, & ſinceris Martyrii Actis, fidem omnem eſſe adbibendam.

Actorum Scriptor coaequalis.

Tempus mortis.

In quem autem Chriſti annum inciderit quintus Maximiani Galerii annus, quo, ut Acta perhibent, & ſolemnia Diis ſacra omnibus Romanae ditionis civitatibus imperavit, & Stratonicam, atque Seleucum ejus ſponſum Martyrio adſecit, paucis exponemus. Et quidem neminem latere arbitror, Diocletianum, qui, juxta unanimem Chronologorum ſententiam, anno Chriſti 384. die 17. menſis Septembris Imperator Chalcedone renunciatus eſt, ſibi in ſocietatem Imperii A. C. 286. adſciviſſe Maximianum Herculium, qui in Galliis Chriſtianos immaniſſime divexavit; anno autem 292. ſecundum Tillemontii, aliorumque ſupputationem, Maximianum quoque Galerium Armentarium Chriſtianis infenſiſſimum, & Conſtantium Chlorum Imperii participes feciſſe; & Maximiano quidem Orientem, Conſtantio vero Brittanniam decreviſſe. Hinc porro liquet, *ſolemnia Diis ſacra*, a Maximiano Galerio indicta, quae in hiſce Actis deſignantur, recta competere in quintum ejuſdem Imperii annum. Maximianus namque quinto poſt ſuſceptum Imperium anno, parta de Narſeo Perſarum Rege victoria, Quinquennalia, in quibus, uti & in Decennalibus, Quindecennalibus, & Vicennalibus, vota Diis perſolvebantur, celebravit: quod & Pagius in Critica Baronii ex veterum monimentis luculenter confirmat. Porro ſi anno Chriſti 292. quo, ut modo ajebam, in conſortium Imperii adſcriptus eſt Maximianus, anni quinque addantur, ducenteſimum nonageſimum ſeptimum habebis Chriſti annum, ad quem proinde SS. Stratonicae, & Seleuci referendum eſt Martyrium. Quinquennalium autem occaſione ſaevam in Chriſtianos perſequutionem a Maximiano Galerio fuiſſe concitatam, non ſolum ex Actis noſtris patet, quae eam ſub initium deſcribunt, verum & Scriptores alii adcuratiſſimi id adſeverant. *Anno*, inquit Pagius, 297. *Quinquennalia dedit Maximianus Galerius, & Perſequutionem adverſus Chriſtianos a militibus incoepit*. Praeiverat doctiſſimus Annalium Parens, qui ea Euſebii verba, quae in Chronico leguntur: *Veturius*, nempe, *Magiſter militiae Chriſtianos milites perſequitur, paullatim ex illo jam tempore Perſequutione adverſus nos incipiente*. Et illa Hiſt. Eccl. lib. 8. cap. 1. *Exorſa primum Perſequutione ab iis, qui militabant* &c. & ad Maximianum Galerium, & ad eumdem 297. Chriſti annum refert; qui propterea Perſequutionis ab eo excitatae, quae toto decennio, paucis fortaſſe intervallis exceptis, in Oriente efferbuit, primus cenſendus eſt. Et ſane, ut ſexcentos alios Scriptores, qui in eamdem ſententiam concurrunt, praeteream, non eſt dubium, quin Maximianus, improbum cujus, & perditiſſimum ingenium ita fideliter expreſſit Lactantius lib. de Mortibus Perſequutorum cap. 9. *Maximianus*, inquit, *quem ſibi generum Diocletianus aſciverat, non his duobus tantum, quos tempora noſtra ſenſerunt, ſed omnibus, qui fuerunt, malis pejor. Inerat huic beſtiae naturalis barbaries, efferitas a Romano ſanguine aliena. Non mirum, quum mater ejus, Tranſdanuviana infeſtantibus Carpis, in Daciam novam tranſjecta amne confugerat. Erat etiam corpus moribus congruens, ſtatu celſus, caro ingens, & in horrendam magnitudinem diffuſa, & inflata: denique & verbis, & actibus, & adſpectu terrori omnibus, ac formidini fuit. Socer quoque eum metuebat acerrime, poſt devictum nempe ab eo Narſeum Perſarum Regem quo tempore inſolentiſſime agere coepit, ut ex Marte ſe procreatum, & vi-*

Quinquennalium occaſione ſaeva in Chriſtianos perſequutio a Maximiano excitata.

Maximiani Indoles.

videri, & dici vellet, tamquam alterum Romulum: maluitque Romulam matrem ſtupro infamare, ut ipſe Diis oriundus videretur. Non eſt, inquam, dubium, quin Maximianus, homo ſanguinis avidiſſimus, ſeu verius, crudelitatis monſtrum, romphaeam in Chriſtianos, ſolemnia Diis ſacra ab eo indicta detractantes, illico exſeruerit, & immaniſſima quaeque tormentorum genera in eos adhibuerit.

Dies incertus.

Ceterum de iſtorum Martyrum obitus die nihil certi occurrit, quam quod eorum Martyrium adfecta jam aeſtate videtur contigiſſe, quum circa medium Actorum, aliquandiu ante mortem oppetitam *per ferventiſſimos quinque Auguſti menſis dies arcta in cuſtodia, quin ne guttam quidem eis aquae quis ſuppeditaret, inter vincula, & compedes detenti* dicantur. Quod vero ad locum ſpectat, ubi Stratonica, & Seleucus pro Fidei in Chriſtum confeſſione decertarunt, nulla poteſt eſſe difficultas, quum is in Actis expreſſus habeatur, *Cyzicum* nempe civitas. Porro Cyzicum, ſeu ut alii ſcribunt, Cyzicus, quae Inſulam in Propontide, duobus pontibus continenti junctam ſibi habet cognominem, cuique nomen dediſſe fertur Cyzicus Rex, a Jaſone per imprudentiam interemtus, Urbs Myſiae ad Helleſpontum Ptolomaeo dicitur. Eam a Mileſiis juxta Parium an. 3. Olymp. VII. vel 2. Olymp. XXIV. conditam tradit ex variis Authoribus Euſebius. Fuit haec civitas, quam olim a Mithridate arctiſſime obſeſſam L. Licinius Lucullus Dux Rom: liberaverat, ut ſcribit Florus lib. 3. cap. 5. & magnitudine & pulchritudine cum primis Aſiae urbibus comparanda, paci, & bello apta, tribus armamentariis inclyta, quorum aliud armorum, aliud inſtrumentorum, aliud frumenti erat receptaculum. Sed & una fuit ex tribus Officinis Monetariis ſub Imperatoribus in Oriente; uti Sozomenus, & ex eo Nicephorus referunt, qui complures in hac Urbe tradunt exſtitiſſe Monetarios, qui περὶ τὴν τέχνην ἐγχολοῦντο τοῦ νομίσματος. Unde Notae in nummis KYZ, KYB. Ibi saeviente eodem Maximiano Galerio Fauſta virgo, & Evilaſius Martyrii palmam conſequuti ſunt: *Quorum Fauſta*, ut habet Martyrologium Romanum ad diem 20. Septembris, *ab eodem Evilaſio Idolorum ſacerdote decalvata, & ad turpidinem raſa, ſuſpenſa, & torta eſt: deinde cum vellet eam mediam ſecare, & carnifices laedere non valerent, ſtupens Evilaſius, in Chriſtum credidit: & dum ipſe etiam Imperatoris juſſu fortiter torqueretur, Fauſta capite terebrata, clavis toto corpore confixa, & ſartagini ignitae impoſita, cum eodem, voce de Caelo vocata, tranſivit ad Dominum*. Ibi Sancta Triphaena illuſtre certamen complevit, cujus hiſtoriam, in epitomen redactam, die 31. Januarii refert Menologium Baſilianum his verbis: *Triphaena Chriſti Martyr ex Urbe Cyzico fuit, Anaſtaſii Patricii, ſed gentilis, & Socratiae Chriſtianae filia, Chriſtiana & ipſa. Quum autem feſtus dies Idolis celebraretur, Divino zelo commota in medium populum proſiliens, exſecranda gentilium Sacra conſputavit, eorumque ſpectatores contumeliis adfecit, docens, Idolis ejuratis, ad Chriſti fidem tranſeundum eſſe, & ſuſcipiendum Baptiſmum. Quare Caeſarii Praefecti juſſu comprehenſa, in caminum injicitur; ſed inde erepta, in equuleum rapitur, defixis humi acutiſſimis clavis ferreis: ſolutaque repente, & ſuper clavos delapſa, graviſſimo dolore adficitur. Deinde immiſſae in eam variae beſtiae; quarum aliis propius accedere non audentibus, taurus adactis in praecordia cornibus, mediam ſcidit, & ſtatim ſpiritum tradidit: cujus corpus a Fidelibus ſepultum fuit*. Haec Menologium: quae cum hiſce quidem S. Stratonicae Martyrii Actis connexionem habere videntur. Verum perperam inde quis Stratonicam cum Triphaena confunderet, quae etſi Patricii gentilis filia, multo tamen ante quam Divino zelo commota, exſecranda Idololatrarum Sacra conſputaſſet, Chriſtiana dicitur: ſecus vero Stratonica, quae tum primum Chriſto nomen dedit, quum Chriſtianorum ad Martyrium properantium demirata eſt animum. Praeterea Triphaenae nullus Martyrii ſocius, ut Stratonicae, adjungitur, eademque diverſo mortis genere occubuiſſe perhibetur. Ibi quoque S. Siſinius ejuſdem Urbis Epiſcopus, cujus eloginm habes in Menologio Baſiliano ad diem 24. Novembris, in Martyrologio autem Romano ad diem 23. ejuſdem menſis, imperante Diocletiano Martyrium ſubiit. Ibi demum, ſi Theodoro authori Graeco fides habenda, D. Paulus Apoſtolus noctem, & diem aterrimo in carcere tranſegit: de quo Beda ex eodem Theodoro lib. Quaeſtion. Queſt. 3. tit. 8. col. 291. haec ait: *Quoſdam audivi aſtruentes, quod beatae memoriae Theodorus doctiſſimus Vir, & Archiepiſcopus quondam gentis Anglorum, ita expoſuit illud Pauli ad Corinthios: Nocte, & die in profundo ma-*

Martyrii palaeſtra.

maris fuit: quia fuerat in Cyzico quaedam ſovea nimis alta, ad tormenta noxiorum parata; quae ob altitudinem immenſam, profundum maris ſolet appellari, cujus coenum, & obſcuritatem Paulus inter alia innumerabilia ſuſtinuit pro Chriſto. Haec Beda ex Theodoro. Ceterum illuſtris adeo, totque nominibus clara civitas ſub Turcarum tyrannide pene diruta eſt, & quamvis Archiepiſcopali dignitate etiamnum gaudeat, praecipuorum tamen ejus aedificiorum, ex quibus priſtinam amplitudinem, & ſplendorem conjicere licet, nonniſi rudera hodie conſpiciuntur.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܐܣܛܪܛܘܢܝܩܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܕܣܠܘܩܘܣ ܕܡܢ ܩܘܙܝܩܘܣ.

Anno Chriſti 297. ſub Maximiano Imp.

MARTYRIUM

Sanctorum STRATONICAE, *&* SELEUCI, *Cyzici*.

Atrox in Chriſtianos perſequutio.

MAXIMIANUS Imperator anno poſt ſuſceptum Imperium quinto, datis ad Provinciarum Praefectos literis, ſolennia Diis Sacra omnibus Romanae ditionis civitatibus imperavit. Atrox inde, & ſaeva adverſus Chriſtianos tempeſtas exorta eſt: capiebantur enim Chriſtianae profeſſionis homines, atque exquiſitis ſuppliciis ſumma cum immanitate necabantur. Per eam occaſionem Viri complures, feminaeque, & Sacerdotes comprehenſi, & Cyzicum deportati, poſt acerbiſſimas quaeſtiones ad ſupplicium trahebantur: cujus rei diſſipato per urbem rumore, populus univerſus, beatorum Martyrum exitum ſpectaturus, ſeſe poſt eos effudit; locus enim ſuberat urbis moenibus, idcirco complures eo ſpectaculo adciti, ſumma murorum faſtigia compleverant. Erat in eadem urbe Apollonius, Patricius vir magni nominis, & a multis annis publicae rei Praefectus, habebatque filiam nomine STRATONICAM, SELEUCO honeſtiſſimo juveni deſponſatam, quae effuſam ad ſpectaculum turbam, magna ſervorum ancillarumque caterva comitante, conſectata eſt: quumque a moenibus urbis Chriſtianos ad necem properantes, atque cervicem ſecuribus animo quam laetiſſimo praebentes, ſpectaret, tantam animi magnitudinem vehementer admirabatur. Vi-

S Stratonicae converſionis occaſio.

ܒܫܢܬ ܐܪܒܥ ܕܡܟܣܝܡܝܢܘܣ
ܒܡܠܟܘܬܗ ܟܬܒ ܗܘܐ ܠܟܠܗܘܢ ܕ̈ܝܢܐ
ܕܐܝܬ ܗܘܘ ܒܫܘܠܛܢܗ ܕܠܗ ܕܢܗܒܘܢ
ܕ̈ܒܚܐ ܘܢܘ̈ܩܣܐ ܒܟܠܗܝܢ ܡܕ̈ܝܢܬܐ
ܕܫܘܠܛܢܗ ܘܡܢ ܗܝܕܝܢ ܐܬܩܦܝܬ ܗܘܐ
ܪܕܘܦܝܐ ܩܫܝܐ ܠܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܐܝܟ ܗܘܐ
ܘܢܦܩܬ ܠܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܕܡܫܝܚܐ ܐܢ̈ܫܐ ܗܘܘ
ܘܩܛܠܝܢ: ܡܬܬܠܒܟܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܐܢ̈ܫܐ
ܕܡܫܝܚܐ ܘܡܫܬܠܡܝܢ ܠܫܘ̈ܢܩܐ ܘܟܠܐ
ܣܘܦ ܡܬܩܛܠܝܢ ܗܘܘ: ܟܕ ܕܝܢ
ܟܒܟܒܐ ܗܢܐ ܐܫܬܡܥ ܒܟܠܗ̇ ܡܕܝܢܬܐ ܟܠ
ܥܡܐ ܘܟܢܫܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܘܐܬܟܢܫܘ ܐܝܟ
ܠܩܘܒܠܗܘܢ ܘܢܦܩܘ ܒܬܪ ܐܬܠܝ̈ܛܐ
ܡܬܚܙܝܢ ܗܘܘ ܒܗܘܢ: ܡܛܠ ܕܩܪܝܒ
ܗܘܐ ܕܝܢ ܕܢܦܩܘܢ ܫܘܪܐ ܕܡܕܝܢܬܐ
ܘܣܓܝܐܐ ܡܢܗܘܢ ܥܠܘ ܠܚܙܝܬܐ ܡܢ
ܗܕܐ ܕܢܚܙܘܢ ܐܢܘܢ: ܡܠܝܢ ܗܘܘ
ܗܘܬ ܕܝܢ ܒܗ̇ ܗܝ ܕܟܠ ܡܬܚܙܝܢ
ܗܘܘ ܫܘܪܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܠܟܠܗ ܐܬܪܐ
ܕܡܕܝܢܬܐ ܘܗܘܐ ܐܦܘܠܘܢܝܘܣ ܫܡܗ
ܦܛܪܝܩܐ ܗܘܐ: ܐܦ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܪܬܐ
ܡܕܒܪܢܐ ܗܘܐ ܠܥܡܐ ܣܓܝ ܫ̈ܢܝܐ
ܘܗܘܬ ܠܗ ܒܪܬܐ ܕܫܡܗ̇ ܐܣܛܪܛܘܢܝܩܐ
ܘܡܟܝܪܐ ܗܘܬ ܠܣܠܘܩܘܣ ܥܠܝܡܐ ܢܟܦܐ
ܘܢܦܩܬ ܐܦ ܗܝ ܒܬܪ ܟܢܫܐ ܕܡܬܚܙܝܢ
ܗܘܘ ܡܢ ܥܒ̈ܕܐ ܘܐܡܗ̈ܬܐ ܣܓܝܐܬܐ
ܘܚܙܬ ܗܘܬ ܡܢ ܫܘܪܐ ܕܡܕܝܢܬܐ
ܠܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܕܡܩܒܠܝܢ ܩܛܠܐ ܒܚܕܘܬܐ
ܘܬܡܗܐ ܗܘܬ ܒܪܒܘܬ ܪܥܝܢܗܘܢ

[illegible]

Videbat nimirum, eos inter omne ſupplicii tempus modo ad Caelum oculos adtollere, modo felicem exitum ſibi mutuo hilariter gratulari, mox contra inſtantem mortem Crucis ſigno ſeſe munire, & Jeſum piis cum lacrymis, & frequenti gemitu crebro nominare. Res enimvero ſibi viſa eſt miraculo proxima; quocirca ſtupenti ſimilis ad ſuum comitatum converſa: Eequid, ait, iſtud monſtri eſt, quod modo ſpectatum venimus? Videmus ſiquidem, ceteros homines ad mortis nuncium trepidare, & velis remiſque eniti, ut illam effugiant: iſti vero, quos Chriſtianos dicimus, a ſatellitibus comprehenſi, haud alium, quam ſi mortem evaſiſſent, vultum oſtendunt, & tormentis etiam lacerati, inter ſupplicia ridentium ſpeciem exhibent. Non ita profecto eſurientes ad cibum, potumque inhiant, ut illi ad mortem. Quorſum vero in Caelum intuentes, identidem illud ingeminant: Nobis, quaeſumus, adeſto, Domine. In quo ſcilicet confiſi has omnes aequo animo perferunt aerumnas? Ecquiſnam eſt iſte, quem ſub exitus ſui horam multis precibus advocare ſolent, Jeſus Chriſtus? Inſtabatque Virgo, hominem quaeritans, a quo de rebus ejuſmodi edoceretur.

A quodam Juvene Chriſtiano Religionē edocetur.

Aderat forte prope locum adoleſcens quidam Chriſtianus, qui perſequutionis metu Religionem diſſimulabat: is Stratonicam ea verba facientem, ſciſcitanteinque audiens, Chriſto hanc illi procul dubio mentem injiciente, ad ipſam amotis arbitris accedit; tum vero inchoatum a Virgine ſermonem proſequutus, de Chriſtiana Religione hunc in modum diſſeruit: Altera poſt noſtrum ab hoc ſeculo exitum nobis repoſita eſt vita immortalis, & Regnum in ea Caeleſte ac ſempiternum, hoc porro ſe conſequuturos, ſciunt qui, quod modo agitur, temporis aerumnas aequo animo pro virtute ferunt. Ejuſmodi namque conſtantes animae quum praeſentis lucis uſura pri-

privantur, in Caelum evolant, rebuſque ibidem aeternum manſuris potiuntur. Exarſit animo ad haec beata Virgo, iterumque Juvenem interpellans: Ecquis, ait, ponet mihi ob oculos eam, quam modo praedicabas, ſupra Caelos ipſos agendam beatiſſimam vitam? Cui Juvenis: Si, inquit, in Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum, pro ſalute hominum Cruci adfixum, credideris, mentem ille tuam Divino ſuo lumine conluſtrabit, diſſipataque ingenita conditioni noſtrae caligine, Caeleſtis illius gloriae adparatum, oculis tuis ſpectandum ſubjiciet. Tum Virgo: Si profeſſa fuero, ait, quae Chriſtiani mortem oppetituri, praedicare ſolent, dic, quaeſo, num mihi Caeleſtis iſta felicitas ſit adfulſura? Cui ille: Quaecumque tibi hactenus dixi, adeo vera ſunt, ut verius nihil. Et certe, ſi ejurata Idolorum ſuperſtitione in Deum mundi opificem ex animo credideris, is confeſtim arcanam tibi ſecreti illius aevi gloriam patefaciet.

Haec, & ejuſmodi inter ſe ambo diſſerebant, mirantibus interea domeſticis, Virginem, quae ob parentis ſummam dignitatem nec ipſos quidem urbis Proceres adloquio dignaretur, cum ignoto tamen illo Juvene tam prolixe confabulari. At illa Chriſtiani adoleſcentis dicta animo volutans, ad Chriſtum adcedere deliberabat: Idolorum quippe ſuperſtitione parentum erroribus imbuta tenebatur. Chriſtus vero, qui Philippum ad Eunuchum Aethiopem adlegavit, ut ab illo veritatem doceretur, & in Deum crederet, hunc pariter Adoleſcentem ad Virginem erudiendam deſtinavit, quo interprete, veritatis ſemitam diſceret, mox etiam emenſo virtutis ſtadio ad Sanctorum ſortem, ad lucidas nempe Beatorum ſedes perveniret.

Act. 8.

Martyrũ exẽplo docta, Crucis ſigno frontem munit.

Nova itaque, quae Chriſtianus ille Juvenis ſuggeſſerat, conſilia agitans Stratonica, e ſella repente exſilit, Caelumque intuens Martyrum exemplo docta, ſigno

ſigno Crucis frontem munit, elataque voce: Domine Jeſu Chriſte, ait, verus Chriſtianorum Deus, aperi oculos meos, ut Divinam inviſibilis mundi lucem hauriam, certoque experimento, quaecumque ab hoc Adoleſcente didici, vera eſſe comperiam. Vitam, quaeſo, meam ab interitu nunc vindica, & lumine veritatis mentem meam tu mei miſertus, illuſtra. Tum vero Caelum aperiri viſum eſt; indeque conſpicua lux, in ſpeciem columnae conformata, emitti, & ſuper cadavera Martyrum, ante Praeſidis ſellam projecta inſidere; necnon Chriſtianorum, qui poſt primos ſubinde necabantur, animae in Caelum conſcendere.

Deum orat.

Corpora SS. MM. ſuperna luce colulrari videt, eorúq; animas in caelum conſcendere.

Ea admirabili viſione non mediocriter perculſa Stratonica, expavit primum, mox relicto comitatu, e moenibus, quibus inſederat, deſcendit, atque per proximam urbis portam ad locum, in quo Chriſtiani caedebantur, ſeſe feſtinato proripuit, turbamque confertiſſimam perrumpens, omni poſthabita conditionis ſuae, atque dignitatis cura, ſuper corpora caeſorum Martyrum ſeſe abjecit; elataque voce flens, gemenſque: Domine Jeſu Chriſte, ait, concede mihi, quaeſo, parem cum iſtis, qui pro nomine tuo peremti ſunt, vitae exitum, membraque mea ipſorum artubus adjunge.

Super corpora caeſorum Martyrum ſe abiicit, eundémque exitum ſibi adprecatur.

Quae quum a circumſtantibus famulis Apollonio patri protinus renunciata fuiſſent, incredibili dolore adfectus eſt, adeo ut ſibi imperare non potuerit, quin veſtes conſcinderet, & feminarum in morem miſerabiliter ejulans, ad locum curreret, ubi filiam Chriſtianorum cadaveribus incumbentem, eorumque cruore foediſſime aſperſam contemplatus, ipſam, praeſente Praefecto, de media multitudine abripit, &: Quiſnam, ait, filia, te rapuit furor, ut hunc tumultum cum tanto familiae noſtrae dedecore, inſpectantibus omnibus Cyzicenis, hodie concitares? Cui Virgo: Non ego talia auſa ſum, ait, ut nomini noſtro ullam

Inde domum redire copellitur.

lam infamiae labem aſpergerem , ſed ut ab aeterna ignominia te , meque ſimul liberarem . Quod quidem me adſequuturam ſpero , ſi mihi ipſe conſentias , atque inutilem , & fatuam Deorum inanium ſuperſtitionem abjicias . Quae verba Seni uberiores adhuc lacrymas excitavere . Praeſes Apollonium graviſſimo moerore oppreſſum , plorantemque miſeratus , Chriſtianorum cadavera procul amoveri confeſtim juſſit , & in pelagus projici ; Stratonicam vero acriter increpuit , mox cum ſuo officio in urbem ſe recepit , ex Puellae facto non mediocriter animo perturbatus . Haec vero , inquinatis ſanguine veſtibus , & oculis ex nimio fletu tumentibus , compulſa eſt , adpetente jam nocte , una cum patre domum redire .

Ab Angelo confortatur.

Heic porro procul a domeſticorum conloquio, menſaque ingreſſa conclave , totam noctem inſomnis , & jejuna orando conſumſit , haec crebro , ac pie iterans : Domine Jeſu Chriſte , ne quaeſo me deſeras , quoniam in te credidi . Ecce autem mediis in tenebris inſolita luce, quae ſolis jubar longe ſuperabat , coruſcare cubiculum videt , & pone adſtantem Juvenem vultu fulguris ad inſtar micante , qui ipſam blande compellans : Vide , Stratonica , ajebat , ut ſupplicia, a Chriſti hoſtibus tibi intentata , contemnas , haud dubiam in ſpem victoriae pugnatura, quam beatiſſima cum Sanctis ſors certiſſime conſequetur . Haec fatus, ex ejus oculis ſeſe ſubduxit : illa vero ad tuendam Chriſti fidem mirum in modum exarſit .

Ad ejurandam Chriſti fidem fruſtra lacrymis a patre ſollicitatur.

Vix illuxerat , quum pater ad Virginis thalamum adcurrit plorans , invenit autem provolutis humi genibus orantem . Tum : Quaeſo te , Filia , ait , ne me effoeta jam aetate ſenem e vita decedere triſtem , moeroreque confectum , patiaris , ſed tuo me ſaltem ſolare adloquio , praeſertim quum tu mei ſis maxima doloris cauſſa . Cui Stratonica : Si mihi

mihi obandias, & abjecta Deorum inanium ſuperſtitione, Deum mundi opificem poſthac colere ſtatuas, quaecumque juſſeris, ultro faciam. Tum ille: Tune ergo ſapientem decere putas, contemtis, quos Impetatores reverentur, Diis, hominem a Judaeis Hierosolymae teterrimo Crucis ſupplicio adfectum adorare? Cui filia: Ego vero aequiſſimum reor, divinos honores rependere Chriſto, qui pro mea, & communi generis humani ſalute Hieroſolymis vitam in Cruce poſuit; fixumque mihi eſt, ipſum per tela, perque ignes, & per acerbiſſima quaeque tormenta ſequi: illi namque ſalutem meam curae eſſe non dubito. Quae quum adſeverate a Virgine dicerentur, vehementer, & ſupta quam dici poteſt, miſerum ſenem conturbarunt. Quamobrem diſciſſis iterum veſtibus moeſtitia, iraque ſimul exaeſtuans, Julium Praeſidem confeſtim adit, dolorem ſuum eidem impertiturus.

Chriſtus pro communi humani generis ſalute vitā in Cruce poſuit.

Interea Stratonica ex patris abſentia opportunam occaſionem nacta, locum, in quo Chriſtianorum cadavera occubuerant, repetit. Ecce autem praeter Urbis portam Puellae occurrit Seleucus ipſius ſponſus, qui forte per id tempus nobilium Juvenum corona ſeptus, illuc diverterat. Heic vero Stratonica Divino, quo erat ebria, amore impellente, ſuaeque propterea conditionis oblita, libere Juvenem compellat, &: Agedum, Seleuce frater, ait, ad vitam novam, & a corporis contagione remotam, modo ſimul enitamur. Feſtinemus ad eum, qui perditam hominum rem unus reſtituit. Quaeramus veritatis diem, ſpretiſque caduci thalami deliciis, ſempiternae lucis ſedes in poſterum cogitemus. His atque aliis ejuſmodi Stratonicae dictis non parum animo commoveri viſus eſt Seleucus, bibulis, ut ajunt, auribus ejus verba hauriens & adtente ſecum ipſe volvens: Virginem quippe impenſe amabat; poſtremo rogat, utrum Stratonica pa-

Seleucum ſponſum convertit.

K

patriis Diis praeſtantius aliquod Numen rebus humanis praeeſſe crederet. Cui illa: Quos Urbs noſtra, reſpondit, Deos hactenus coluit, mutas, & inanimes ſtatuas eſſe puta. Jeſus autem, in quem credidi, & cujus pridem pio lumine ſum illuſtrata, cujus etiam morte perditum dudum humanum genus reparatum eſt, is Deus eſt, & Filius Dei, qui propter mortalium ſalutem carnem induere, Cruciſque ſubire ſupplicium minime dubitavit. Seleuco iſta vehementer admirante, Stratonica pro Juvenis ſalute Deum ſic orabat: Domine Jeſu Chriſte, Adoleſcentis iſtius, quaeſo, mentem Divino tuo lumine illuſtra: illuceat, oro, cordi ejus Gratiae tuae fulgor, ut credat in te, atque intelligat, te eſſe Deum verum, caeli terraeque Dominum. Mox adprehenſa fidenter Seleuci manu, ambo ſimul ad locum, ubi Sanctorum Martyrum corpora jacuerant, pergunt. Heic Stratonica rurſus prona advolvitur, complectiturque terram, Martyrum cruore adſperſam, crebris ſingultibus, profuſiſque lacrymis Deum, ut ſibi fiat propitius, obteſtatur.

Jeſus Deus, & Filius Dei.

Jeſus Chriſtus verus Deus Caeli terreque Dominus.

Ambo ad locũ ubi SS. MM. corpora jacuerant, pergunt, ibidemq; orantes.

Quae quum circumſtantes utriuſque domeſtici indigniſſime ferrent, Apollonio, cum Praeſide tunc forte verſanti, ſtatim renuncianda curarunt. Continuo ad locum ambo cum ſuo quiſque comitatu convolant. Ibi Seleucum, & Stratonicam, humi provolutis genibus orantes, reperiunt. Tum vero Praeſes ad Apollonium ſe convertens: Res, inquit, eſt, Apolloni, mihi ſane neutiquam ſilentio diſſimulanda, quod praeter Imperatorum edicta pateris, filiam tuam relictis Romanorum Principum Diis, Chriſtianorum ſuperſtitione implicari. Cui Apollonius: Non eſt, optime Praeſes, cur in hoc negocio mihi jure ſuccenſeas: nec enim ego aut publicis reſiſto legibus, aut patrios Deos contemno. Tum Praeſes: Cur ergo filia tua Deos eſſe negat, quos univerſa civitas colit? Cui

Ad Praeſidẽ deferuntur.

Cui Apollonius: Per Victoriam Impe-
ratorum [1] Dominorum noſtrorum juro, 1
me hactenus id facti ignoraſſe. Porro,
quum de iſtis; qui vocantur Chriſtiani,
pridem ſupplicium ſumeretur, filia me
inconſulto turbam ſequuta eſt, novae
rei ſpectandae voluptate illuc pertracta.
Referebant autem, Puellam, quum illi
caederentur, ſupra muros conſediſſe:
ab eo porro die pertinaciſſimus error iſte
ipſius menti inhaeſit; mihi vero quo pa-
cto id factum ſit, penitus, ut ajebam,
incompertum eſt. At Praeſes: Verba
ſeris, Apolloni, ait. Dixi rem eſſe
eam, quam impune diſſimulare nequeam:
tu vero, qui a tuis Deorum Sacra viola-
ri, & publicas conculcari leges, per-
mittis, qua ratione te purges, interim
vide. Cui Apollonius: Itane vero, re-
ſpondit, ego reus fiam, ſi quid forte
meorum aliquis, me invito, contra le-
ges peccaverit? Omnes teſtor Deos,
me tanto ex ea re moerore adfectum fuiſ-
ſe, ut vix animo temperarem, ne me
in pelagus illico praecipitem darem.
Tum Praeſes: Quandoquidem Impera-
torum beneficio primum in Senatu lo-
cum obtines, indignum puto, ut quiſ-
piam tibi de hoc negocio apud Princi-
pem moleſtiam creet: filiam vero tuam,
niſi poſita iſta pertinacia priſcam Reli-
gionem ſponte reſumere adnuat, ego
tormentis cogam, teque dimiſſo, ſola
ſtatutas huic ſceleri poenas luet. Tum
Apollonius, ut quaeſtionem ad ſeptem
dies differat, Praeſidem orat. Quo in-
tervallo ego, ſubdit, filiam ad ſanio-
rem mentem me reducturum confido,
adhibita etiam ad id negocii matronarum
Puellae familiarium opera. Quod ſi id
mihi minus pro voto ceſſerit, conceſ-
ſa ab Imperatoribus poteſtate tibi li-
berum poſthac erit uti, pertinacemque
feminam exquiſitis cruciatibus ad offi-
cium revocare. Tum Praeſes Apollonii
precibus ſe adnuere praefatus, ſubjecit:
Si vero deinceps legibus reſiſtere per-

K 2 gat,

gat, per omnes ſimul Deos, noſtrorumque Dominorum victoriam juro, acerbiſſimis quibuſque ſuppliciis illam enectum iri, Cyzicenis feminis exemplum terribile futuram, ne poſthac Deos parvi pendere audeant. Quibus minis Stratonica adeo perterrefacta non eſt, ut inde magis in ſuo propoſito confirmaretur.

Poſt Praeſes Virginem blande compellans: Ecquae te tandem, ait, o Stratonica, in hunc errorem nobili femina indignum impulit inſania, ut relictis Diis Univerſi rectoribus, inane Chriſtianae Religionis commentum ſectareris? Utinam, illa reſpondit, error iſte tibi in animo haeſiſſet, aut crudeliſſimo Imperatori, qui hoc iniquiſſimum bellum adverſus Chriſtum Servatorem mundi ſuſcipere te juſſit. Tunc vero Praeſes ejuſmodi convicio adfectum Imperatorem aegerrime ferens, exeanduit, fremenſque: Audiſtin, Apolloni, ait, filiam tuam invictis Imperatoribus inſultantem? Haec fatus, in urbem regreſſus eſt, ſaeva quaeque adverſus Virginem verſans conſilia.

Chriſtus mundi Servator.

Interea Apollonius precibus lacrymiſque filiam a propoſito deductum iri confidens, hunc in modum adortus eſt: Quaeſo te, filia, tui te parentis, univerſaeque domus tuae miſeratio aliquando capiat, praeſertim quum nos omnes tua iſta adverſus Imperatorem maledicentia in ſummum diſcrimen adduxeris. Cui Stratonica: Semel monui te, pater, atque iterum mihi modo monendus es, niſi Deorum inanium abdicata ſuperſtitione, Deum, quem nos Chriſtiani colimus, adores, te nunc meum abnuo, abnegoque patrem, tuoſque ſimul omnes abjicio, nec te poſthac parentem meum, nec me gnatam tuam eſſe dicam: mei deinceps patris, matriſque, fratrum, & ſororum, ſed & cognationis, & gentis loco erit unus, in quem credidi, & qui me ab errore, & inte-

Stratonicae preces, & minas Patris contemnit.

[illegible]

[illegible]

interitu liberavit, Jeſus Chriſtus. Quamobrem, quaeſo, ne mecum operam ludere pergas, neve tuis, aut cujuſcumque mortalium dictis me a meo propoſito abductum iri confidas. Hoc Puellae reſponſo, ſupra quam dici poteſt, ſtomachatus pater: Teſtes, inquit, Deos adpello omnes, me contemtae patriae Religionis vindicem, Praeſide ſeveriorem, te habituram, nec unquam me ceſſaturum, donec Chriſtum ejures. Utrum vero ille te manibus meis eripere queat, nec ne, modo pertentandum eſt. At Stratonica inſanas hominis minas flocci faciens: Quidquid irarum, inquit, pectore condis, pater, in me unam effunde. Jeſus, in quem credidi, patientiam mihi ad hanc pugnam, vireſque ſubminiſtrabit. Ejus porro adjuta numine, omnes nequitiae veſtrae artes me ſuperaturam eſſe confido.

Continuo Apollonius Stratonicam, & Seleucum in urbem duci a ſervis jubet, atque in tenebricoſum conclave, triplici ſeptum thalamo, includi. Nobiles interim matronas convocat, rogatque, ut a ſententia filiam abducere ſatagant. Qua occaſione venere etiam e primaria nobilitate juvenes, Seleucum antiquum ſodalem de praeſenti diſcrimine itidem admondituri. Ingreſſi itaque ſimul omnes conclave, hortantur Athletas Chriſti, rogant, obteſtantur, ut tandem reſipiſcant, ſuaeque ſaluti conſultum velint. At illi defixis in Caelum oculis Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum interim ſupplicabant in haec verba: Jeſu Chriſte Fili Dei vivi, adeſto nobis. Mox Stratonica a precibus ad circumſtantes Ethnicos converſa, eoſdem acriter objurgat: Hinc, ait, propere efferte gradum, Sathanae nequiſſimi ſatellites. Notae ſunt fraudes, quas in Chriſtianos inſtruitis, ſuadentes, ut lucem tenebris poſthabeamus: quod ipſi caeco errore facitis, caeca, ſurda, & muta ſimulacra adorantes. Nos vero, qui

In tenebricoſum conclave cum Seleuco incluſa.

Ethnicos objurgat.

Jeſus Chriſtus Filius Dei.

qui veram lucem per Fidem hauſimus; ſi poſthac inanes ejuſmodi Deos adoremus, plane amentes ſimus. Vos porro, qui caeci eſtis, inanimes ſtatuas, ut lubet, colite, modo tamen hinc procul a noſtro conſpectu abeatis. Haec Stratonicae oratio conventum diſſolvit. Hinc enim certiores facti ejuſdem ſodales nunquam fore, ut qui ad Chriſtianam Religionem ſemel adeeſſiſſent, a propoſito dimoveri ſe paterentur, diſceſſerunt non ſine graviſſimo animi dolore, quem cariſſimorum capitum periculum, & luctuoſus caſus excitabant.

Angeli viſione mirifice recreantur.

Sub veſperam, ut fit, adparatur intra idem conclave coena: at vero beati Chriſti Martyres poſthabitis epulis quod ſupererat nocturni temporis inſomnes, jejunique tranſegerunt, fixa divinarum rerum cogitatione ſuſpenſi. Ecce autem multa jam nocte vident repente Caeleſti luce conluſtrari domum, & pone ſtantem Juvenem auguſta ſpecie, vultuque fulguris inſtar coruſcante, qui Sanctos Chriſti Athletas placide compellans: Forti animo, ait, magnoque ſitis, amici, nec vos intentata a Praeſide tormenta perterrefaciant: ipſe quippe vobis in hoc certamine comes adero, nec ullo vos loco deſeram, donec confecto feliciter bello, ad coronam perducam. Haec fatus Juvenis ab eorum oculis ſe ſubtraxit. At illi mirum in modum inflammati, atque in certam victoriae ſpem erecti: Adoramus, inquiunt, te Chriſte, qui omnibus pie invocantibus te, certam ſalutem, & incolumitatem adfers.

Carceris, & Urbis foribus divinitus patefactis, ad locū, in quo Martyres occubuerant, iterū ſe conferunt.

Surgunt itaque, & ſub noctis ſilentium praetentant carceris fores, quas quum occulta vi reclusas, patenteſque reperiſſent, Juvenemque in veſtibulo adſtantem, & viam monſtrantem cernerent, continuo ſequuntur praeeuntem, quo duceret interim ignari; donec ad portam urbis ventum eſt, qua ultro patefacta, ad locum, ubi Chriſti Martyres

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

res occubuerant, pervenerunt. Prima luce Stratonicam, & Seleucum aufugiſſe compertum eſt: quumque nuſquam adparerent, omnibus, quorum ea res intererat, tumultuantibus, ingens procella adverſus janitores concitata eſt. Accidit interea, ut quidam e domeſtica Apollonii familia ad eum locum venirent, atque ibidem provolutos in genua, orantesque Seleucum, & Stratonicam reperirent: quod quum illico ad Apollonium, urbiſque Praeſidem detuliſſent, Apollonius ſervorum id fraude factum ratus, vehementer exeanduit, exſertoque gladio in carceris Cuſtodes invehitur. Illi contra jurati adfirmabant, conſtituto etiam vadimonio, ejus fugae rationem plane ſibi incompertam eſſe. Similis quoque adverſus portae urbis cuſtodes quaeſtio a Praeſide habita, ſimili reſponſione ab illis repulſa eſt. Quamobrem Praeſes una cum Apollonio ad locum, ubi Stratonicam, & Seleucum verſari compererant, ocius provolant, eoſque, ut antea, orantes inveniunt.

Tum vero Praeſes Stratonicam truci vultu intuens: Nune demum, ait, patuit, impudentiſſima Stratonica, vos dudum inſanire coepiſſe: nam miſeri caeſorum hominum cadaveribus vos ipſos advolvitis, nec veſtras vos pudet immundo eruore conſpurcare veſtes; quum nemo ſanus non id vehementer exhorreat. *Acta coram Praeſide.*

Cui beati Martyres: Vobis, utpote Deum ignorantibus, nauſeam eruor iſte creat: nobis autem Divina luce imbutis jucundiſſimam ſpeciem praebet, & in ſpem Caeleſtis auxilii erigit; quandoquidem per hunc Chriſti Martyrum ſanguinem mortalibus reconciliatur Deus. Tuam autem vehementer dolemus caecitatem, atque ſtultitiam; quoniam quam oppido multi opera tua ad Caeleſte regnum provehuntur, immanibus ſcilicet, quibus a te necantur, eruciatibus coronam promeriti. Tu vero paullo *Per Martyrū ſāguinē mortalibus reconciliatur Deus.*

panllo poſt ad ſeveriſſimum judicium rapiendus es, cauſſam ipſiſmet, quos condemnaſti, praeſidentibus, dicturus.

Ad haec Praeſes: Deliras, ait, Stratonica, &, quod pudicam minime decet, nimia es in garriendo: nam & invictos Imperatores probris modo adficiebas, Diis praeterea inſultabas, quos utique revereri par erat: nunc vero me inſuper convicio procaciter inceſſis. At ego patri tuo aliquid deferendum ratus patienter tecum agere conſtitui.

Cui Stratonica: Falleris, Praeſes, ait: nec enim in terris habere me patrem, matremve, aut adfines puto, quando mei parentes, fratres, & ſorores Caelum jam obtinent; inde enim accepi, quod poſt varios errores aliquando tandem reſipuerim. Tunc Praeſes: Paucis te volo, Stratonica, ait; quare, miſſis hiſce nugis, clare ediſſere, ecquem ſervorum ſubornaſtis, ut fores vobis huc venire molientibus paterent.

Ad haec Stratonica: Chriſtum juro, ait, & neminem a nobis ſubornatum fuiſſe, & a nullo mortalium nobis reſeratas fuiſſe fores, fugam ex eo carcere meditantibus. Nihil videlicet Chriſto non expeditum eſt, & quodcumque libuerit tum in Caelo, tum in terris ipſi in promtu eſt exſequi, & perficere. Sic olim quum ab impiis Judaeis veſtri ſimilibus ſepultus eſt, additis ad ſepulcrum excubitoribus, & obſignato lapide; nihilominus quando ipſi placuit, e tumulo evaſit, & Caelum conſcendit, ad dexteram ejus, a quo miſſus fuerat, conſeſſurus. Deus quippe eſt, Filius Dei, Caelumque, ac terras moderatur pro poteſtate, & arbitrio. Quae res ſepulcri cuſtodes vehementer perturbavit, ſicut & modo vos noſtra ab iſto carcere fuga. Rem itaque certiſſimam accipite, non a quopiam mortalium, ſed a Chriſto nobis, huc venire cogitantibus, patefactas fuiſſe fores; ſed & ſi

Chriſtus Deus Filius Dei.

ܡܢ ܠܐ ܕܫܒܩܬ ܥܡܢ ܩܛܠܐ
ܒܬܕܡܪ̈ܬܗ.
ܓܝܪ ܐܡܪ. ܐܝܟ ܕܡܬܚܙܝܐ ܠܝ ܗܐ
ܡܫܝܚܐ ܗܘܐ ܬܕܡܪ̈ܬܐ ܗܟܢܐ
ܡܬܚܙܝܢ ܠܟ ܕܒܐܝܕܝ ܥܒܕ̈ܘܗܝ.
ܐܢܐ ܓܝܪ ܗܟܝܠ ܡܬܬܟܝܠ ܐܢܐ
ܥܠ ܡܫܝܚܐ: ܕܠܐ ܢܫܒܩܝܟ ܕܬܗܘܐ
ܕܬܚܙܝܢ ܐܝܟܢܐ ܡܬܚܝܠܐ ܐܝܟ
ܕܡܬܬܪܨܐ ܐܝܟ ܡܢܗ.
ܐܦܪܟܝܣܐ ܐܡܪ ܠܓܒܪܐ: ܗܐ
ܐܢܐ ܗܟܝܠ ܕܡܠܐ ܐܝܬ ܠܝ ܕܐܡܪ
ܠܗܘܢ ܡܢܝܢ: ܓܒܪܐ ܐܝܟ ܕܡܬܚܙܐ
ܡܬܚܝܠ ܡܢܝܢ ܡܢ ܗܠܝܢ: ܕܟܬܒ̈ܐ
ܕܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܗܘܝܬ ܠܐ ܩܪܝܬ.
ܕܟܕ ܐܝܟܢܐ ܐܡܪܐ ܐܢܬܝ: ܐܡܪܬ
ܗܝ ܟܠ ܟܠ ܟܬܒ ܘܡܦܫܩܢ ܒܬܗܘܢ
ܘܟܬ̈ܒܘܗܝ.
ܓܒܪܐ ܐܡܪ: ܥܡܝܬ ܐܦܠܘܢܝܘܣ
ܐܝܬ ܡܠܘܗܝ ܫܡܥܬ ܒܡܕܝܢܬܐ
ܕܒܪܬܟ ܕܠܐ ܒܗܬܬܐ: ܡܡܠܠܐ
ܕܫܠܝܬܐ ܗܘܬ ܟܡܐ ܕܝܢ
ܕܡܠܠܢ ܘܡܬܒܥܐ ܒܥܝܢܐ ܕܫܬܩܢ
ܢܫ̈ܐ ܐܠܐ ܕܒܬܘܠܬܐ ܐܡܪܐ.
ܗܕܐ ܕܝܢ ܗܘܦܟܐ ܗܘܐ ܐܢܐ ܚܙܐ:
ܕܣܠܘܩܘܣ ܫܬܩ ܘܐܠܐ ܡܕܝܢܬܐ
ܡܡܠܠܐ: ܐܦܠܘܢܝܘܣ ܐܡܪ ܐܡܪ
ܠܓܒܪܐ: ܠܐ ܒܪܝܫܟ ܡܡܠ ܕܠܐ ܐܢܫ
ܡܡܠܠܐ ܥܡܝܬ ܕܐܢܫܡܥܬ ܡܢ
ܘܡܠܠܬ. ܐܦܠܐ ܦܪܘܨܘܦܗ ܕܢܚܙܐ
ܗܘܐ: ܘܡܢ ܐܝܟܐ ܥܒܕܬ ܗܢܐ ܫܘܦܪܐ
ܘܗܕܐ ܟܠܗ ܡܡܠܠܘܬܐ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ.
ܓܒܪܐ ܐܡܪ: ܦܘܩ ܡܢ ܗܕܐ ܟܠܗ
ܡܡܠܠܘܬܐ ܐܘ ܡܪܝܡܬܐ ܫܬܩܢ:
ܐܦܪܟܝܣܐ ܐܡܪ. ܗܕܐ ܕܠܗܘܢ ܐܝܟ
ܡܡܠܠܘܬܐ ܐܣܬܟܠܘܬܐ ܕܠܐ ܫܡ ܕܝܠܟ ܡܢ
ܐܢܐ ܕܝܢ: ܗܟܝܠ ܐܝܟ ܡܕܡ ܐܢܐ
ܕܡܬܚܝܠ ܥܠ ܟܘܫܪܗ ܠܗ ܡܢ ܐܢܐ
ܕܒܬܚܝܬܐ ܢܛܪ ܡܠܬܗ: ܐܡܪ ܓܝܪ
ܒܟܬܒܐ ܕܐܦ ܟܬܒܐ ܕܩܕܝܫܐ
ܬܡܢܐ: ܓܒܪܐ ܐܡܪ: ܡܬܚܝܠ ܕܗܘ
ܦܠܚܐ

ſi tantiſper a caede nobis inferenda ceſſaveris, confido, te his majora miracula viſurum, Chriſti utique virtute patranda; ut inde per ſervos ſuos mortalibus Divina ejus virtus innoteſcat.

Tum Praeſes: Jam vero, ait, multi Sophiſtae nobis neceſſarii erunt, ut contra te dicant. Equidem vehementer miror, unde factum ſit, ut quum Chriſtianorum Libros nunquam evolveris, tam multa ex illis fidenter promas, & interpreteris.

Cui Stratonica: Quin, ait, ego tua caecitate vehementius ſtupeo, qui tuis ſubjecta oculis miracula minime capias. Nam & hoc in Sacris Chriſtianorum codicibus praenunciatum legitur, in haec verba: *In noviſſimis diebus, dicit Deus, effundam Spiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri, & filiae veſtrae.* *Joel.* 2. 29.

Heic in Apollonium, & circumſtantes ejuſdem familiares oculos convertens Praeſes: Viden, ait, filiae tuae impudentiam? Non id profecto ingenuorum hominum mores ferunt, dum jubent, viros quidem loqui, feminas vero tacere, praeſertim virgines. Nunc vero e contrario fit; nam Seleucus tacet, Stratonica autem nullum facit obloquendi finem. Cui Apollonius: Per caput tuum, ait, juro, filiam meam a nemine unquam contentiori voce loquentem auditam fuiſſe: ſed neque cuiquam licuiſſe ejus vultum intueri. Unde autem garrulitatem hanc, atque petulantiam hauſerit, plane ignoro.

Tum Praeſes Stratonicam rurſus increpans: Heus tu, ait, pone hanc audaciam, certam tibi perniciem adlaturam. Cui Stratonica: Quam vos audaciam putatis, mihi ea ſalutem tutiſſimam parat: longe enim praeſtantius agit, qui ſepoſito pudore pro ſalute ſua dimicat, quam qui de decore nimis anxie ſolicitus tacet: quod etiam Sacrae nos literae docent illis verbis: *Eſt confuſio* *Eccleſ.* 4. 25.

adducens peccatum. Tum Praeſes. Quandoquidem, inquit, peſſimam iſtam ſectam, quam pridem amplexa es, abjicere recuſas, praeſcripta invictorum Principum legibus ſeveritate tecum mihi deinceps agendum erit. Video ſiquidem, verbis nec ipſos Sophiſtas poſſe tecum certare. Cui beati Martyres: Scilicet, hoc ferme in votis erat, ut quaecumque hactenus minabaris, ocius in nos exſequereris; ut Chriſti virtute in nobis operante, audacia veſtra ſe tandem victam fuiſſe fateatur. Tum Praeſes: Flagris, & multiplici verbere corpora veſtra proſcindam, ad terrorem gregalium veſtrorum.

Cui Martyres: Agedum, hoc praeſta, ne temere verba fudiſſe videaris. Quaecumque menti occurrent, ſupplicia in nos expedito. Et corpus quidem habes in poteſtate; animam autem Deo jam tradidimus. Tunc Praeſes Apollonium compellans: Equidem, inquit, ſtatueram cum hac petulantiſſima, impiaque femina mitius agere in gratiam tui; nunc autem vereor, ne, manante ad Imperatores cauſſa, jactorum in ſe ipſos conviciorum, contemtaeque majeſtatis poenam ipſe feram. Hoc enim ab invictis Principibus cautum eſſe, noſti, ut quicumque Jeſum, a Judaeis Hieroſolymis Crucis ſupplicio adfectum, colere convicti fuerint, omni cruciatuum genere torti, interficiantur: quin etiam ut ſimilis poena adfines quoque involvat, qui ejuſmodi crimen diſſimulaſſent, quum id ſtatim ad judices detuliſſe oporteret. Cui Apollonius: Per victoriam, ait, Dominorum noſtrorum juro, ad illum uſque diem, quo in Chriſtianos animadverſum eſt, nullam in filia mea perduellis ejus ſectae notam a me fuiſſe deprehenſam. Quin imo quantum ego intelligere potui, eadem in adorandis Diis, thuribuſque incendendis omnibus pietate, & religione praecelluiſſe mihi ſemper viſa eſt. Cujus ergo ipſe

ſum

ܡܢ ܦܩܘܕܐ ܕܡܠܟܐ ܡܬܒܥܐ
ܒܬܫܢܝܩܝܢ.
ܗܢܐ ܐܡܪ: ܐܣܛܪܛܘܢܝܩܐ ܡܕܝܢ
ܐܡܪܐ ܐܢܬܝ: ܡܬܛܟܣܐ ܐܢܬܝ ܠܗ
ܘܣܓܕܐ ܐܢܬܝ ܠܐܠܗܐ ܘܡܩܛܪܐ ܐܢܬܝ
ܠܗܘܢ ܒܣܡܡܐ ܐܝܟ ܥܝܕܐ
ܡܥܕܪܢܐ.
ܛܘܒܢܝܬܐ ܕܝܢ ܐܡܪܬ: ܠܐ ܬܬܠ
ܬܚܒܠ ܘܬܬܦܠܐ ܡܢ ܣܢܝܐܘܬ ܡܢ
ܡܘܡܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ ܘܐܬܦܬܐ ܠܟ ܕܝܢ
ܡܢ ܠܥܡܠܐ ܐܘ ܕܡܬܚܙܐ ܕܐܬܦܪܥ
ܢܬܬܠܡ. ܠܐ ܬܬܠ ܕܒܪ ܠܗ ܡܫܝܚܐ
ܕܐܬܒܥܬ ܠܟܠܗܝܢ ܕܬܒܥܬ ܠܟܠ:
ܥܕ ܐܢܬ ܡܫܬܐܠ ܥܕܠܐ ܐܢܬ ܢܬܦܠܐ
ܥܕ ܐܢܬ ܢܘܪܐ ܥܕܠܐ ܐܢܬ ܡܫܬܢܐ
ܣܟ ܕܝܢ ܡܬܛܝܒܝܢ ܒܟܠܗܝܢ ܥܕܡܐ
ܕܢܫܬܡܠܐ.

ܗܝܕܝܢ ܥܢܐ ܗܓܡܘܢܐ ܘܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ
ܕܢܬܡܬܚܘܢ ܥܠ ܩܢܛܪܐ ܘܐܦ ܩܛܪܐ
ܘܢܬܬܠܘܢ ܒܥܘܩܐ ܕܢܘܪܐ ܘܒܐܝܕܝܗ
ܠܐ ܡܬܬܢܝܚܝܢ ܒܩܪܒܐ ܘܡܬܬܠܡܝܢ
ܠܡܬܚܐ ܢܬܦܠܐ ܘܡܬܢܣܒܐ ܒܦܬܓܡܐ
ܣܬܠܗܝܢ ܡܢ ܩܠܐ ܕܡܫܝܚܐ ܡܬܡܠܠܐ
ܠܐܣܛܪܛܘܢܝܩܐ ܒܢܘܪܐ ܡܫܬܠܡܐ ܒܢܦܫܗ
ܕܐܬܦܠܓ ܦܓܪܗ ܥܡ ܠܒܘܫܝܗ ܘܢܦܠ
ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܗܝ ܕܝܢ ܛܘܒܢܝܬܐ ܒܥܝ
ܦܢܝܐ ܗܘܬ ܠܗ ܥܠ ܫܡܝܐ ܘܡܨܠܝܐ
ܗܘܬ ܘܐܡܪܐ ܗܘܬ: ܡܪܢ ܝܫܘܥ
ܡܫܝܚܐ ܥܕܪܝܢܝ ܒܐܓܘܢܐ: ܘܡܢ
ܦܓܪܗ ܡܢ ܡܚܘܬܐ ܕܝܠܗ ܗܘܐ ܢܦܩ
ܐܬܪܐ ܢܒܥ ܗܘܐ: ܐܡܪ ܠܗ ܗܢܐ: ܐܘ
ܡܪܝܬܐ ܡܫܬܟܚܐ ܐܢܬܝ ܐܦ ܗܫܐ:
ܕܗܐ ܚܙܝܐ ܒܥܝܢܝܟܝ ܦܓܪܟܝ ܒܡܚܘܬܐ
ܡܬܦܠܓ: ܘܢܦܠ ܥܠ ܐܪܥܐ: ܛܘܒܢܝܬܐ
ܕܝܢ ܐܡܪܬ ܠܗ ܠܐ ܡܢ ܥܩܐ ܗܘ ܠܝ
ܐܡܪ: ܕܥܠܡܘܢܐ ܕܟܠܗ ܕܦܘܠܘܣ
ܠܫܠܡܘܬܐ ܕܡܢ ܩܕܡ ܦܓܪܐ.

ܘܡܚܕܐ ܦܩܕ ܗܘܐ ܗܓܡܘܢܐ
ܥܠ ܣܠܘܩܘܣ ܕܢܬܩܪܒ ܠܕܝܢܐ. ܩܕܡܝܐ
ܘܐܡܪ ܠܗ: ܐܘ ܣܠܘܩܘܣ ܒܣܒܪܐ
ܛܒܐ

ſum reus; praeſertim quum illa me ſuum neget eſſe patrem? Eam itaque tua in poteſtate habeas, non abnuo, conſtitutas edicto Principum poenas actutum luat.

Tum vero ad Stratoniceam converſus Praeſes: Tu modo, inquit, quid deliberas? An ut poſita iſta pertinacia, Deos in poſterum colas, eiſque de more incenſum adoleas?

Cui Stratoniea: Ne, quaeſo te, inquit, ſemel conceptam in nos iram modo deferveſcere ſinas; ſed quaecumque juratus dudum intentabas, ſupplicia ſtatim exſequere, neve tibi forte blandiaris inani ſpe, fore ut quiſpiam noſtrum ita deſipiat, ut in hoc negocio tuis uti conſiliis malit. Flagra itaque, fuſtes, ignes, carceres, & quotquot menti ſuccurrent, poenas inſtrue: praeſcriptos, paratoſque ad omnes nequitiae tuae conarus invenies.

Tunc vero Praeſes vehementer exarſit, juſſitque, ambos in equuleo extendi, atque malorum punicorum bacillis rudibus, ſpiniſque horrentibus caedi. Quum ergo a ferociſſimis lictoribus Stratonica acerrime caederetur, & una cum veſtibus carnes ipſae diffluerent, defixis in Caelum oculis, hunc in modum orabat: Domine Jeſu Chriſte, adeſto mihi in hoc certamine. Fluebat interea, fatiſcenre ex continua verberatione corpore, cruor, quum Praeſes Virginem acerbiſſimo dolore fractam arbitratus, rurſus praetenrans: Num randem, ait, tibi perſuaſum eſt, ut imperata facias, quae oculis tuis cernis, verberibus reſectas ex proſciſſis artubus carnis tuae Lacinias pavimentum contexiſſe? Cui Stratonica: Nec piget, ait, iſta perpeti, quum ex Apoſtolis quidam nos docuerit, ſaucia quoque corpora in priſtinam integritatem quandoque eſſe reſtituenda.

Continuo Praeſes Seleucum ad quaeſtionem produci mandat. Primum

Equuleo extenti diriſſime caeduntur.

Corinth. c. 15.

igi-

igitur Juvenem blande compellans: Cogita, inquit, o Seleuce, quid hunc aetatis florem, hanc pulcherrimi oris ſpeciem maxime deceat? An ſcilicet, ut meis obaudiens monitis, Deos colas, illiſque, ut ſolebas, incenſum adoleas; ſicque pro merito ab Imperatoribus novis auctus honoribus diſcedas: an vero contra in ſacrilega Stratonicae opinione obſtinate perſiſtas? ab illa nimirum te flagirioſe ſeductum fuiſſe, ſat ſcio, ut vanam Chriſtianorum ſuperſtitionem ſuſciperes. Nec enim ſapientem juvenem inſanae feminae decet nugas ſectari.

Cui Seleucus: Equidem, inquit, ſi poſteaquam Deo vero, & vivo fidem meam addixi, ipſum abjiciam, atque rurſus nihil mihi profuturam ſimulacrorum religionem reſumam, amens ſim. Quid enim vero ejuſmodi Deos eſſe dicam, quam marmora quaedam adſabre in ſtatuas confecta? Certum itaque, ratumque eſt, in ſententia Stratonicae, cariſſimae ſororis, conſtanter perſeverare. Fruſtra, Praeſes, intentas ſupplicia; nec enim tibi, aut iniquiſſimo Imperatori, in hoc auſcultandum eſſe, exiſtimamus.

Ad haec Praeſes: Siceine, ait, nequiſſimum caput, ac teterrimo ſupplicio dignum, ſimulacra dicis Deos Univerſi rectores? Piget me ſane hac de re tecum verba feciſſe: putabam ſiquidem, te eſſe ſapientem, ut qui tacere noſſes, necdum mihi perſuaſcram, improbae Stratonicae opinionem tibi in medullis haerere. Continuo illum fuſtibus caedi jubet, donec exhauſto ſanguine, corpus humi concideret.

Stratonica Seleucũ trepidãtem cõfirmat.

At Seleuco inter lictorum manus trepidanti ſuccurrit Stratonica, adprehenſaque ejus manu: Eja, frater, ait, Domino noſtro Jeſu Chriſto confidito, ejuſque fretus ope, metum omnem diſcute. Agedum ſublatis in Caelum oculis Jeſum fidenter invoca, roga, tibi propitium adeſſe. Tunc vero beatus Seleucus

[illegible]

ܒܥܕܢܐ ܐܚܪܝܬܐ . ܘܥܠ ܫܡܝܐ ܚܪ ܘܩܥܐ
ܗܘܐ ܡܢ ܪܘܚܐ : ܡܬܚܢܢ ܒܫܡܗ
ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܩܥܐ
ܠܥܘܕܪܢܝ ܘܡܚܕܐ ܗܘܐ ܠܗ .
ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܒܠܒܘ ܕܠܐ ܚܘܣܝ
ܘܐܬܬܠܝܘ ܫܠܕܝܗܘܢ : ܦܩܕ ܗܠܝܢ
ܕܢܬܠܘܢ ܒܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ ܒܒܝܬܐ
ܚܫܘܟܐ ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ : ܘܐܙܠ ܗܘ
ܗܓܡܘܢܐ ܒܥܓܠ ܐܝܟ ܐܢܫ ܕܡܬܦܫܩ
ܛܒܐ : ܘܟܕ ܠܡܕܝܢܬܐ ܥܠ
ܦܬܟܪܘ ܒܝܬ ܕܝܢܐ ܗܘ ܘܦܩܕ
ܛܒܐ ܕܠܐ ܐܢܫ ܢܬܠ ܠܗܘܢ ܡܝܐ
ܢܫܬܘܢ . ܡܛܠ ܕܢܘܪܐ ܗܘܐ ܕܩܝܛܐ
ܒܝܪܚ ܐܒ : ܥܪܝܩܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ
ܗܢܘܢ ܐܬܠܝܛܐ ܐܝܟ ܡܝܬܐ : ܟܕ
ܕܡܐ ܡܢ ܦܓܪܝܗܘܢ ܕܠܐ ܫܠܝ
ܗܘܐ : ܘܗܘ ܕܝܢ ܗܓܡܘܢܐ ܥܠ
ܐܬܕܡܪ ܒܡܣܝܒܪܢܘܬܗܘܢ ܕܗܢܘܢ
ܐܬܠܝܛܐ ܗܘܘ .
ܠܝܘܡܐ ܕܝܢ ܕܒܬܪܗ ܝܬܒ ܗܘܐ
ܥܠ ܒܝܡ ܕܝܢܐ ܘܦܩܕ ܕܢܬܩܪܒܘܢ
ܣܗܕ̈ܘܗܝ : ܘܟܕ ܐܬܩܪܒܘ ܐܝܟ ܡܢܗܝܢ
ܣܗܕ̈ܐ ܕܡܫܝܚܐ ܗܘܘ ܡܢܗܝܢ . ܐܡܪ
ܠܗܘܢ ܗܓܡܘܢܐ : ܡܛܠ ܕܝ ܫܡܥܬ ܗܘܐ
ܠܟܘܢ ܒܬܪ ܗܢܐ ܐܠܝܨܘܬܐ ܕܫܘܐܠܐ
ܫܠܝܬܘܢ : ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܝܢ
ܩܕܝܫ̈ܐ ܡܢ ܚܕ ܦܘܡܐ ܕܝܢ ܘܐܡܪܘ ܠܗ :
ܣܘܥܪܢ ܕܝܠܢ ܗܘܐ ܕܢܦܩܘܢ ܦܘܩܕܢܐ ܠܐ
ܢܬܒܥ ܘܠܐ ܕܡܠܟܐ ܦܘܩܕܢܐ ܘܠܦܘܩܕܢܐ
ܕܝܠܟܘܢ ܥܘܠܐ : ܐܡܪ ܐܦ ܗܘ :
ܥܡܘܕܐ ܡܦܪܫܐ ܠܗܕ ܐܢܐ ܕܐܬܠܝܛܐ
ܠܟܠܟܘܢ : ܐܢ ܗܘ ܕܠܐ ܬܬܛܦܝܣܘܢ
ܠܦܘܩܕܢܐ ܕܡܠܟܐ . ܐܬܬܦܝܣܘ ܐܡܪܘ:
ܠܗ ܩܕܝܫ̈ܐ ܐܢܬ ܠܡܫܡܥ ܡܦܪܫܐ ܥܡܟ
ܠܟ : ܕܝܢܐ ܐܡܪ : ܐܢ ܕܝܢܐ
ܠܦܘܩܕ ܗܘ ܦܪܝܫܐ ܦܫܝܩܝܢ ܐܢܬܘܢ
ܐܘ ܡܢܟܘܢ ܡܕܡ ܟܝܢܐ . ܐܬܬܦܝܣܘ
ܐܡܪ ܠܕܝܢܐ : ܐܢ ܕܝܢܐ
ܠܥܠܡܐ ܕܫܡܝܐ ܫܒܝܩ ܗܘ
ܦܫܝܩ : ܡܛܠ ܡܠܟܗ ܕܡܫܝܚܐ
ܘܐܡܪ :

cus oculos ad Caelum adtollens, alta voce ad Dominum Jeſum Chriſtum ait: Adeſto mihi. Continuo, velut reſtitutis in integrum animi viribus, timor ille, ex ſpecie praeſentis ſupplicii incuſſus, evanuit; praeſertim poſtquam delapſum Caelo Angelum, ſibi adſtantem, atque ad perſeverantiam adhortantem conſpexit.

Quem & Angelus ad perſeverantiam adhortatur.

Ita poſt acerbiſſimam illam fuſtigationem Praeſes ambos Chriſti Athletas in ſolitarium carcerem detrudi juſſit: ipſe interim in urbem revertitur, non mediocriter exulceratus, quod operam, in beatis Martyribus inutiliter conſumſiſſet: id exitu rei declarante, quum eidem palam illi inſultarent, & inane ipſius ſtudium riderent; cavitque ſeveriſſime, ne quiſpiam illis aquam ferret: erat quippe Auguſtus menſis, & intolerabilis aeſtus. Jacebant itaque Athletae Chriſti, velut exſanguia cadavera, atque torpentibus membris trunci immobiles, ſanie una cum ſanguine diffluente, dehiſcentibus undique carnibus, adeo ut ipſe Praeſes eorum tolerantiam, atque animi magnitudinem miraretur.

In carcerem ſolitarium detruduntur.

Poſtridie ſedens pro tribunali, ſanctos Chriſti Martyres iterum produci jubet ad quaeſtionem, in qua tam procul a metu fuerunt, ut in vultu, totoque corporis habitu intimum animi geſtientis gaudium ultro ſe proderet. Tum Praeſes Reos interrogat: Ecquaenam, ait, poſt iſtam quaeſtionum acerbitatem manet vobis ſententia? Cui ſancti Martyres: Non alia ſane, quam quae hactenus fuit, ut nec tibi, nec impio, & omnium hominum crudeliſſimo Imperatori tuo auſcultandum eſſe credamus. Mihi itidem reſtat ſententia, reſpondit Praeſes, acerbiſſimis vos exercere poenis, niſi Imperatori actutum pareatis. Si ejuſmodi ſunt tibi minae, reponunt illi, profecto infirmiſſimus es. Ergone, reſumit Praeſes, in eodem propoſito

Ad quaeſtionē iterum producuntur.

ſito uſque adeo perſiſtitis, nequiſſima capita? Tunc Stratonicea: Quin etiam, reſpondit, uſque ad finem vitae illud tenere certum eſt, propter Domini noſtri Oraculum, perſeverantibus in bono propoſito vitam, & regnum ſempiternum pollicentis.

Matth. 10. 22.

Suppoſita narious ardentis ſulphuris maſſa in ſuaviſſimum odorem divinitus convertitur.

His dictis incenſus Praeſes, jubet, Chriſti ſervos ſuſpendi, mox ſuggeſtam illuc ſulphutis maſſam ſuccendi; indeque ſubſiliente fumo reos obrui, donec intercluſo ſpiritu exſpirarent. Quod quum lictores dicto citius perfeciſſent, jamque inflammato ſulphure, peſtilens halitus in ora Martyrum invaderet, ſublatis in Caelum oculis, ſic Deum orabant: Chriſte Fili Dei, quaeſumus, noſtri miſerere. Extemplo ſulphutis faetor in ſuaviſſimum odorem converſus eſt.

Quumque Praeſes eo vapore Chriſti Athletas brevi ſuffocatum iri ſperaret; contra adeidebat, ut impendio magis eo recrearentur, poena in delicias verſa. Producto itaque in non modicum tempus ejuſmodi ſupplicio, Martyres tandem interpellans Praeſes: Modo periiſtis, ait, o ſacrilegi, & impii Deorum contemtores. Quo abiit veſter ille Chriſtus, quem modo praedicabatis? Veniat nunc, voſque ab hac moleſtia, ſi tantus eſt, eripiat: Deum enim eum eſſe, teſtabamini.

Tunc vero Stratonica Praeſidem torve intuens, ridenſque: O caput, inquit, mentis plane expers, & omnium mortalium ſtultiſſime, quin animadvertis, hunc ſulphuris fumum, quo nos mox ſuffocandos fore ſperaveras, in voluptatem magis nobis ceſſiſſe, qua profecto jucundiorem ex pretioſiſſimis quibusvis odoribus nunquam nobis haurire licuiſſet? Ille nimirum Deus, qui Angelum ſuum ad Hananiam, ejuſque ſocios Babylone in fornacem miſſos, adlegavit, ignisque naturam immutavit, & illos ſuavi rore perfudit: ipſe nunc foetorem iſtum in ſuaveolentium aromatum

Dan. 3.

[illegible]

[illegible]

matum fragrantiam nobis convertit. Tu vero niſi ſacrilegae ſuperſtitionis glacies tibi mentem, oculoſque obcaecaſſet, cerneres utique res oppido admirandas, quae te praeſente ab eodem Deo noſtro geruntur, ad ignominiam quidem, & confuſionem impietatis veſtrae, ad gloriam vero, & laudem nominis ſui.

At vero Praeſes ſibi inſultantem Stratonicam audiens, ſimulque animadvertens, eam a ſulphureo illo vapore nullum plane detrimentum accepiſſe, expavit enimvero, & ad lictores converſus: Qui tandem, ait, fieri potuiſſe dicam, ut ſulphuris fumo tamdiu expoſiti Chriſtiani iſti, minime perierint? Videte, ne forte quamdam aliam ſpeciem per errorem incenderitis. Cui Lictores: Per caput tuum, Domine, juramus, iſtorum Chriſtianorum ori ſulphuris ardentem maſſam a nobis fuiſſe ſuppoſitam, ut ipſe imperaveras: quo autem pacto in odoratas ſpecies ea verſa fuerit, omnino nos latet.

Attamen Praeſes eo portento nihilo mitior effectus, nudari Martyres confeſtim jubet, ſimulque ignitis laminis torreri. Jamque ſatellites laminas candefecerant, quum populus adverſus Praeſidem tumultuari coepit, ſublatoque clamore contendebat, non igne, ſed ferro Martyres eſſe necandos: putabant nimirum eos inter candentes laminas illico exanimatum iri. At Praeſes increpata multitudine, jubet lictores intermiſſam quaeſtionem proſequi, Reoſque revinctis poſt tergum manibus ſuper ardentes laminas devolvi.

Revinctis poſt tergum manibus, ſuper cādentes laminas nudati devolvuntur.

Quod quum Carnifices protinus exſequerentur, ſancti Martyres defixis in Caelum oculis ad preces converſi: Domine Jeſu Chriſte, ajebant, invicta nobis clementia tua modo ſuccurre. Continuo candentes laminae velut ſuperinducta glacie plane refriguerunt, adeo ut Chriſti famuli illud ex Pſalmis: *Dominus adjutor meus, non timebo quid faciat*

At illae, velut ſuperinducta glacie, refrigeſcunt.

Pſal. 117. v. 6.

faciat mihi homo: & alios laudis hymnos Deo modulantes, ſuper eaſdem prae gaudio exſilire, atque tripudiare viderentur. Stupente autem, & miraculum praedicante turba, Praeſes contra magicae artis praeſtigia ea eſſe adfirmabat. Cui Stratonica: Nefariae artis, ait, incantamenta nuſquam didicimus Chriſtiani: ſed Chriſtus, in quem credidimus, ipſe molitiones tuas ſubvertit, & Satanam, in te, atque in Imperatore tuo habitantem, confundit, qui iniqua conſilia adverſus ipſius ſervos vobis ſuggerere non deſinit.

Novis cruciatibus divexati,

· Quamobrem Praeſes in tantam iram exarſit, ut plane furere videretur. Continuo inſtat, jubetque, beatos Martyres Fidiculis[a] conſtrictos in equuleo
2
ſuſpendi, & fuſtibus iterum quamſaeviſſime caedi: quod illico factum eſt, donec deficiente ſpiritu, ſemianimes humi conciderent. Inſultanti vero Praeſidi inter acerbiſſimam carnificinam, & interroganti: Quo nunc divertit Deus ille, in quem credidiſtis, peſſimi incantatores, veniat modo, & opituletur vobis? reſpondit Stratonica: Ita ſane nobiſcum eſt Jeſus Chriſtus, nec unquam a noſtro latere diſceſſit: ſed nos tuis e manibus eripere differt tantiſper, ut conſtantiam noſtram exploret, ſuamque virtutem per noſtram tolerantiam manifeſtet. Tu vero quo nobis infeſtior es, eo ampliorem mercedem imprudens adcumulas, in ſupremo communis Reſurrectionis die nobis reddendam.

In carcerē retruduntur, interdicto omni commeatu.

Continuo Praeſes ambos in carcerem detrudi mandat, interdicto omni commeatu, poenam capitis minatus, ſi quis vel aquae guttam eis inferret. Hunc in modum in arctiſſima cuſtodia jacuere per triduum, velut trunci torpentibus membris immoti. Quo intervallo potu, ciboque caruere, in ſumma rerum omnium anguſtia nemine vel guttam aquae ipſis porrigere auſo. Jamque nox injerat,

ܒܗ ܒܫܥܬܐ ܢܘܗܪܐ ܫܡܝܢܐ
ܕܡܢ ܫܡܝܐ ܘܐܬܚܙܝ ܡܠܐܟܐ
ܕܡܪܝܐ ܕܒܩܘܪܒܗܘܢ. ܡܚܕܐ ܐܬܚܠܡܬ
ܐܬܚܠܡܘ ܘܐܬܬܩܢܘ ܡܢ ܗܘ ܐܘܠܨܢܐ
ܘܟܐܒ ܡܢܗܘܢ ܥܪܩ . ܘܐܡܪ
ܠܗܘܢ ܗܘ ܡܠܐܟܐ ܠܐ ܬܕܚܠܘܢ ܐܠܐ
ܐܬܠܒܒܘ : ܡܛܠ ܕܬܩܦܬ ܐܓܘܢܐ
ܐܬܝܢ ܠܘܬܟܘܢ ܡܢ ܪܫܝܥܐ :
ܘܫܠܡܐ ܠܟܘܢ ܢܗܘܐ ܒܟܠ ܟܠ
ܐܘܠܨܢܐ ܕܒܥܠܕܒܒܐ ܚܠܒܗܘܢ .
ܕܐܬܝܗܘܢ ܒܒܗܬܐ ܗܘܝܢ ܢܦܩܝܢ : ܘܗܕܐ
ܩܪܒܐ ܥܡܟܘܢ ܠܫܘܒܚܐ ܢܨܚܢܐ
ܕܝܠܟܘܢ ܢܗܘܐ ܘܠܒܗܬܬܐ ܗܘܐ
ܠܗܘܢ ܕܒܥܠܕܒܒܐ ܠܗܘܢ
ܢܗܘܐ .

ܘܟܕ ܚܙܘ ܐܝܠܝܢ ܚܕܝܘ ܐܬܒܣܡܘ
ܥܒܕܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܘܠܐ ܐܬܟܠܝܘ
ܡܢ ܩܠܐ ܘܡܢ ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ
ܐܝܟ ܐܝܟ ܕܡܨܝܢ : ܟܕ ܡܘܕܝܢ
ܐܝܟ ܕܚܠܝܡܝܢ ܘܡܫܡܫܝܢ ܘܡܫܒܚܝܢ
ܗܘܘ ܒܕ ܐܡܪܝܢ : ܐܝܟ ܡܪܝܐ
ܠܒܝ ܡܚܘܬ. ܘܒܬܪ ܐܪܒܥܐ ܝܘܡܝܢ :
ܦܩܕ ܠܗܓܡܘܢܐ ܠܟܠ ܘܢܩܦܝ
ܠܟܠܗܘܢ : ܘܟܕ ܢܦܩܘ ܠܡܛܠܥܐ
ܕܡܛܠ ܘܐܬܩܪܒܘ ܠܕܝܢܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ
ܠܗ : ܕܚܝܝܢ ܒܩܛܠܝܢܐ ܕܣܒܪ
ܒܗ ܐܘܚܕܢܐ ܘܡܩܒܠܐ ܕܡܝܬܘ
ܠܗܘܢ : ܗܐ ܚܠܝܡܝܢ ܘܫܦܝܪܝܢ ܒܝܬ
ܐܘܚܕܢܐ ܒܕ ܠܒܬ ܠܗܘܢ ܟܠܒܐ ܐܦ
ܩܛܠܐ : ܘܟܕ ܫܡܥ ܕܝܢܐ ܐܬܕܘܕ
ܘܐܡܪ ܕܢܛܪ ܒܝܬ ܐܘܚܕܢܐ ܡܒܝܕ
ܡܢܗܘܢ ܫܘܚܕܐ : ܘܐܝܟ ܐܣܘܬܐ
ܘܐܝܠܝܢ ܡܣܬܟܠܘܢ : ܘܫܕܪ ܒܬܪܗ
ܕܢܐܬܐ ܘܥܒܕܐ ܠܢܛܪ ܒܝܬ ܐܘܚܕܢܐ
ܘܐܡܪ ܠܗ : ܐܢܐ ܠܐ ܦܩܕܬ : ܠܐ ܐܢܫ
ܢܩܪܘܒ ܕܢܠܒܫ ܢܦܩ ܠܘܬܗܘܢ
ܕܐܝܠܝܢ ܚܕܫܐ ܘܡܣܝܒܪܢܐ ܠܐܠܗܐ
ܘܠܡܠܟܐ ܡܫܬ ܕܒܫܐ ܢܦܩ
ܐܬܘܬܗܘܢ : ܡܛܠܡܢܐ ܢܦܩܬ
ܫܘܚܕܐ ܡܢ ܩܕܡ ܚܝܐܐ ܘܐܚܝܐܬ
ܐܣܘܬܐ

rat, quum e Caelo Divina lux repente adfulgere, & adeſſe Angelus Domini viſus eſt, cujus praeſentia illico reſtitutas, redintegrataſque ſibi vires, & omnes animi, corporiſque dolores penitus ſublatos, ſitimque inſuper plane exſtinctam ſenſere. Tum Angelus ambos adpellans: Ponite, ait, metum, & dignum fortibus Viris ſumite animum: multa quippe manent vos ab impiis mala; ſalva tamen vobis futura ſunt omnia: nam adverſarii tanta cum ignominia ex acie diſceſſuri ſunt, ut haec pugna vobis quidem in gloriam, illis vero in dedecus tandem ſit ceſſura. Eo ſpectaculo, auſpicatiſſimoque nuncio in tantam voluptatem effundi viſi ſunt ſervi Dei, ut nec voci, nec plauſui temperarent, maximas quas poterant gratias Deo agentes, quem ſibi adeo propitium, praeſentemque eſſe intelligebant.

Angelica viſione recreantur.

Poſt quatriduum ſatellites a Praeſide jubentur, Reos iterum ad quaeſtionem ſiſtere: Si tamen, ſubdit, adhuc ſoſpites ſpirant; nam obiiſſe eos credo. Ecce autem lictores ingreſſi carcerem, illos plane convaluiſſe reperiunt, ſtantes vident, audiuntque concinne Pſalmum modulantes: *Sana contritiones cordis mei*: & rurſus: *Qui ſanas contritos corde, & adligas vulnera eorum*. Quo cognito lictores ſtatim ad Praeſidem convolant, &: Chriſtianos, ajunt, quos pridem publicae cuſtodiae addixeras, atque exſtinctos autumabas, modo convaluiſſe ſcias, omnique aegritudine, metuque liberos per carcerem diſcurrere. Eo nuncio Praeſes non mediocriter perturbatus eſt, ratus carceris cuſtodem pecunia corruptum, medicos in carcerem intromiſiſſe, eorumque opera Reos fuiſſe curatos. Quamobrem illum confeſtim ad cauſſam dicendam venire jubet: quumque veniſſet, eum acriter objurgat, &: Annon, inquit, capitis poena caveram, ne quis ad illos Chriſtianos incantatores, Diis, & Imperatori infe-

Ad quaeſtionẽ iterum educũtur.

Pſal. 59. v. 4.

Pſal. 146. v. 3.

M ſtos,

ſtos, introiret? Tu vero contra, accepta fortaſſe ab ipſis pecunia ſubornatus, medicos in carcerem, illorum vulnera curaturos, induxiſti. Jam vero cogita, capite tuo crimen iſtud eſſe luendum. At carceris cuſtos: Per caput tuum, Domine, juro, reſpondit, & per victoriam Dominorum noſtrorum, ad iſtos Chriſtianos introiviſſe neminem: dictorumque meorum teſtes habeo quotquot mecum per hoc tempus continuo verſati ſunt. Confeſtim idoneos teſtes producit, qui adfirmabant, ſe quidem eodem tempore ad fores carceris continenter excubaſſe; ſibique proinde ſatis compertum eſſe, neminem ad Chriſtianos ibidem incluſos intraſſe. Supervenere etiam quidam ex Optimatibus urbis pro carceris cuſtode apud Praeſidem interceſſuri, adſeverantes, nihil eo ſupplicio dignum ab illo fuiſſe admiſſum, vera proinde eſſe ea, quae adfirmabat, virum alias probum eſſe, & in Deos pium, Imperatori etiam obſequentiſſimum.

Ad haec carceris cuſtos viſum ſibi in carcere objectum narrans: Praeterita, ajebat, nocte ignota vox aures meas perculit: trepidus confeſtim ad carceris fores adpropero, dumque adtentus audiebam, comperi ex ea carceris parte, in qua Chriſtiani iſti verſabantur, prodire vocem, eaque viſa eſt hominis ultro citroque multa differentis; mox per januae peſſulum rem oculis adcuratius exploro: heic porro lucem video meridiana clariorem, virumque apud Chriſtianos iſtos adſidentem auguſta ſpecie, vultuque in ſpeciem fulgoris coruſcante, audioque cum eiſdem amice conloquentem. Quo ſpectro vehementer conterritus, domeſticos ad ſpectaculum convoco, qui adcedentes, & ea, quae memoravi, viderunt, & modo teſtantur. Rem proinde teſtatiſſimam, mihique prorſus certiſſimam refero.

Haec narrabat carceris cuſtos, quum Praeſes non mediocriter perturbatus,

ܐܣܘܬܐ ܘܐܣܝܘܗ ܐܥܠܬ : ܡܛܠ ܕܒܪܫܟ
ܢܬܒܥ ܥܠ ܡܣܛܪ ܒܥܕܢܐ ܕܡܥܘܬܐ :
ܕܝܢ ܢܛܪ ܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ ܘܐܡܪ : ܠܐ
ܒܪܫܟ ܡܪܝ ܘܠܐ ܒܙܟܘܬܗܘܢ ܕܡܪ̈ܘܬܢ
ܗ̈ܠܝܢ ܕܡܢ ܝܘܡܐ ܕܐܬܚܒܫܘ ܬܡܢ
ܠܐ ܐܢܫ ܥܠ ܐܝܟܐ ܕܚܒܝܫܝܢ ܗܘܘ . ܘܐܝܬ
ܣܗ̈ܕܐ ܐܝܬ ܠܝ ܣܓܝܐ̈ܐ ܘܡܩܝܡ ܐܢܐ ܣܗܕܘܬܐ
ܕܥܡܝ ܐܟܚܕܐ ܗܘܘ ܕܐܡܝܢ ܐܢܫ̈ܐ
ܒܙܒܢ ܗܢܐ ܐܣܗܕ ܚܝܕ : ܘܡܚܕܐ
ܟܕ ܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ ܘܐܝܟܘ ܐܢܫ̈ܐ
ܘܐܣܗܕܘ ܡܕܡ ܕܝܢܐ ܘܐܡܪܘ : ܕܟܠܗ
ܘܥܕܢܐ ܢܛܪ ܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ ܐܟܚܕܐ
ܢܛܝܪ ܗܘܐ ܥܠ ܬܪܥܐ ܘܠܐ ܫܒܩ
ܐܢܫ ܕܢܥܘܠ ܠܘܬܗܘܢ : ܘܡܢܗܘܢ ܚܐܪ̈ܐ
ܕܡܕܝܢܬܐ ܐܬܘ ܡܢ ܕܝܢܐ ܕܠܐ ܢܣܒ
ܡܘܬܐ ܗܢܐ ܓܒܪܐ ܥܒܕ ܗܘ ܡܕܡ
ܕܐܡܪ ܡܕܡ ܟܕܒܘܬܐ . ܕܫܪܝܪܐ ܗܘ ܓܒܪܐ
ܘܡܚܒ ܠܐܠܗ̈ܐ ܘܡܫܬܡܥܢ ܠܦܘܩܕܢܘ
ܕܡܠܟܐ .

ܘܐܡܪ ܢܛܪ ܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ ܘܐܡܪ
ܠܚܙܘܐ ܕܚܙܐ ܠܠܝܐ ܕܐܬܚܙܝ
ܥܒܪܬ ܩܠܐ ܬܡܝܗ ܐܬܐ ܕܫܡܥܬ
ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܡܡܠܠܐ ܥܠܝ ܘܩܡܬ :
ܘܟܕ ܩܪܒܬ ܠܘܬ ܬܪܥܐ ܕܗܘ ܒܝܬܐ
ܕܒܗ ܚܒܝܫܝܢ ܗܘܘ ܐܫܟܚܬ ܡܢ
ܒܝܬ ܟܘܐ ܕܬܪܥܐ ܘܚܙܝܬ
ܢܘܗܪܐ ܕܡܢܗܪ ܡܢ ܕܫܡܫܐ
ܦܠܓܗ ܘܓܒܪܐ ܚܕ ܕܫܦܝܪ ܚܙܘܗ
ܘܡܢܗܪ ܗܘܐ ܚܙܘܗ ܐܝܟ ܚܙܘܐ
ܕܒܪܩܐ ܘܡܡܠܠ : ܘܟܕ ܚܙܝܬ
ܗܢܐ ܚܙܘܐ ܐܬܬܙܝܥܬ ܣܓܝ ܘܩܪܝܬ
ܠܒܢ̈ܝ ܒܝܬܝ ܗܘܐ ܝܚܝܕ : ܘܐܬܘ
ܚܙܘ ܐܦ ܗܢܘܢ ܗܕܐ : ܕܗܘܝܐ
ܣܗܕܝܢ : ܘܡܢ ܕܐܬܚܙܝ ܠܝ
ܫܪܝܪ ܗܘ .

ܘܟܕ ܫܡܥ ܕܝܢܐ ܗܠܝܢ ܠܗܕ
ܐܬܬܙܝܥ ܘܐܬܕܡܪ ܗܘܐ ܒܗ̇ܢ
ܚܝܠܬܐ : ܘܦܩܕ ܕܝܢܐ ܕܐܦܩܘ
ܐܢܘܢ ܡܕܡܝ ܠܩܕܡܘܗܝ ܒܟܠ . ܘܟܕ
ܩܡܘ ܩܕܡܘܗܝ ܕܕܝܢܐ ܫܐܠ ܕܝܢܐ
ܐܢܘܢ

tus, quod contra votum res fieret, ſimulque miraculum tot teſtimoniis confirmatum ſecum admirabundus revolvens, rem ipſe per ſe explorare conſtituit, Reoſque jubet feſtinato ad conſpectum ſuum venire. Quos ut ſanos, & procul ab omni metu moeſtitiaque conſpexit, neque ullam praeteritae fuſtigationis habere indicem notam: Edicite, ait, quorumnam medicorum arte convaluiſtis? Tunc Stratonica in Praeſidem intuens, riſit. Cui Praeſes: Cur, ait, inſana rides? Tum illa: Te ſcilicet rideo, inquit, adeo ſtupidus, pardusque mihi videris. Ceterum ſi Medicum, cujus opera convaluimus, indicavero, quidnam tandem incommodi te huic adferre poſſe exiſtimas? Tum Praeſes: Per victoriam, ait, Dominorum noſtrorum juro, hujus ſceleris reum poenas mihi daturum acerbiſſimas, flammiſque ſine mora crematum iri. Cui Stratonica: Jumentis profecto ſimiles eſtis omnes, mente ſenſuque carentes, utpote qui veſtros ob oculos patrata prodigia minime cernitis. Ecquis hominum, oro te, id, quod in nobis factum videtis, efficiat? Tu vero poſteaquam corpora noſtra immaniſſime dilaniaſti, & in carcerem procul ab omnium mortalium conſuetudine conjeciſti, interdicto inſuper poena capitis omni commeatu, uſque tamen inſtas, & rogas, cujuſnam opera convaluerimus? Agnoſce itaque Praeſes Chriſtum, in quem credidimus, hujus miraculi fuiſſe authorem, ejuſdemque vi ac numine proſciſſos fuſtibus artus innovatos intellige, ut veſtrae vos tandem pudeat crudelitatis. Si quid ergo vales, adverſus eum inſurgito, debiliſſime homuncio. Tum Praeſes: Proh ſceleſtiſſimi, qui veſtris confiſi praeſtigiis Deos contemnitis! Siccine quod medici vobis praeſtitere, vos contra Chriſto adſcribendum contenditis? Quoniam modo minabaris, excepit tunc Seleucus, te crematurum medicos, qui

 nobis

nobis operam ſuam commodaſſent, diſce jam, mortalium neminem ſeſe in hac curatione immiſcuiſſe, ſed unius Jeſu Chriſti ope ſanitatem nobis fuiſſe reſtitutam, qui corpus, & animam tuam juſto judicio in ſuprema mundi die plectet, quando e Caelo aderit, & poenas a te, & impio illo Imperatore tuo exiget, vaſtiſque ignibus omnia torrebit, incendetque. Tum Praeſes: Equidem patientia vobiſcum utendum ratus, hucuſque poenam diſtuli, vos ab iſta contumacia diſceſſuros confidens: at contra magis inſanire vos tandem animadverti, meque maledictis inſolentius quam unquam inceſſere. Jovem magnum Deum teſtem adpello, atrociſſimis poenis deinceps vos adfectum iri, donec vos, audaciſſima capita, perdam. Sic injurias Deorum, atque Principum perſequi certum eſt. Cui Stratonica: Quoniam, inquit, per mutum & exanime ſimulacrum, quod proinde nec ſe colentes, neque ſibi conviciantes ſentit, juraſti, hinc inane, & irritum eſſe hujuſmodi jusjurandum plane colligitur: & quum caecus ipſe caecum ducem tibi adſciveris, ambos in foveam caſuros eſſe, conſequitur.

Praeſidis in Stratonicam immanitas.

Ea dicendi libertate, ſupra quam dici poteſt, indignatus Praeſes, illico jubet, diu, & acerrime Virginem caedi: quod tanta cum immanitate ſatellites perfecere, ut defectis viribus, & exhauſto ſanguine, in terram concideret. At mox recepto tantiſper ſpiritu, Praeſidem adpellans: O te miſerum, ait, homo nequiſſime! Quales daturus es poenas apud juſtiſſimum Deum pro his, quibus nos exerces malis! Cui Praeſes: Multos, & quidem ſceleſtiſſimos homines, veſtri ſimiles, interfeci, nec hactenus impudentiam veſtrae parem reperi. Multos nos itidem Praeſides vidimus, excepit Seleucus, nec tamen ſtultitiam, atque impietatem, tuae comparandam, invenimus.

His

[illegible]

His dictis impendio magis inflammatus Praeſes, protinus equuleo ambos ſuſpendi jubet, atque ferreis pectinibus quam diutiſſime toto corpore ira dilacerari, ut diſrupta cute, carnis quoque laciniae in terram decuterentur. At Chriſti Martyres inter omne ſupplicii tempus animum, atque oculos in Caelum intendentes, illud crebro ingeminabant: Jeſu Chriſte Fili Dei, adeſto infirmitati noſtrae in hac immani carnificina. Ad tres & amplius horas ea protracta eſt poena: quo ſpatio nullum gemitum, aut fracti animi indicem vocem edidere, ſed hoc unice iterabant: Domine, propirius ſuccurre nobis. Hunc in modum ferreis pectinibus lacerati ſunt, donec conſumta carne, oſſa paruerunt, ipſo Praeſide, & lictoribus tantam patientiam mirantibus. Beatos inde Martyres eo uſque in equuleo ſuſpenſos adpellans Praeſes: Quo, air, oberrat Chriſtus? Quin properat, vobis, pro ipſo iſta tolerantibus, opem adlaturus; illum quippe modo adpellabatis? Cui Seleucus: Etiam profecto nobis adtulit opem, quin & in poſterum adferet. Quare non eſt, cur te tam ſuperbe efferas, nobiſque inſultes, ut coluber, & lupus crudeliſſimus, necdum ſanguine exſaturatus. Tum Praeſes ad Stratonicam: At modo, ait, non parum dolere te credo, Stratonica. Cui illa: Minime vero, inquit, dictique mei teſtem adpello Jeſum Chriſtum Filium Dei vivi, qui ad dexteram ejus, a quo miſſus eſt, adſidet. Nec enim conqueror, corpus meum dilaceratum, & decuſſas in terram carnis meae lacinias, dolorem coërcente certiſſima ampliſſimae mercedis ſpe, quam inſtauratis ad novam viram corporibus, nobis reddendam credimus, pro poenis, quas a nobis immerito exigis, daturus ipſe olim longe graviores, ſempiternis ignibus brevi addicendus. Quamobrem ſi fas eſt, etiam tibi gratias habemus, quod tormentis, quibus nos excru-

Equuleo ſuſpenſi ferreis pectinibus lacerantur.

SS. MM. conſtantia.

Jeſus Chriſtus Filius Dei vivi.

Spes novae vitae dolorem compeſcit.

crucias, ad Caeleſte Regnum quodammodo provehis, ſic ut quantum auxeris poenam, tantumdem augeas coronam. Quoniam, excepit Praeſes, omnium ſibilis expoſitam te eſſe animadvertis, praeclara iſta comminiſceris, quibus tuam fatuitatem utcumque tegas. Cui Virgo: Equidem, reſpondit, commentis non egeo, quando veritas mihi praeſto eſt; nam veritati me totam commiſi; meliorem utique ducem ſequuta, quam tu homo, mentis penitus expers, etſi tibi ſapiens videare. At tu, repoſuit Praeſes, femina petulantiſſima, adeone verecundiam exuiſti, ut te minime pudeat vinctas habere manus & corpus fuſtibus adtritum, in morem parricidarum atque latronum, idque ſpectantibus cunctis Cyzici illuſtribus feminis? Quaſi vero non ea tu ſis, quae a teneris annis ginaeceo incluſa, caſtis moribus, modeſtiaeque adſueveris. Cui Stratonica: Ego vero, inquit, amens ſim, ſi meae me puderet ſalutis. Tui te potius pudeat, miſerrime, cui dedecus, & infamia undequaque incumbunt, nulla temporum diuturnitate abolenda: etſi iſta neutiquam animadvertitis; nec enim mentis compotes eſtis. At me ignominiae hujuſmodi non pudet: pii enim, probique homines nullum praeter conſcientiam teſtem, judicemve admittunt. Quum ergo nullius criminis mihi conſcia ſim, nullo ſuffundor pudore. Non perinde ac mea res tua ſe habet. Nam etſi tuorum ſatellitum oculis vir probus videaris; tua tamen impius conſcientia opprimeris, atque reus eſſe convinceris. Tum Praeſes: Patet, ait, te ebriam eſſe, atque delirare; nec enim uſque animadvertiſti, in quanta ignominia verſeris. Cui Stratonica: Etiam ebria ſum, nec tamen vino, ut putas, quo profuſe ingurgitati homines, in veſaniam, & hebetudinem prolabuntur, ſed nectare Divinae in Jeſum Chriſtum caritatis. Ex quo enim bonitatis ejus guttula me aſperſit,

aſperſit, illico in ejus amorem exarſi. Stat ergo mihi ipſum quaerere per omnes aerumnas & cruciatus; tuas proinde minas nihil morari, ſed uni Jeſu Chriſto confidere, & ab ipſo hujus pugnae exitum praeſtolari. Tum Praeſes: Doleo ſane, quod haec pulcherrimi oris ſpecies tormentis iterum ſubjiciatur, atque inter lictorum manus pereat. Cui Stratonica: In ruinam impellis, dum parcis, dumque blandiris, certam perniciem paras. Tum Praeſes: Una tantum vocula, inquit, teſtemini, vos in poſterum Imperatori obſequuturos: continuo ego vos libertate munerabor. Cui Beati Martyres: Obmuteſcat qui iſta temere effutit: Jeſum Chriſtum Filium Dei teſtem vocamus, nihil a nobis ſive minis, ſive blanditiis te expreſſurum. Enim vero quando per Jeſu Chriſti gratiam nos brevi migraturos ex hoc ſeculo, & ad optatiſſimum ejuſdem complexum venturos confidimus; tu contra oppido quam praepoſtere ſuades, ut retrocedentes, ab illo deſciſcamus. Tum Praeſes: Subita ſcilicet, ait, vos exiſtimatis morte ſublatum iri, atque ita ſuppliciorum acerbitatem vos evaſuros? Tunc vero Stratonica, & Seleucus in Praeſidem ſevere intuentes: Scilicet, inquiunt, impium, & ſceleſtum, caput, tu ſimiliter exiſtimas, nos iſta minitanti manus quandoque daturos? Non per eum, qui in Caelo habitat, & dominatur abyſſis terrae, non, inquam, quidpiam a nobis extorquebis, etſi ſupplicium noſtrum ad ſeptuaginta annos produxeris; nec enim iniqua imperanti uſquam parebimus. Et tu quidem interim animadvertens, te, tuumque Imperatorem a nobis contemni, animo diſcruciaberis, nobis vero ipſemet imprudens ſimul pertexes coronam. Enimvero quantum improbis conſiliis adverſus nos ſatages, tantumdem nobis utilitatis, & commodi, tibi vero impendio major ignominia, & gravius

vius detrimentum adcident.

Tunc vero Praeſes imperat, linguam Virgini reeidi, ut Imperatorem, ajebat, atque Deos maledictis inceſſere deſinat. At Stratoniea: Ne me, inquit, per me ipſam loqui putes, ſed Chriſtum, in quem eredidi, in me loquentem audiſſe te eredito; quemadmodum ex adverſo Diabolus in te habitans, tibi nefaria ejuſmodi conſilia eontra ſervos Dei ſuggerere non eeſſat. Quod ſi linguam mihi abſeideris, ut modo minabaris, tune enimvero mihi verba non deerunt adverſus inſaniam tuam; dabitur enim mihi lingua ignea, vepres erematura furoris tui. At vero dum crudeliſſimi ſatellites Virgini linguam amputare moliuntur, intereeſſit frequentiſſimus populus, Praeſidem interpellans, vociferanſque, nefas eſſe linguam abſcindi Principis filiae. Quamobrem ille carnifices removeri jubet; Martyres vero vinculis onuſtos in careerem reduci.

Vinculis onuſti in carcerē reducuntur.

Conſilium adverſus Martyres initum.

Poſtridie Praeſes Primores urbis convocat, quid in hae eauſſa poſtremo ſtatuendum foret, deliberaturus: Equidem, ajebat, quid eonſilii eapiam in hoc negoeio, non video. Sunt heie Chriſtiani, qui a Deorum cultu ſemel abducti, in eadem ſententia huc uſque pertinaeiſſime haerent. Et vero eujuſvis generis ſuppliciis tentanda mihi fuit eorum pertinacia, ſed quam male operam perdiderim, exitus rei declarat; nec enim a Jeſu, eui ſe totos addixere, avelli ullatenus potuerunt. Interim vero univerſam eivitatem perturbant: quod ſi eos liberos dimittimus, quamplurimos ſuis erroribus infieient. Id vero ſi ad Imperatorem manaverit, vereor, ne multa in vos mala, urbemque veſtram ille eonjiciat, quaſi laeſae majeſtatis, neglectique Imperii reos, mihi vero eapitis periculum faeeſſat. Haec Praeſes. Cui Optimates, mitiora eonſilia primum adhibenda eſſe, reſponderunt: Si tibi placet, ajebant, patientia adhuc eum

cum illis utendum eſſe exiſtimamus; adoleſcentes enim ſunt, & caeco quodam ipſos impetu ferri credibile eſt. Jube ad fanum aliquod eos duci, Diiſque praeſentari, fortaſſe praeſentiam Numinum reveriti, deque patriae, ac civium ſuorum periculo admoniti, adduci ſe ſinenr, ut incenſo thure, ſuam in Deos religionem teſtentur. Haec tamen Praeſidi minus probabantur: Nam cavendum eſt, ajebat, ne in ſacram aedem intromiſſi ſceleſti homines, omni poſthabita Deorum religione, in eoſdem maledictis, conviciiſque inſurgant: quo ſane nihil hactenus luctuoſius, aur vobis invidioſius adcidit. Contra vero inſtantibus Patriciis Viris, & illos nihil contra Deorum religionem auſuros adfirmantibus, adnuit Praeſes.

Ad delubrum ducti juſſique Deos adorare Cyzicenorum Idola irrident.

Continuo Martyres vinculis conſtricti ad delubrum totius urbis celeberrimum ducunrur. Ventum eſt ad fani limina; continuo inſtant Optimates, ut Praeſidi pareant. Tum vero Stratonica. Necdum, ait, templum intravimus, quum autem ad Deorum conſpectum venerimus, quod honeſtum eſt, faciemus. Illis porro urgentibus, ut ſi Deos quidem adorare recuſarent, a conviciis ſaltem abſtinerent; magnum enim vero ex ea inſolentia periculum urbi creatum iri, & Imperatorem id utique aegerrime laturum. Ad haec Sancta Stratonica: Fanum, inquit, ubi ingreſſi fuerimus, ſi qnid nobis Dii edicere adnuerint, ipſis reſpondere utique non abnuemus. Introducti itaque ambo in templum, atque Deos adorare juſſi, Stratonica ſimulacra ornata, ac ſtantia contuens, in haec verba vocem extulit: Adeſte nunc, Dii, vos nominatim ad pello, Jovem mutum ſimulacrum: Be-
recinthiam [3] caelatum lignum: Belum [4] 3
caecum, elinguem, & Diaboli vehi- 4
culum: Artemiden [5] inane figmentum, 5
edicite, jam precor, utrum a nobis coli, an contemni debeatis. Siccine ve-

Pſ. 113. veſtrum nemo rogantem exaudit, aut videt, aut adloquitur? Utinam ſimiles veſtri fiant qui vos finxere, quique vobis confidunt, confundantur ab Idolis, quae ipſi fabricati ſunt!

Quae quum praeſente Praeſide dicerentur, oppido quantum is contra ejuſmodi conſilii authores exarſit, & Hoccine, ait, eſt adorare Deos; quod tamen Chriſtianos iſtos facturos eſſe, modo ſpondebatis? Et nunc me quidem circumveniſtis, Deorum vero religionem ludibrio Chriſtianorum objeciſtis. Quod reliquum eſt, cogitate, quomodo apud Imperatorem factum excuſetis; nec enim id reticere, aut diſſimulare mihi fas eſſe puto. Ad haec Praeſidis verba trepidare omnes, inſtare, orare Dei famulos, ut ſaltem tacerent, & quandoquidem Deos adorare ſibi religioni ducerent, eiſdem ſaltem inſultare deſinerent: Ne forte, ajebant, urbem univerſam in ſummum periculum conjiciatis. Et utinam nunquam huc pedem intuliſſetis! Erant autem, qui etiam Apollonio facinus filiae exprobrarent. Hinc Praeſes ad Sacerdotes converſus, interrogat, num Chriſtianos illos Diis aliquando ſacrificaſſe animadvertiſſent. Cui illi: Per caput tuum juramus, iſtos prae ceteris ſumma ubique religione Deos coluiſſe; nobiliſſimorum quippe procerum filii ſunt Seleucus, & Stratonica. Quiſnam porro illos in hunc errorem abduxerit, plane nos latet.

Tunc Praeſes Martyres adpellans: O audaces, & vobiſmet infeſtiſſimae animae, quin tot modo preſſi moleſtiis Deos adorare velitis, quos antea, quando vobis poteſtas erat faciendi quod placeret, impenſe colebatis? Cui ambo unanimes: Erat, ajunt, tempus, quum caeco errore ducebamur: nunc vero nihil nobis potius eſſe ducimus, quam veritatem quaerere, inventamque tenere. Tum Praeſes: Miſſa, inquit, iſthaec facite, & incenſum Jovi maximo Deo ado-

[illegible]

ܠܐ ܡܪܓܫܝܢ . ܕܝܢܐ ܐܡܪ : ܟܐܦܐ ܩܪܝܢ
ܐܢܬܘܢ ܠܙܘܣ ܠܐܠܗܐ ܪܒܐ . ܐܘ ܡܪܫܝܥܐ
ܡܘܬܐ ܚܝܒܝ : ܐܣܛܪܛܘܢܝܩܐ ܐܡܪܐ
ܕܬܪܥܝܬܟ ܗܝ ܟܪܝܟܐ ܕܝܠܟ ܟܦܝܐ ܠܟ :
ܕܬܘܕܐ ܕܗܘ ܟܐܦܐ ܕܠܐ ܡܡܠܠܐ :
ܕܝܢܐ ܐܡܪ : ܡܟܝܠ ܠܝ ܐܝܬ ܕܦܣܝܩܐ
ܕܐܦܠܐ ܡܢ ܗܕܐ ܕܐܢܬܘܢ ܒܬܟܫܦܬܐ
ܬܬܦܝܣ ܕܝܠܝ ܐܠܐ ܥܕܡܐ ܕܐܫܠܡܟܘܢ
ܠܢܘܪܐ ܘܐܥܒܕ ܦܓܪܝܟܘܢ ܠܚܘܝܐ
ܕܟܠܗܘܢ ܡܚܙܝܢ . ܘܥܡ ܕܚܠܬܐ ܢܦܘܩܘܢ
ܘܡܢ ܟܠܗܝܢ . ܐܣܛܪܛܘܢܝܩܐ ܐܡܪܐ
ܠܕܝܢܐ . ܬܗܪܐ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ ܐܢܬ . ܡܠܝܢ
ܐܢܬ ܪܘܪܒܬܐ ܘܓܕܘܦܝܢ ܘܡܘܟܣܝܢ
ܪܒܝܢ ܘܥܒܕܐ ܥܒܕܐ ܕܩܠܝܠܐ ܕܓܚܟܐ :
ܠܡܢܐ ܡܪܒܐ ܐܢܬ ܫܘܦܪܐ ܕܦܐܝܐ . ܕܝ
ܡܢ ܕܡܝܐ ܕܡܢ ܠܚܘܕ ܕܐܬܚܙܝ ܗܢܐ
ܡܢܦܥܐ ܗܘ ܡܡܛܝܐ ܠܗ . ܡܢ ܐܝܢܐ
ܕܒܬܪܐ ܕܦܐܝܘܬܐ ܡܠܘܚܝܐ ܕܦܓܪܐ :
ܠܗ ܐܢܬ ܫܘܦܪܐ ܕܦܐܝܐ ܕܠܐ ܐܫܠܡ ܠܐ
ܡܬܚܫܒ ܐܢܐ ܠܝ ܐܝܟ ܕܡܬܚܫܒܐ
ܕܒܝܫܬܐ ܕܝܠܝ ܕܚܙܝܢ ܠܝ : ܘܣܒܪܐ
ܠܐ ܡܬܚܫܒ ܠܗ . ܐܝܟ ܐܢܐ ܕܒܥܝܢܐ
ܦܓܪܐ ܘܡܘܬܐ ܡܢ ܚܝܐ ܡܫܬܠܚ
ܠܟܠ ܕܝܢ ܕܒܢܝܐ ܕܐܢܫ . ܕܒܪܥܝܢܐ
ܕܡܬܚܫܒ ܡܘܫܐ ܠܗ ܬܪܥܝܬܐ ܠܡܠܟܐ
ܕܒܢܝܐ : ܕܠܐ ܢܦܠ ܐܝܟ ܐܢܐ ܕܦܓܥܐ
ܦܓܪܐ ܘܡܘܬܐ ܡܢ ܠܗܘܢ ܥܒܕ
ܠܟܠ ܡܕܡ ܠܗܘܢ ܦܠܚܐ ܢܬܒܥܘܢ :
ܕܦܘܪܥܢܐ ܕܦܓܪܝܢ ܗܘܐ ܠܗ ܢܛܠܬ
ܣܘܦܪܐ : ܫܘܦܪܐ ܐܢܐ ܕܐܦܐ ܡܣܬܡܠܐ
ܠܦܓܪܐ ܫܦܝܪܐ ܠܐ ܡܬܟܫܦܐ : ܠܐ ܐܠ
ܕܡܫܬܠܚ ܠܗ : ܫܘܦܪܗ ܐܢܐ ܕܗܘܐ
ܕܢܦܫܐ ܠܐ ܠܡܪܝܐ ܡܬܪܥܐ : ܐܝܬ
ܐܢܐ ܗܟܢܐ ܕܡܬܠܥܘܦܪܐ ܕܐܦܝܗ
ܡܬܚܙܝܢ ܩܢܝܢܗܘܢ ܕܢܦܫܬܐ :
ܐܝܟ ܐܢܐ ܕܢܠܥܘܦܪܐ ܕܐܦܐ ܐܝܬ ܠܗ
ܒܠܚܘܕ ܕܢܦܫܐ ܕܠܐ ܡܫܬܒܚܐ
ܠܫܘܦܪܐ ܡܬܚܫܒ . ܘܐܝܟ ܕܒܠܥܘܦܪܐ
ܕܗܘܐ ܒܠܚܘܕ ܠܗ : ܒܬܪܥܝܬܐ ܡܬܩܝܡܐ
ܩܘܝܡܐ

adolete. Cui Martyres: Incenſum mutis lapidibus offerre ſcelus eſſe exiſtimamus. Lapidem, inquit Praeſes, Jovem maximum Deum dicitis, o teterrimo certe digniſſimi ſupplicio homines. Cui Stratonica: Tua te profectò conſcientia convictum fateri cogit, illum eſſe mutum, & inanime ſaxum. Tunc Praeſes: Jam porro mihi deliberatum eſt, nullis poſthac precibus flecti, nec ceſſare, donec vos ad rogum pertraham, oraque veſtra foedum in modum deturpem, ſpectantibus metum, & ſtomachum factura, tuum praeſertim, o Stratonica, atque ita demum in tartarum vos demittam. Cui illa: Mirum eſt, ut nuſquam tibi ipſe conſtes: verba quidem grandia, & graves minae; acta vero levia & ſcurrilia. Ceterum tu, qui iſta exaggeras inania terriculamenta, doce, quidnam commodi ex hac qualicumque oris ſpecie mihi proventurum eſſe credas, quam velis, nolis, duobus potentiſſimis hoſtibus cedere neceſſe eſt, ſenio videlicet, ac morti. Equidem non ita deſipiam, ut caducam, mortalemque corporis formam ambiam, quando immortalem, juſtitiaeque altricem animi ſpeciem optare, atque habere in promtu eſt. Enimvero cui in formoſo corpore turpis animus eſt, non hunc ego invidia, ſed commiſeratione dignum puto, qui forma, re utique fluxa, abuſus, poenas ſibi aggerit ſempiternas, vindici ſcelerum Deo reddendas. Qui vero caducam oris gratiam aſpernatus, unice ſatagit, ut mentem ſceleris puram, integramque Domino ſuo reſtituat, hic profectò ex corporis deformitate exercendae, augendaeque virtutis occaſionem, & materiam nactus, omnium mortalium laudes commeruit. Oris ſiquidem decor mentem non ſolum non ornat, imo vero quandoque etiam depravat. Pulchritudo autem animi etiam gentes immanitate barbaras delectat: oris venuſtas multos corrupit, & in

in vitia praecipites dedit. Qui enim in corporis cura, ornatuque moroſi ſunt, perpetua ſalutis detrimenta patiuntur; qui vero internae pulchritudinis ſatagunt, opes ſibi non perituras continuo adcumulant. Quae quum ita ſint, quid mea interſit oris gratia, intimam mentis pulchritudinem unice ambienti? Illam itaque exſtinguere in tua ſitum eſt poteſtate: haec vero, quae ex Chriſti gratia conſtat, nemini obnoxia eſt. Nec enim ſive tu, ſive Dii tui, neque caelum, neque terra, aut quae immenſo utriuſque ambitu clauduntur, mentis meae decorem deterere, vel animum ab amore Chriſti avellere poſſunt. Quid? Jam non te oppido confuſum fatebere? Quae enim iſta major ignominia fingi poteſt, quae te in noſtra cauſſa premit? Tu ſiquidem noſtram in Chriſtum fidem vi, atque diabolico aſtu expugnare cogitabas, Imperatori, bellum hujuſmodi adverſus nos ſuſcipere jubenti, rem utique gratiſſimam facturus: tibi vero iſta molienti imbellis, & ſola femina reſtiti, tuumque impetum fregi, ferociamque profligavi. Quid jam poſthac Domino tuo, qui fidei, induſtriaeque tuae hujuſmodi negocium commiſit, repones? Quando ambo victi, confuſique eſtis juſto judicio Jeſu Chriſti, cujus nutu conſtant univerſa. Tum Praeſes: Mitte, ait, iſta, quouſque mentem mihi hiſce obtundis nugis, femina petulantiſſima? Cui Virgo: Scilicet nos, inquit, per

1. Cor. 1. 19. Sacras literas docet Deus, ſe ſapientiam ſapientium perditurum.

Ardẽtes lampadae Martyribus admotæ, continuo exſtinguuntur.

At enim Praeſes aegerrime ferens, quod coram Optimatibus urbis ab imbelli femina victus, confuſuſque fuiſſet, ardentes lampadas expediri continuo jubet, & nudatis Martyrum coſtis admoveri; Stratonicae vero faciem etiam eiſdem uſtulari imperat. Lictoribus itaque id impigre curantibus, Stratonica ſublatis in caelum oculis: Domine Jeſu Chriſte, ait, Fili Dei, quaeſo, impiis Fidem

Chriſtus Filius Dei.

dem tuam repellentibus juſtitiae ruae vim, & numen oſtende, ut ſpe ſua decepti, animo confundantur. Extemplo lampadae exſtinguuntur. Praeſide autem lictorum inertiam increpante, atque inſtante, ut ſecundo, ac tertio eaſdem adcenderent, nihil ab iis id tentantibus effectum eſt, Tyranni inſaniam Seleuco & Stratonica ridentibus, atque majori voluptate exultantibus, quo magis ille exeandeſcebat, atque angebatur. Rem porro omnes, qui frequentes ad id ſpectaculum confluxerant, mirantibus, Praeſes ea nefariae artis praeſtigia eſſe adfirmabat.

Equuleo ſuſpenſi loriſque caeſi, in carcere reducuntur.

Ceterum quum beati Martyres eidem irritos, & inanes conatus conſtanter exprobrarent, Praeſes majori ira commotus, illos rurſus equuleo ſuſpendi imperat, atque taureis recentibus loris vehementiſſime caedi, donec, dehiſcente ubique cute, atque proſeiſſis artubus, deficeret plagis locus. Mox in carcerem reducuntur, ubi inter vincula & compedes arcta in cuſtodia detenti ſunt diebus quinque, mediis Auguſti menſis caloribus, nemine aquae guttam ipſis ſubminiſtrare auſo.

Teterrimum ſupplicium in Martyres excogitatum.

Interea Praeſes convocatis Optimatibus, hujus cauſſae expediendae rationem quaerebat: Ecquid, ajebat, mihi adverſus ſceleſtos iſtos ſtatuendum putatis, quove ſupplicii genere in eos animadvertendum, ut Deos, atque Imperatorem inceſſere deſinant? Vereor nimirum, ne univerſa civitas eorum erroribus inficiatur, ipſorumque veneficiis plerique capiantur. Quod ſi ſemel ab Imperatore reſcitum fuerit, quaſi tentatae defectionis reos, nos quidem morte multabit, urbem vero, & cives veſtros multis adficiet malis. Edicite ergo, quo mortis genere, & quidem acerbiſſimo tollendi ſint, ut Chriſtianorum eorumdem gregalium furorem ſimilis poenae metus cohibeat. Fuerunt qui reos gladio feriendos eſſe edicerent, alii

alii lapidibus eoſdem obruendos, aut pelago ſubmergendos. Quum omnes ſententiam dixiſſent, Praeſes: Atqui, inquit, haec mortis genera cuique patent, obvia enim ſunt; ego vero ignotum, inauditum, idemque acerbiſſimum ſupplicii genus volo. Mox arceſſiri jubet beatorum Martyrum parentes.

Quum itaque Apollonius Stratonicae pater, & una ſimul Seleuci mater adveniſſent, Praeſes rogat, utrum perduelles illi Deorum, atque Principum contemtores ad ipſos adfinitate aliqua pertinerent. Cui illi: Filios, ajunt, noſtros nobis hucuſque dicere licuit; poſthac vero, quoniam Imperatori parere recuſant, eoſdem abdicamus, abnuimus, abjuramus: noſtri non ſunt. Nunc ergo, ſubdit Praeſes, quandoquidem eos veſtros eſſe negatis, edicite, quodnam maxime illos faſtidire ex familiari uſu deprehendiſtis. Quod enim maxime illis moleſtum eſt, id in eorum ſupplicium vertendum erit. Ad haec Apollonius: Filia mea, riſpondit, cadaverum foetorem exhorret adeo, ut ne alterius quidem corporis halitum ferre poſſit. Similia fere narrabat de Seleuco mater: Seleucus, inquit, gnatus meus hoc ipſum ferme faſtidit maxime, ita ut multoties a foro abſtineat, rerum, quae illuc importari ſolent, graveolentiam aegre ferens. Percommode res cadit, inquit Praeſes, hoc ipſo, quod ambo perhorreſcunt, ſupplicio illos ego adgrediar. Decem actutum canes occidite, carnes in maſſam congeſtas Soli ad ſeptem dies exponite, mox horum perduellium manibus poſt tergum religatis, illas ſportis impoſitas eorumdem collo ſuſpendite, ad ferventiſſimi Solis aeſtum, donec ipſorum animae foetore conficiantur; quod ſupplicii genus, Diis fore gratiſſimum ſpero; ipſos enim hoc excogitaſſe tormentum puto, ne videlicet injurias, quibus ab illis adfecti ſunt, inultas relinquerent.

ܘܐܝܬ ܕܐܡܪ ܕܒܟܐ̈ܦܐ ܢܬܪܓܡܘܢ ܐܢܘܢ:
ܘܐܝܬ ܕܐܡܪ: ܕܒܝܡܐ ܢܬܛܒܥܘܢ: ܘܟܕ
ܫܡܥ ܕܝܢܐ ܗܠܝܢ ܕܟܠܢܫ ܡܠܬܗ
ܐܡܪ: ܗܠܝܢ ܘܐܡܪ ܘܠܐ ܐܝܟ ܡܢܗܘܢ
ܐܡ̈ܪ ܡܢܗ ܡܘ̈ܬܐ ܡܥܢܐ ܠܟܠܢܫ
ܡܚܫܘܬܗܘܢ: ܗܠܝܢ ܕܐܡܪܬܘܢ ܐܠܐ
ܐܢܐ ܢܩܡܬܐ ܠܗܘܢ. ܚܕܐ ܕܝܢܐ ܕܢܐܬܘܢ
ܐܒܗ̈ܝܗܘܢ.

ܘܟܕ ܐܬܘ ܐܦܠܘܢܝܘܣ ܐܒܘܗ̇
ܕܣܛܪܛܘܢܝܩܐ ܘܐܡܗ ܕܣܠܝܘܩܘܣ
ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܕܝܢܐ: ܒܢ̈ܝܟܘܢ ܐܢܘܢ ܗܠܝܢ
ܡܪ̈ܘܕܐ ܘܡܒܣܪ̈ܢܐ ܕܐܠܗ̈ܐ ܘܕܡܠ̈ܟܐ:
ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܒܢ̈ܝܢ ܠܘܬܢ ܡܢ ܩܕܝܡ ܗܘܝܢ
ܕܒܢ̈ܝܢ ܐܢܘܢ. ܡܢ ܗܫܐ ܕܝܢ ܕܠܦܘܩܕܢܗ
ܕܡܠܟܐ ܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܡܫܕܝܢܢ ܠܗܘܢ:
ܕܠܐ ܗܘܝܢ ܒܢ̈ܝܢ ܘܠܐ ܚܢܢ ܐܒܗ̈ܝܗܘܢ: ܐܡܪ
ܕܝܢܐ ܠܐܒܗ̈ܝܗܘܢ. ܐܡܪܘ ܠܝ ܕܡܢܐ ܐܝܬ
ܗܘܐ ܕܣܢܐ ܠܗܘܢ ܘܡܢ ܡܢܐ ܕܝܢܝܢ
ܗܘܘ ܕܒܗ ܢܬܢܟܘܢ: ܐܦܠܘܢܝܘܣ ܐܡܪ:
ܒܪܬܝ ܕܝܠܝ ܙܥܘܪܬܐ ܗܘܬ ܡܣܠܝܐ ܡܢ ܡܣܪܚ
ܕܐܝܬ ܒܗ ܣܪܝܘܬܐ: ܐܝܟܢܐ ܕܐܦܠܐ ܗܘܐ
ܕܪܝܚܐ ܕܦܓܪܐ ܕܐܢܫ ܐܚܪܢܐ ܡܣܝܒܪܐ
ܗܘܬ ܗܕܐ: ܘܐܡܗ ܕܣܠܝܘܩܘܣ ܐܡܪܬ:
ܘܐܦ ܣܠܝܘܩܘܣ ܒܪܝ ܡܣܪܚ ܕܣܪܝܐ ܐ̄ܝܟ
ܗܘܐ ܐܝܟܢܐ ܕܙܒ̈ܢܝܢ ܣܓ̈ܝܐܢ ܡܢ ܫܘܩܐ
ܠܥܘܕܪܢܐ ܡܬܟܠܐ ܗܘܐ: ܡܛܠ ܕܠܐ
ܡܣܝܒܪ ܗܘܐ ܗܢܘܢ ܕܪ̈ܝܚܐ ܡܣܪ̈ܚܬܐ
ܕܡܬܝܒܠܢ: ܡܕܝܢ ܫܡܥ ܕܝܢܐ ܗܠܝܢ:
ܚܕܝ ܘܐܡܪ: ܕܒܪܝܚܐ ܕܣܪܝܘܬܐ ܡܬܢܟܝܢ
ܐܢܘܢ ܠܗܘܢ: ܡܬܬܪܥܐ ܚܕ ܕܡܢ ܣܓܝ
ܥܣܪܐ ܟܠܒܝܢ ܗܘܘ ܡܚܣܒ ܚܦܝܛܐ ܐܬܪ
ܫܡܫܐ ܗܘܘ: ܘܫܒܥܐ ܝܘܡܝܢ ܕܒܠܝܚܢ ܡܢ
ܥܘܡܩܐ ܕܚܒ̈ܠܐ ܬܠܝܢ: ܘܡܬܦܬܚܝܢ
ܒܗܘܢ ܘܒܬܪ ܒܫܡܫܐ ܥܬܝܕܐ ܢܘܩܡܝܢ
ܘܡܢ ܒܬܪ ܥܬܝܕܐ ܢܘܩܡܝܢ ܠܗܘܢ
ܗܠܝܢ ܡܣܪܚܬܐ ܠܒܣܪܗܘܢ ܘܒܬܪܗܘܢ
ܒܚܡܬܐ ܕܫܡܫܐ ܬܠܝܢ ܒܣܪܚܘܬܐ
ܫܘܬܦܐ. ܘܢܦ̈ܫܬܗܘܢ ܐܝܟ ܕܢܦܩܢ̈
ܒܣܪܚܐ ܣܓܝܐܐ ܕܒܛܠܠܝܢ
ܢܣܒܘܢ ܒܪܝܚܐ ܕܣܪܝܘܬܐ ܡܚܕܐ ܐܠܐ
ܐܠܗ̈ܐ

Prae-

[illegible]

Praeſidis ſententiam ceteris laudantibus, ſubjecit quidam Cyzicenus: Equidem, optime Praeſes, decreviſti, reos ejuſmodi foetore extorquendos: at non nobis canibus opus eſt. Habemus ſepulcrum extra portam urbis Auſtralem ſecus viam, quo intra biduum quindecim cadavera inlata ſunt, exhalatque longe lateque foetorem teterrimum, adeo ut illac praetereuntes a via divertere coguntur: nec enim ferre poſſent halitum illum peſtilentiſſimum ibidem ſeſe ſurſum glomerantem ad inſtar piceae nubis, ex ardenti camino emiſſae. Si lubet, praecipe, ut illuc mittantur. Confido namque, eos ab illo graviſſimo odore ſtatim exanimatum iri. Cui Praeſes: Bene, ait, ſapienterque mones. Placet eos illo in ſepulcro actutum condi. Miſſi continuo ſatellites locum exploraturi, qui intolerabili foetore propius adcedere prohibiti, poſteaquam locum a longe proſpectaſſent, Praeſidi renunciarunt, rem quidem ita, ut relatum fuerat, ſe habere; locum tamen citra vitae certiſſimum diſcrimen adiri non poſſe, ob peſtiferum foetorem, inde continuo prorumpentem, & ad inſtar atrae nubis gliſcentem. Juſſit itaque Praeſes, quatuor ex foro ſeligi Veſpillones, qui ſpongiis odore perfuſis muniti, adpoſitiſque ad nares ſtrophiolis, beatos Martyres in cryptam inferrent.

Rebus ita conſtitutis, lictoribus omnia ad Praeſidis nutum adparantibus, poſtero die mane Rei e carcere producuntur, non hominibus, ſed cadaveribus ſimiles. Diu namque ex tolerata in ſummis caloribus ſiti, atque ex praeterita fuſtigatione proſciſſa membra, & dehiſcentes in fruſta tabidae carnes totius corporis habitum foedum in modum deturpaverant, adeo ut circumſpectantium turbam, ipſumque Praeſidem ea ſpecies non mediocriter commoveret. Poſtquam vero percrebuit rumor, Chriſtianos Martyres praedicto ſepulcro conditum iri,

iri, univerſa civitas ad ſpectaculum effuſa eſt. Tum Praeſes Dei famulos compellans: En, inquit, periiſtis, miſeri. Inventum eſt tandem, quomodo veſtra iſta pertinacia frangatur; teterrimo enim, & inaudito inter mortales ſupplicio addicti eſtis, quod nec veſtris praeſtigiis deprecari poſſitis, nec ille, in quem credidiſtis, Chriſtus avertere valeat. Verumtamen ſi Jovi Deo Maximo ſacrificaveritis, liberos vos hodie dimittam, & Imperatorem continuo faciam certiorem, vos ejuſdem edictis obtemperaſſe. Eccur jucundam hujus lucis uſuram miſeri refugitis? Cui Stratonica: Ad omnes ſiquidem aerumnas, ait, paratos nos efficiunt Domini noſtri illa oracula:

Matth. 16. 25. *Qui animam ſuam perdit in hoc ſeculo, in vitam aeternam cuſtodit eam*. Et rurſus:

Ibid. 10. 22. *Qui perſeveraverit uſque in finem, ipſe vivet in Regno Caelorum*. Ut video, inquit Praeſes, pertinaciam needum exſuiſtis, nec vobis parcitis, quibus ego parcendum decreveram. Tum Seleucus: Nos ait, nobis parcimus, dum perimus, ne pereamus; ſed in aliam vitam propediem adfuturam adſerti, aeternum vivamus. Subdit Stratonica: Si nos ipſos odiſſemus, tibi utique morem gereremus: quoniam vero nos ipſos amamus, ad Caeleſte Regnum, atque futuram felicitatem nos ipſos ſervamus. Tum Praeſes: Ecquis; ait, poſt noſtrum aliud adfore ſeculum credat? Cui beata Stratonica: Jam dixi tertio, ait, profunda caligine te obcaecatam habere mentem: idcirco nec mirum eſſe, ſi Chriſti veritatem cernere nequeas. Et nunc voluntate tua mari ſimilis factus es, quod navigantibus quidem ingentes parat opes, ſibi vero ſuam dumtaxat ſalſedinem ſervat, & perpetuum aeſtum. Et tu quidem permultos mortales, acerbiſſimis poenis exercitos, ad Caeleſte Regnum provehis. Sed quoniam Imperatoris obſequium ſaluti tuae praevertis, caecus effectus es, ut te ipſum introſpicere

ܠܡܛܐ ܕܬܬܒܢ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ
ܢܦܩܘܢ ܠܗ̇ ; ܕܝܢܐ ܐܡܪ: ܐܘ ܡܪܝܚܘܬܐ:
ܗ̇ܝ ܕܥܡܝܢ ܠܗܘܢ ܕܐܡܪܬ ܐܢܬܝ
ܕܠܡܛܐ ܐܣܝܪܐ ܐܢܬ: ܠܡܕܝܢܬܐ ܐܡܪܬ:
ܗܟܢܐ ܕܝܢ ܘܟܕ ܐܡܪܬ ܠܟ: ܕܬܗܦܟ ܠܡܪ
ܡܕܝܢܝܘܬܐ ܡܫܝܚܐ ܠܟ ܥܒܕܬ ܕܡܫܝܚܐ:
ܗܘܐ ܚܣܝܪ ܐܢܬ ܕܡܣܝܪܝܢ ܕܡܫܝܚܘܬܐ
ܡܕܪܟܝܢ ܒܥܒܕܘܗܝ ܢܛܪܝܢ ܡܠܟܐ. ܘܗܘ
ܡܐ ܕܐܬܐ ܕܢܬܦܪܥ ܡܢܟܘܢ. ܟܕ ܐܢܬ
ܕܡܬܦܪܥܝܢ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܡܪܕܘܬ ܐܢܬ
ܠܡܫܝܚܐ ܗܘ ܐܢܬܝ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ:
ܘܐܢܬ ܡܛܠ ܕܐܫܬܪܝ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ
ܡܕܝܢ ܠܟܘܢ ܠܐ ܢܦܠ ܐܢܬ: ܫܪܝܬ
ܕܠܐ ܗܘܝܬ ܕܫܡܝܐ ܘܐܬܪܥܝܬ
ܕܫܪܐ ܕܡܬܦܪܥ: ܡܢ ܦܘܠܚܢ ܐܢܬ
ܡܬܬܒܪ ܗܘܝܬ ܐܘܠܨܢܐ ܡܢ ܡܢ
ܘܠܐ ܕܦܪܥܬ ܐܢܬ ܠܝ ܠܐ ܐܦ ܚܕܐ: ܠܐ
ܐܬܚܝܒܬ ܕܫܘܝܐ ܥܕܡܐ ܠܒܬܪ
ܘܕܡܠܟܐ ܕܝܠܟ : ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܡܪ
ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ ܕܢܦܪܘܥ : ܕܝܘܡܢܐ ܕܢܐܬܐ
ܡܬܬܦܪܥܐ ܟܕ ܠܟܘܢ ܐܝܟ ܕܦܪܥܬܘܢ :
ܕܝܢܐ ܐܡܪ : ܗܕܐ ܡܬܦܪܥܐ ܐܘܠܨܢܐ
ܡܪܝܪܐ ܡܢܗܘܢ ܚܠܝܢ : ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܝܢ
ܐܡܪܬ ܠܐ ܕܡܐ ܕܝܗܒܬ ܠܝ ܐܘܠܨܢܐ ܡܣܬܝܒܪܐ
ܐܝܬ ܠܝ ܚܠܦܝܢ ܘܐܝܟ ܕܡܗܝܡܢܘܬܐ ܒܡܫܝܚܐ
ܡܬܡܢܐ ܐܦ ܒܠܚܘܕܝܬ ܒܚܝܐ ܐܝܬ
ܘܡܠܟܐ : ܕܝܢܐ ܐܡܪ : ܗܠܝܢ ܐܘܠܨܢܐ
ܡܬܡܢܐ ܕܐܬܦܪܥܬܘܢ ܠܗ ܡܬܒܥܐ ܐܢܬ
ܠܡܣܒܠ ܗܘܐ ܕܡܫܝܚܐ ܦܪܘܩܐ ܠܥܘܠܝܢ :
ܕܒܗܘ ܕܢܚܐ ܕܡܫܘܚܬܐ ܕܒܢܝܢ ܗܘܝܢ
ܡܢܗ ܒܗ ܒܗܘ ܡܫܝܚܐ ܐܢܐ ܠܟܘܢ :
ܠܡܛܐ ܬܗܘܢ ܠܕܝܢܐ ܐܡܪܘ : ܕܒܗ
ܐܠܗܐ ܕܗܝܡܢܢ ܒܗ ܕܐܬܒܘܬܢܢ
ܒܝܬܝܐ ܡܬܡܢܬܐ: ܐܦ ܠܗܕܐ ܕܐܡܪ
ܐܢܬ ܗܘܝܘ ܡܦܬܠ ܠܗ ܡܢܗܘܢ ܒܢ ܣܥܪ
ܕܒܥܐ ܠܟܠܗܘܢ ܥܣܩܝܢ ܕܚܘܫܒܐ: ܐܢܬ
ܠܝܪ ܡܬܦܪܥ ܐܢܬ ܒܐܝܬܝܗ ܕܡܫܝܚ.
ܘܡܫܝܚܐ ܒܚܣܡܐ ܡܦܬܠ ܠܗܘܢ: ܕܝܢܐ
ܐܡܪ: ܐܢܐ ܐܦܣܦܣ ܢܟܣܬ ܚܠܝܢ
ܕܝܪܬܐ ܕܩܠܝܦܐ ܕܡܫܝܚܝܢ ܐܝܟ
ܡܪܕܘܬܟܘܢ :

cere nequeas. Enimvero ſi in Chriſtum crederes, & futurae vitae delicias praeguſtares, nemo profecto te paratior foret ad toleranda graviora etiam ſupplicia iis, quae nobis pro noſtra ſalute intuliſti. Verumtamen atra tibi, tuoque Imperatori nox dudum offuſa eſt. Quamobrem veſtrae ignari ſortis, Chriſtum in Servis ſuis perſequimini. Ceterum quum ille venerit, poenas veſtris pares ſceleribus rependet. Heic dicentem interpellans Praeſes: Non ego, inquit, ſed veſtra vobis, quas hactenus tuliſtis, poenas intulit pertinacia. Cui Stratonica: Perge porro, ait, acerbiſſimos quoſque cruciatus cogitato, expedito, inſtruito. Equidem confido, fore ut, ſicut ex priori conflictu victus confuſuſque diſceſſiſti, ſic etiam ex reliquis parem ignominiam tu, tuuſque Imperator in poſterum referatis. Tum Praeſes: Atqui, ait, quas hactenus exſolviſtis, poenae ſi cum ea, quam mox dabitis, conferantur, leves, & nullae ſunt: cum foetore, ſcilicet, peſtilentiſſimo, quod poenae genus maxime horretis, vobis modo confligandum eſſe cogitate. Deus, reſponderunt ambo, in quem credidimus, quique veſtras hactenus machinationes infregit, hanc quoque procul dubio profligabit, noſque adverſus nequitiam veſtram invictos praeſtabit. Tu ſiquidem impia moliris, ſed Chriſtus miſertus noſtri tua conſilia praevertet. Tum Praeſes: Lata jam a me ſententia eſt, ut quod veſtra pertinacia commeruiſtis, inter putrida cadavera relegemini. Placet experiri, num forte Chriſtus, cui confiditis, vos inde ſit erepturus. Cui Stratonica: Nos ſane minime dubitamus, quin ille, qui nobis hactenus adfuit, ſit etiam in poſterum adfuturus. Imo confidimus, fore ut foetorem illum teterrimum, quem modo minabaris, in ſuaviſſimum odorem idem Jeſus Chriſtus commutet; adeo ut factum multi obſtupeſcant, Dei-

que noſtri virtus innoteſcat ita magis, & magis eam homines admirentur: vos autem contra ſcelerati conſilii dedecus, & ignominiam referatis. Sepulcrum vero, cui nos addixiſti, in ſplendidum nobis thalamum, ut modo ajebam, verſum iri ſperamus: cujus rei plurimi ſpectatores, ac teſtes aderunt; aque inde fiet, ut per omnium hominum ora Dei noſtri laudes circumferantur, tua vero, tuique iniquiſſimi Imperatoris ſtultitia cunctis mortalibus pateſiat.

In Sepulcrum foetidiſſimum conjiciuntur.

Heic porro fervens ira Praeſes: Teſtes, ait, adpello Magnos Deos, me ſtatim exſequuturum quae vobis hactenus ſum comminatus: lubet enim vero ex eventu diſcere, uter noſtrum vera praecinerit. Tum ad lictores converſus, jubet e foro veſpillones quatuor confeſtim arceſſiri, mox ſpongias ſuaveolentibus ſpeciebus medicatas, calamumque acutiſſimi odoris adferri. Hiſce odoramentis communiti Veſpillones, rem ea, qua juſſi fuerant, celeritate confecerunt; atque per hunc modum Seleucus, & Stratonica in illam cryptam conjecti ſunt. Continuo Praeſes oſtium ſigillo Imperatoris obſignat, veritus, ne quis ſpe quaeſtus illectus, eos inde extraheret.

Ceterum dum beati Martyres ad novum inauditumque carcerem trahuntur, urbs univerſa, nobiles viri, feminaeque, ſervorum, & ex infima plebe egentium turmae illis occurrerunt, ipſorum ſupplicium, quaſi publicam calamitatem, complorantes. Chriſtus, ajebant, in quem credidiſtis, ipſe ſua illa virtute, qua cetera pro veſtra ſalute dudum praeſtitit miracula, nunc quoque ab atrociſſima hac poena ſalvos, & incolumes vos nobis reſtituat. Aderat inter alios Apollonius, qui filiam propius ſubſequutus: Quaeſo te, ajebat, Gnata, tui miſerere; ſic non piget te mori hoc praeſertim acerbiſſimo, atque teterrimo ſupplicio? Cui Stratonica: Uti-

[illegible]

Utinam, pater, reſpondit, te tui aliquando miſereat, exitiumque, in quod imprudens ruis, ſanioribus conſiliis praevertere ſtudeas! At ille avulſos crines filiae oſtentans, coramque projiciens, illud identidem ingeminabat: Oro te, Gnata, ne horribili hac morte perire velis. Cui illa: Jam te, ait, non eſſe meum dixi, teque, tuumque genus abdicavi, ſicut me meus Dominus admonuit illis verbis: *Qui non abnegat patrem ſuum, & matrem ſuam, & omnia, quae poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Ceterum quanto acrius patris dolorem gliſcere intelligebat, tanto plenius mens ejus Chriſti amore inflammabatur. *Luc. 14. 26.*

Ubi vero adparuit ſepulcri locus, ingens undique, & miſerabilis promiſcui vulgi ejulatus conſequutus eſt, omnibus acerbiſſimo caſui ubertim inlacrymantibus. Non pauci etiam Chriſti ſervos adſequuti, extremum ipſis vale dicebant, atque bene precabantur: Chriſtum, ajebant, in quem credidiſtis, vobis propitium adeſſe, oramus. At vero multitudine ultra procedere non auſa, SS. Martyres inde paullulum progreſſi, ad oſtium monimenti conſtiterunt. Heic porro elevatis in Caelum oculis, hunc in modum orabant: Domine Deus, Pater Domini Noſtri Jeſu Chriſti, qui a te miſſus ad nos venit, anticipent nos, quaeſumus, miſericordiae tuae, & oſtende virtutem clementiae tuae in ſervos tuos, ut ſciant omnes, qui te non noverunt, quia tu es Deus verus. Poſtquam vero ambo has, & ejuſmodi preces cum lacrymis fudiſſent, utrumque rapuere trepidi, feſtinanteſque Veſpillones, & in ſepulcrum projecere: continuo oſtium, juxta Praeſidis mandatum, publico ſigillo obſignarunt. Hic illius quaeſtionis finis fuit, & populus ratus eos intolerabili foetore ſtatim oppreſſos interiiſſe, velut exſtinctos acerba comploratione proſequutus, mox in urbem revertit.

 Inte-

Sepulcri foetor in ſuaviſſimum fragrantemque odorẽ divinitus cõmutatus.

Interea Caelum aperiri viſum eſt, flammamque in ſpeciem columnae ſepulcro inſidere, ſplendidam inſuper nubem omnem circa locum contegere. Exinde foetor in ſuaviſſimam fragrantiam repente eſt commutatus, & ad inſtar nebulae coepit uſquequaque diffundi, ita ut ex eo tumulo emiſſus odor univerſam urbem pervaderet, & ultra etiam progrederetur, cunctis miraculum teſtantibus, & conlaudantibus Deum. Ea novitate exciti, ad ſepulcrum concurrere, manifeſtam Dei virtutem praedicantes vicini incolae, adeo ut illi, quos ejus loci teterrimus odor procul abigere ſolebat, nunc turmatim adfluerent, ſeque invicem protruderent, diffuſam tumulo fragrantiam totis naribus excepturi. Lux, nimirum, erat jucundiſſima, quae Caeleſti quadam voluptate omnes recreabat.

Quo adflati Aegroti quotquot extẽplo convaleſcũt.

Qua occaſione aegroti quotquot illuc venere, & admirabili illo odore adflati ſunt, extemplo convaluerunt, & qui viderunt teſtimonium perhibuere, & verum eſt teſtimonium illorum. Ita ſepulcrum putridis cadaveribus fartum in ſplendentiſſimum thalamum verſum eſt: quibus vero ad ejus oſtium propius adcedere licuit, audiebant hymnorum concentum, veluti chorum pſallentium: & qui iſta audierunt iidem teſtati ſunt, & crediderunt, & verum eſt teſtimonium illorum.

Ad ſeptẽ dies eo in loco detenti.

In hoc loco beati Martyres ad ſeptem dies ſumma cum animi voluptate, velut inter amoeniſſimi horti delicias, permanſerunt. Quae quum a Magiſtratibus, & militibus Praeſidi renunciata fuiſſent, expavit, & vehementer obſtupefactus: Jam, inquit, hoſtes abjicio, arma jam mihi nulla relicta ſunt, quibus ſceleſtos iſtos oppugnem.

Inde incolumes extracti, non paucos ad veri Numinis cultum revocant.

Exacta in eum, quem dixi, modum hebdomada, Praeſes, ut illinc rei extraherentur, imperavit. Quod quum per urbem divulgatum fuiſſet, rurſus ad locum ſupplicii ſumma cum exſpectatione concurritur, adeo ut lictores gladios exſe-

[Syriac text illegible]

exſerere coacti fuerint, & ferro viam ſibi inter confertiſſimam turbam aperire. Sic ad oſtium ſepulcri pervenere, ubi publicum ſigillum integrum reperiunt, quo reſignato, ſatellitum quiſque oſtium primus occupare, atque alios praevertere contendebat. Ut vero e ſepulcro extracti ſancti Martyres, in conſpectum multitudinis prodierunt, omnes quorquot ad ſpectaculum adfluxerant, conglobati, conſtipatique circa eos cojere. Heic vero, quoniam nullum ſalutis detrimentum ex peſtifero carcere illos accepiſſe cernebant, imo vero quodammodo Angelis ſimiles eſſe factos, divina quadam luce toto corporis habitu vultuque promicante, plerique ſublato clamore, magnum eſſe Chriſtianorum Deum teſtati ſunt. Non pauci ea occaſione Fidem Chriſti ſuſceperunt. Poſtquam vero Chriſti Martyres ex eo loco paullulum ceſſere, ſimul etiam clariſſima illa nubes, quae locum hactenus operuerat, diſparuit. Populus autem eos in medium receptos, velut ſolemni pompa in urbem honorifice deduxit, ubi rurſus ad eos ingens hominum turba occurrit.

Ignis ſupplicio damnatur.

Poſtera die convocatis urbis Magiſtratibus, Praeſes hanc ad eos concionem habuit: Equidem non diffiteor, admiranda eſſe, atque praeter vim, ordinemque naturae, quae modo fieri videmus. At ideone reos iſtos abſolvendos eſſe dicemus, quos omnis generis ſuppliciis mactandos edicto cavit Imperator? Huic autem ſcribere, & viſa circa illos prodigia exponere res eſt profecto anceps, & periculi plena. Quid quod ſi Chriſtianos ejuſmodi vivere, & in urbe verſari ſinamus, verendum eſt, ne populum in factiones ſcindant, & publicam pacem perturbent; neque ad Imperatorem delata, alienum crimen ipſi capite noſtro luamus. Placet ergo, reos flammis adjudicare: quod certe genus mortis evadere neutiquam poterunt, nec ſi

ſi ipſorum Deus in id totus incumbat. Praeſidis oratio omnium adprobatione excepta eſt, reoſque ex praeſcripto legum puniendos eſſe dixerunt. Pyras itaque ternas exſtrui jubet Praeſes, & in poſterum diem, igne ſubjecto, inflammari, reoſque vinctos ardentibus rogis injici. Ita quippe, ajebat, & ipſi momento in cineres abibunt, & nos iſtiuſmodi cura liberabunt. Explorare jubet, num Chriſtus ſuos e flammis eripere valeat; quod tamen ab illo praeſtitum iri iſti credunt. Continuo ingentem lignorum ſtruem extra urbis muros comportari imperat, exeitarique pyras tres, quarum ſummitas urbis moenia prope aequabat; mox Chriſti Martyres ad ſupplicium duci. Quos ubi Praeſes inſolito gaudio exultantes vidit, etſi eorum conſtantiam ſummopere miraretur, eam tamen uſque tentare non ceſſabat. Quamobrem item ait: Reliqua tormenta veſtris incantationibus eluſiſtis, nunc vero putatiſne vos ignem evaſuros, aut a Chriſto, cui confiditis, eſſe liberandos? Quin ergo, oblata Jovi Maximo Deo victima, hujuſmodi ſupplicium deprecamini? Cui ſancti Martyres: Miramur ſane, ajunt, te habere frontem, nec tamen ex factis, dictiſve ejuſmodi aliquo pudore ſuffundi. Vere mutum quoddam animal, rationiſque expers eſſe argueris, quandoquidem iſta, quae in oculis tuis geruntur, minime ſentis. Quibus irritatus Praeſes: Per Deos, inquit, omnes juro, flammis vos hodie abſumtum iri. Cui Stratonica: Chriſti, ait, in quem credidimus, auxilio freti, confidimus, fore ut, quemadmodum ex omnibus tormentis, quibus hactenus a te exerciti ſumus, ille nos liberavit, teque, tibique impietate parem Dominum tuum confudit; ita etiam inter ignes, quorum vim tantopere extollis, incolumes ſervet: ſicut olim Hananiam, & Socios Babylone flammis addictos ſervavit, ipſorum delato-

ܒܠܗ ܒܢܘܪܐ : ܡܫܝܚܐ ܗܘܝܘ ܕܢܛܪܢ
ܡܫܝܢܘܢ ܐܢܬܘܢ : ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ
ܡܦܩ ܠܢ ܡܢ ܢܘܪܐ ܕܡܩܕܐ ܐܢܬ ܒܗܿ
ܦܓܪܝܢ : ܡܛܠ ܕܐܢܢ ܬܟܝܠܝܢ ܥܠ ܝܫܘܥ
ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܒܪܐ ܩܕܝ̈ ܕܐܒܐ ܩܕܝ̈ .

ܘܦܩܕ ܕܝܢܐ ܡܚܕܐ ܕܢܬܕܒܪܘܢ
ܠܢܘܪܐ ܠܡܩܕܘܢ : ܡܚܕ ܠܥܒܕܝ̈ ܠܗܘܢ
ܣܦܘܩܠܛܪ̈ܐ ܘܐܚܕܘ : ܠܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܐܝܟܢܐ
ܒܬܘܪܬܐ ܕܫܡܥܘܢ ܢܦܩ ܗܘܐ : ܘܥܡ
ܣܓܝ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܐܬܕܝܢܘ ܒܗ ܥܡܐ ܘܕܝܢܐ
ܒܟܪܝܘܬܐ ܪܒܬܐ ܘܟܕ ܡܛܘ ܠܐܬܪܐ ܥܕܝܠܐ :
ܐܦܝܐ ܕܩܝ̈ܣܐ ܠܥܡܐ ܘܕܝܢܐ
ܘܐܡܪܘ : ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܝܗܒ ܢܦܫܗ
ܠܡܘܬܐ ܕܨܠܝܒܐ ܡܛܠ ܦܘܪܩܢܗܘܢ
ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ ܘܡܫܡܥܬ ܐܦ ܡܢܬܐ ܒܢܝܢܐ
ܕܡܠܟܐ . ܐܝܟ ܕܡܬܕܟܪ ܠܚܫܘܬܟ ܕܡܘܬܐ
ܥܡܟ ܩܕ̈ ܕܡܪܘܚܬܐ : ܘܒܛܠܢ
ܕܠܫܡܟ ܚܝ̈ ܒܗ ܢܣܒܝ ܕܒܝܬܐ
ܠܥܒܕܝ̈ ܡܢ ܢܘܪܗܘܢ ܕܪ̈ܕܘܦܐ .
ܢܬܚܙܐ ܝܘܡܢܐ ܚܝܠܐ ܕܐܠܗܘܬܟ ܡܢ
ܫܡܝܐ ܠܡܬܒܥܘ ܒܝܫܘܬܗܘܢ
ܕܪ̈ܫܝܥܐ .

ܘܟܕ ܕܝܢܐ ܕܝܢܐ ܒܗ ܡܬܥܒܕ
ܕܗܘܐ : ܘܐܬܬܠܝ ܣܦܘܩܠܛܪ̈ܐ ܘܐܣܪܘ
ܐܝܟ ܕܥܒܕܐ ܘܩܡܘ ܐܝܟ ܚܢܢܝܐ
ܘܠܩܝ ܠܥܘܕܬܐ ܕܩܝ̈ܣܐ ܕܡܫܒܢܐ : ܐܝܟ
ܕܦܩܕ ܕܝܢܐ : ܘܟܕ ܪܡܝ ܣܦܘܩܠܛܪ̈ܐ
ܕܢܘܩܕܘܢ ܢܘܪܐ ܒܩܝ̈ܣܐ ܐܬܬܙܝܥ
ܫܡܝܐ ܘܐܬܐ ܙܘܥܐ ܪܒܐ . ܘܢܚܬܬ
ܢܘܪܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܐܝܟ ܒܪܩܐ ܚܪܝܦܐ
ܘܢܦܠܬ ܥܠ ܩܝ̈ܣܐ ܐܝܟ ܡܛܪܐ ܚܪܝܦܐ :
ܘܐܟܠܬ ܢܘܪܐ ܘܢܦܠܬ ܥܠ ܣܦܘܩܠܛܪ̈ܐ
ܘܥܠ ܟܠ ܕܐܬܟܢܫܘ ܬܡܢ . ܘܐܚܪ̈ܢܐ
ܗܘܘ ܡܢ ܪܘܚܩܐ ܘܚܙܝܢ ܠܫܠܗܒܝܬܐ
ܕܢܘܪܐ ܕܡܬܟܪܟܐ ܠܥܠ ܡܢ
ܪ̈ܫܝܗܘܢ ܕܣܗ̈ܕܐ ܐܝܟ ܬܠܠ̈ܐ ܕܝܡܐ
ܘܐܡܠܝܢ ܗܘܘ ܠܦܬܟܐ ܘܩܝܡܝܢ ܒܓܘܗ
ܕܥܠܘܗܝ̈ ܐܝܟ ܢܘܢܐ ܒܓܘ ܡܝܐ ܥܩܒܐ
ܒܗ ܢܘܢܝ̈ ܘܚܕܝܢ . ܘܣܗ̈ܕܐ ܡܢ
ܐܝܟ̈ܢܘܢ : ܘܡܬܚܦܝܢ ܗܘܘ ܠܠܗܒܐ
ܒܓܘܗ̇

latoribus eodem igne conflagrantibus. Ille, inquam, nos inter ardentiſſimos rogos, quibus nos cremarum iri putatis, intactos, integroſque tuebitur: adeo Jeſu Chriſto confidimus, qui eſt Sanctus Sancti Parentis Filius.

Tum Praeſes Reos ſine mora ad rogum abripi jubet. Extemplo lictores Dei famulis injecere manus, ad locum ſupplicii eoſdem deducturi. Abeuntes frequens ex urbe populus cum magna doloris ſignificatione conſequutus eſt. Ubi vero ad ſupplicii locum ventum eſt, congeſtamque lignorum ſtruem, & Praeſidem ſolicire ſupplicium urgentem, populumque obmurmurantem conſpexerunt, ſublatis in Caelum oculis, ſic Deum precabantur: Domine Jeſu Chriſte, qui pro hominum ſalure Crucis ſupplicium ſubire voluiſti, lugente ad conſpectum acerbiſſimae necis tuae Narura, tuum, oramus, Nomen, ſecundum morem bonitatis tuae, in ſervis ruis manifeſta, ut omnes celebrent potenriam tuam, videntes famulos tuos flammis perſequutorum mirabilirer ereptos. Adpareat, quaeſo, hodie virtus Divinitaris tuae de Caelo ad vindicandam impiorum nequitiam.

Inſtabat interea Praeſes operi, & lictores poſteaquam Beatos Chriſti Martyres, vinculis onuſtos, in praeparatas lignorum ſtrues conjecere, materiaeque ignem ſubjicere parabant, quum repente fulgere Caelum, & terra vehementi concuſſione ſubſilire coepit: mox igneus imber, rapidi fulguris ad inſtar, in ſubjectas pyras irruere, iiſque momento temporis hauſtis, inſtantes operi lictores, & circumfuſam turbam dicto citius abſumſit. Ceteri, qui procul ab eo incendio aderant, videbant innocuas flammas ſupra Martyrum capita & circum latera conſtipari, atque aeſtuantis adinſtar Pelagi ſe invicem conlidere, Martyres vero ea, qua piſces in aquis ludunt, libertate inter ardentes ro-

Igneus imber ſubjectas pyras, Lictores, & circumfuſā turbam abſumit.

rogos exultare, ignis vi diffractis, atque diſilientibus vinculis. Enim vero Seleucus, & Stratonica tanto Dei beneficio ab interitu erepti, liberatori ſuo hymnos cum laetitia canebant. *Diligite*, ajebant, *Dominum Sancti ejus, quia fideles cuſtodit Dominus*. Conglomerabatur interim flamma, adſurgebatque ſupra Martyrum capita, indeque in tholi ſpeciem ſeſe explicans, thalamum ipſis efformaſſe videbatur. Continuo adparuere duo Seraphim ſub ignea ſpecie, qui flammeas ſtolas ſuper eos protenderunt. Spectabantur iſta ab ingenti hominum frequentia, qui urbis muris inſederant, commotique prodigio inclamabant: Magnus eſt Deus Chriſtianorum. Complures etiam ea miracula contuentes, Chriſti fidem amplexi ſunt. Ab hora quippe tertia uſque ad nonam univerſae civitati oſtentum illud conſpicuum fuit. Poſt nonam videri deſiit, remanentibus in eodem loco Martyribus vultu ſolis adinſtar coruſcante, lumine ad modum procellae ſuperfuſo conluſtratis.

Deum cõlaudant.

Pſal: 30. 24.

Seraphim duo flammeas ſtolas ſuper Martyres protendunt.

Complures ea miraculis contuëtes, Chriſti fidem amplectuntur.

Quae quum a militibus, & circumſtanti multitudine Praeſidi nunciata fuiſſent, haeſit ille vehementi ſtupore defixus, dubiuſque quid ſtatuendum in ea cauſſa foret, ad Imperatorem omnia, quae vel ipſe viderat, vel ab aliis acceperat, in hoc negocio geſta retulit. Reſcripſit ille, Reos eſſe gladio feriendos.

De his certior factus Imperator Martyres gladio eſſe feriendos reſcribit.

Latam itaque ab Imperatore adverſus inclytos Chriſti Martyres ſententiam ocius exſequuturus Praeſes, jubet Reos extra urbem deportari ad Collem, unde in ſubjectum mare facilis, & jucundus proſpectus. Ejus rei nuncio, univerſa civitas commota eſt. Inde ingens hominum concurſus ad Martyres eſt factus, per crebros ſingultus injuſtiſſimam ipſorum necem complorantium, eiſque extremum vale dicentium; adeo ut conſtipata, ſeque mutuo

[illegible]

tuo comprimente multitudine excitatus pulvis, & in nubem glomeratus, diem prope eriperet. Quod animadvertens Praeſes, non mediocriter offenſus eſt, edixitque, ut ſi quis eum Reis conloqui deprehenſus fuiſſet, eadem cum ipſis poena plecteretur. Id quod populo moleſtiſſimum adcidit.

Aderat inter alios Theoctiſta ſpectatiſſima femina, poſterorumque memoria digniſſima, quae viſis plurimis, quae circa Beatos Martyres contigerant, miraculis, in Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum crediderat: eadem Praeſidi adfinis erat, magnaque proinde apud eum authoritate pollebat; rogavit itaque, ut illud edictum in gratiam populi abrogaretur, ejuſque precibus adnuente Praeſide, infinita hominum turba poſt Sanctos Chriſti Martyres circumfuſa eſt, eoſdem extremum adloqui & conſalutare geſtientium; adeo ut omnia circum late loca confuſo illo clamore perſonarent, dum univerſi protendentes ſupplices manus Chriſti ſervos compellant: Vos, inclamant, vos etiam atque etiam obteſtamur, ut nobis Deum, in quem credidiſtis, propitium efficiatis, donec ab errore, quo ſumus impliciti, tandem dignetur eripere: Chriſtus tribuat nobis veſtram in futuro ſeculo gloriam intueri, idemque pro moleſtiis, atque aerumnis, quas heic perpeſſi eſtis, Caeleſti vos Regno muneretur. His, atque ejuſmodi aliis dictis, poſtremum illis vale dicebant, velut hominibus, qui ad ſuos remota in regione poſitos prope eſſent profecturi. Vix autem inſtante Praeſide, non ſine multo labore congreſſus ille dirimi potuit, loco, in quo utrique conſtiterant, diffluentibus ubertim lacrymis madefacto. Martyres inter lictorum manus incredibili gaudio tripudiabant, Praeſide eorumdem alacritatem, & conſtantiam demirante, quaſi vero non ad ſupplicium, ſed ad ſolemne convivium properarent; quum

Theoctiſta Praeſidis adfinis ad Chriſtianam fidem convertitur.

SS. MM. precibus populus ſe commēdat.

P prae-

praeſertim cogitarent, horam adeſſe, in qua coronam erant accepturi, hujus ſeculi periculis feliciter defuncti, quod profecto pelagus eſt, turbinibus procelliſque uſquequaque infeſtiſſimum.

Quum autem capitalem in eos ſententiam dixiſſet Praeſes ab Imperatore fuiſſe latam, Stratonica protinus ſubjecit: Rem nobis, Praeſes, gratiſſimam effeceris, ſi Imperatoris mandatum ſine mora exſequaris. Quaſcumque enim hactenus exegimus poenas, eas aequiſſimo animo toleravimus, in ſpem coronae, quam hodierna die conſequuturos nos eſſe confidimus, quo noſtri memoria per univerſum terrarum orbem inſtaurabitur. Ita demum poſteris certamen noſtrum oſtentis clariſſimum relinquemus, cupientibus illud imitari. Tum Praeſes: Quandoquidem, ait, ab Imperatore capite condemnati eſtis, vos modo abſolvere non eſt noſtri arbitrii. Cui beati Martyres: Corpora, inquiunt, quibuſvis malis jam pridem pro Chriſto obtulimus, vitam in altero ſeculo repoſitam praeſtolantes, cujus amore praeſentis vitae commoda abjecimus, ut beatam illius perpetuae lucis uſuram promereremur. Corpus itaque dumtaxat tuae eſt obnoxium poteſtati: animum uni Chriſto ſubjectum, commendatumque habemus. Equidem, excepit Praeſes, multa adverſus vos ſupplicia paraveram, ſed quoniam inſtat Imperatoris mandatum, hodie vos perimam: nec enim fas eſt vivere impios homines, qui, ejuratis magnis Diis, juraſtis in hominem a Judaeis Hieroſolymae teterrimo Crucis ſupplicio ſublatum. Cui Stratonica: Niſi, inquit, Diabolus aures tibi dudum obſtruxiſſet, mentemque obcaecaſſet, te utique docerem, quomodo ille ad nos venerit, & quas ob cauſſas deſcenderit, aſſumtoque humano corpore pro hominum ſalute, Crucis poenam, mortemque pertulerit. Tu vero indignus es, qui occultum illius adven-

Chriſtus pro hominũ ſalute Crucis poenã, & mortem ſuſtulit.

ܕܝܕܥܘ ܕܡܛܬ ܫܥܬܐ ܕܒܗ ܟܠܝܠܗܘܢ
ܕܢܣܒܘܢ ܡܢ ܬܪܥܐ ܕܥܠܡܐ ܕܐܬܐ ܥܡܗ
ܥܒܪܝܢ ܗܘܘ ܝܡܐ ܗܢܐ ܕܥ̈ܠܥܠܐ
ܥ̈ܙܝܙܐ .
ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܕܝܢܐ : ܐܢܐ ܦܘܩܕܢܐ
ܡܢ ܡܠܟܐ ܩܒܠܬ : ܕܒܣܝܦܐ
ܢܬܦܣܩ ܪܫܟܘܢ : ܐܣܛܪܛܘܢܝܩܐ
ܠܕܝܢܐ ܐܡܪܐ : ܐܦ ܕܝܠܢ ܗܘܐ ܛܝܒܘ
ܕܬܥܒܕ ܦܘܩܕܢܗ ܕܡܠܟܐ ܕܠܐ ܫܘܚܠ
ܟܡܐ : ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܡܫܢܩܢܘܬܐ
ܕܩܒܠܢ ܗܘܘ ܐܠܝܨܘܬܐ ܕܐܬܝܬ ܒܠܒܐ
ܚܠܝܡܐ ܕܩܒܠܢ ܒܣܒܪܐ ܟܠܝܠܐ :
ܕܗܘ ܡܬܝܗܒ ܕܝܘܡܢܐ ܒܐܪ̈ܒܥ
ܦܢܝܬܗ ܕܥܠܡܐ : ܕܢܬܚܕܬ ܐܦܝܢ
ܕܬܗܘܐ ܠܕܪ̈ܐ ܕܒܬܪܢ ܗܘ :
ܐܡܪ ܕܝܢܐ : ܡܛܠ ܕܦܘܩܕܢܗ ܕܡܠܟܐ
ܡܢ ܡܠܟܐ ܕܒܣܝܦܐ ܬܬܦܣܩܘܢ . ܠܐ
ܡܨܝܐ ܐܢܐ ܕܐܫܒܘܩܟܘܢ ܚ̈ܝܐ :
ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܠܕܝܢܐ ܐܡܪܘ : ܦܓܪ̈ܝܢ
ܒܟܠܗ ܕܡܫܝܚܐ ܡܫܠܡܝܢ ܦܓܪ̈ܝܢ
ܠܟܠ ܐܘܠܨܢܝܢ ܡܫܠܡܝܢ ܕܢܬܒܥܝܢ :
ܚܝܝ ܕܡܬܛܝܒܝܢ ܒܥܠܡܐ ܕܥܬܝܕ
ܢܛܪܝܢ ܚܫܒܝܢ : ܕܠܗܘܢ ܚ̈ܝܐ ܕܗܢܐ
ܥܠܡܐ ܕܡܣܒܪܐ ܢܛܪܬ : ܐܠܐ
ܠܟܦܪܐ ܗܘ ܕܠܐ ܥܒܪ ܐܝܬ ܠܟ
ܫܘܠܛܢܐ : ܢܦܫܢ ܕܝܢ ܡܫܥܒܕܝܢ
ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ ܡܫܝܚܐ : ܕܝܢܐ ܐܡܪ : ܥܣܩܬܐ
ܣܓܝ̈ܐܬܐ ܡܛܝܒ ܗܘܝܬ ܕܐܬܠ
ܠܟܘܢ : ܘܡܛܠ ܕܦܘܩܕܢܗ ܕܡܠܟܐ
ܠܡܩܛܠܟܘܢ ܩܪܝܒ ܝܘܡܢܐ ܐܩܛܠ ܐܢܐ ܠܟܘܢ :
ܠܐ ܓܝܪ ܙܕܩ ܕܢܚܘܢ ܥܘ̈ܠܐ : ܐܢܫ̈ܐ
ܕܟܦܪܘ ܒܐܠܗ̈ܐ ܪ̈ܘܪܒܐ :
ܘܝܡܝܬܘܢ ܒܓܒܪܐ ܕܝܗ̈ܘܕܝܐ ܙܩܦܘܗܝ
ܒܐܘܪܫܠܡ : ܐܣܛܪܛܘܢܝܩܐ ܕܝܢ ܠܕܝܢܐ
ܐܡܪܐ : ܐܠܘܠܐ ܕܣܛܢܐ ܡܣܟܪ ܗܘܐ
ܠܐܕܢܝܟ ܘܡܥܘܪ ܗܘܐ ܡܢ ܗܘܢܟ :
ܐܡܪܐ ܗܘܝܬ ܠܟ ܕܐܝܟܢܐ ܐܬܐ ܠܘܬܢ ܘܡܛܠܬܗ
ܘܡܛܠ ܡܢܐ ܢܚܬ ܘܠܒܫ ܦܓܪܐ ܘܐܬܚܙܝ
ܘܩܒܠ ܙܩܝܦܐ ܕܡܘܬܐ ܡܛܠ ܦܘܪܩܢܐ
ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ : ܐܢܬ ܕܝܢ ܠܐ ܫܘܐ ܐܢܬ ܕܬܫܡܥ
ܐܪܙܐ

ܐܦܢ ܪܐܙܐ ܕܡܫܝܚܘܬܗ : ܘܡܛܠ ܕܗܘ
ܡܪܢ ܐܡܪ : ܕܠܐ ܬܬܠܘܢ ܩܘܕܫܐ ܠܟܠܒܐ
ܘܠܐ ܬܪܡܘܢ ܡܪܓܢܝܬܐ ܩܕܡ ܚܙܝܪܐ :
ܦܪܦܐ ܐܡܪ : ܘܠܟܠܒܐ ܘܠܚܙܝܪܐ ܦܚܡܬܝܢ
ܐܘ ܚܪܫܬܐ ܒܝܫܬܐ : ܕܢܘܪܐ ܘܫܢܕܐ
ܒܚܪܫܘܬܟܝ ܐܦ ܠܢܘܪܐ ܘܠܟܠ ܫܢܕܝܢ :
ܒܙܘܣ ܘܢܒܘ ܐܠܗܐ ܪܘܪܒܐ ܘܚܝܠܬܢܐ
ܝܡܐ ܐܢܐ : ܕܟܕ ܠܝ ܒܣܝܦܐ ܦܩܝܕ ܗܘܐ
ܠܟ ܕܬܬܩܛܠܘܢ . ܐܠܐ ܒܫܢܕܐ ܡܪܝܪܐ
ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܡܫܢܕ ܘܒܬܪܟܢ ܒܣܝܦܐ
ܕܩܛܠܐ ܦܩܝܕ ܐܢܐ ܠܟܘܢ : ܐܣܛܪܛܘܢܝܩܐ
ܠܗ ܐܡܪܐ : ܙܒܢܝܢ ܣܓܝܐܢ ܐܡܪܬ
ܠܟ ܐܘ ܫܠܝܛܐ ܡܫܝܚܝܬܐ : ܕܐܢܗܘ
ܕܐܕܢܝܢ ܐܝܬ ܠܟ ܚܝܝܢ ܕܫܒܥܝܢ
ܫܢܝܢ : ܡܢ ܩܕܡ ܠܐ ܦܚܡܬܢ ܘܡܫܢܕ
ܘܕܡܫܢܕ ܦܪܫܝܢ ܠܐ ܚܝܝܢ ܘܠܐ ܠܡܠܟܐ
ܠܡܠܟܝ ܦܪܦܐ ܐܡܪ : ܕܐܢܐ ܠܐ ܦܪܫ
ܐܢܐ ܕܐܦܢ ܠܦܘܩܕܢܝܗ ܕܡܠܟܐ ܡܢ
ܕܚܠܬܐ ܡܫܬܥܒܕ ܐܢܐ ܕܟܠ ܕܡܣܪܒ
ܡܦܩܕ ܡܢ ܦܩܕܢ ܠܦܘܩܕܢܝܗ . ܘܐܠܐ
ܫܪܐ ܗܘܝܬ ܠܟܘܢ ܚܝܝܢ ܘܠܐ ܫܒܩ
ܗܘܝܬ ܠܟܘܢ . ܐܣܛܪܛܘܢܝܩܐ ܕܝܢ
ܐܡܪܐ : ܐܘ ܥܘܝܪ ܠܒܐ : ܘܐܢ ܐܢܬ
ܕܚܠ ܐܢܬ ܡܢ ܡܠܟܐ ܕܡܝܬܐ ܕܡܘܬܐ
ܕܠܝܘܡ ܐܝܬܘܗܝ : ܕܡܚܪ ܠܝܬܘܗܝ ܘܝܕܥ
ܐܢܬ : ܕܐܝܬ ܥܠ ܕܥܒܪ ܐܢܬ ܥܠ
ܡܠܬܗ ܕܡܠܟܐ ܕܝܢܗ ܕܡܘܬܐ ܕܪܝܫܐ
ܡܥܠ : ܟܡܐ ܕܝܢ ܠܢ ܠܦܘܩܕܢܘܗܝ
ܕܡܫܝܚܐ ܙܕܩ ܠܢ ܕܢܕܚܠ ܡܢ ܦܘܩܕܢܘܗܝ
ܕܡܪܢ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܠܗܐ ܕܡܢ ܐܠܗܐ
ܢܘܗܪܐ ܕܡܢ ܢܘܗܪܐ : ܘܩܕܝܫܐ ܕܡܢ
ܩܕܝܫܐ . ܘܡܛܠ ܕܗܘ ܐܡܪ : ܕܟܠ ܕܢܗܦܘܟ
ܕܝܢ ܡܢ ܕܘܒܪܗ ܘܢܥܒܕ ܒܝܫܬܐ
ܠܟܠܗ ܕܘܒܪܗ ܘܠܐ ܡܬܥܗܕ ܠܗ : ܘܐܡܪ
ܕܟܪܘܢ ܕܘܕܗ ܡܘܬܐ ܬܢܝܢܐ : ܗܢܘ ܕܝܢ
ܢܘܪܐ ܕܠܐ ܕܥܟܐ ܘܬܘܠܥܐ ܕܠܐ ܡܝܬܐ :
ܦܪܦܐ ܐܡܪ : ܠܘ ܗܫܐ ܥܕܢܐ ܕܐܠܗܐ
ܕܝܠܟܘܢ ܐܝܬ ܠܝ ܥܡܟܘܢ . ܠܐ ܐܢܐ ܦܢܝܐ
ܡܢ ܡܠܟܐ ܡܛܠܬ ܦܘܩܕܢܗ : ܐܘ
ܕܬܕܒܚܘܢ ܘܬܩܛܪܘܢ ܒܣܡܐ ܠܐܠܗܐ
ܐܘ

adventus ſacramentum audias ; praeſer-
tim quum idem Dominus noſter nobis *Matth. 7. 6.*
prohibeat dare ſanctum canibus , aut
ante porcos projicere margaritas . Sic-
cine canibus , repoſuit Praeſes , & por-
cis me comparas , peſſima , quae vene-
ficiis tuis ignes , & cetera tormenta eluſi-
ſti ? Jovem , & Nabum ' Deos magnos , 6
& fortes juro , etſi juſſus ſum gladio in
vos animadvertere , atrociſſimis tamen
cruciatibus vos primum adflictum iri ,
tum demum gladio feriendos . Cui Stra-
tonica : Saepe jam tibi , ait , teſtata
ſum , quod utique recoleres , ſi aures
haberes , ſi quidem ſeptuaginta ipſe vi-
veres annos , noſque toto eo intervallo
continenter divexares ; a veritate tamen
certiſſimae noſtrae Religionis nuſquam
nos eſſe diſceſſuros . , neque tibi , aut
impio Imperatori tuo morem geſturos .
Tum Praeſes : Imperatoris , inquit ,
juſſionibus parere cogit metus , quas ne-
mo citra capitis periculum contemſerit ;
alioquin vos abſolverem , atque vivere
permitterem . Cui Stratonica : O cae-
cam mentem ! Si tui ſimilem impium ,
& mortalem Principem times , qui ho-
die ſtat , & cras eſt caſurus , & intelligis ,
ejuſdem mandatorum tranſgreſſionem
poena capitis eſſe luendam ; quanto ma-
gis oportet nos Chriſtianos Domini no-
ſtri mandata revereri , qui eſt Deus de
Deo , Lumen de Lumine , & Sanctus de
Sancto ; praeſertim quum ipſe nos mo-
nuerit , nullam praeteritorum recte fa-
ctorum rationem eſſe habendam , ſi quis
poſtea ab inſtituto virtutis diſcedat ;
ſuaeque legis tranſgreſſoribus mortem
ſecundam fuerit comminatus , hoc eſt ,
ignem inexſtinguibilem , & vermem im-
mortalem .

Chriſtus Deus de Deo, Lume de Lumine, & Sanctus de Sácto.

Marc. 9.

Tum Praeſes : Non eſt , inquit ,
mihi modo de lege Dei veſtri vobiſcum
diſceptatio ; nec enim vacat iſta exami-
nare , inſtante Imperatoris mandato ,
ut niſi ocius Diis ſacrificare , & incen-
ſum adolere ſtatuatis , poenam capitis

ſubeatis. Ad haec laeta, & hilari fronte reſponderunt ambo: Suſpicabamur pridem te Principis juſſionibus obedientiam falſo obtendere, & in morem pueri cum aliqua beſtiola ludentis te nobiſcum jocari; nec enim tormenta, quibus hactenus uſus es, iſto digna nomine videntur, nec ea, qua duceris, agendi ratio in hominem convenit. Quamobrem identidem tibi, velut ſtolidae pecudi, aures obtundendae fuerunt, ſaepiuſque inculcandum, nos ab amore Chriſti Domini nulla vi, nulla arte avul-
Rom. 8. 38. ſum iri, fruſtraque nobis intentari ignem ferrum, flagella, fuſtes: fixum proinde nobis eſſe, eidem poſthabere vitam, Angelos, Poteſtates, Virtutes, Dominationes, Superos omnes, & Inferos, futura, praeſentia. Animi noſtri propoſitum expertus ipſe didiciſti, quandoquidem a te tot artibus tentatum expugnari nunquam potuit. Ceterum quaenam turpior ignominia fingi poteſt, quam quae in te, tuumque impium Principem hodierno die ex hoc facto redundare video, quando ego, imbellis puella, tormenta veſtra ſuperavi, minas veſtras vanas eſſe oſtendi, nequitias veſtras patefeci, & eluſi, voſque cum Diis veſtris omnium mortalium ludibrio expoſui; & vos quidem pudore offudi, Angelos vero laetitia adfeci; quoniam Chriſtum dilexi, & veſtram impietatem terſi, dum iniquiſſimae voluntati veſtrae conſtanter reſtiti, voſque ex adverſo totis viribus flectere reluctantem conati, nihil effeciſtis. Tum Praeſes: Quoniam, ait, procax, & inſana femina, veneficiis tuis ignem evaſiſti, Dei, cujus ſuperſtitione teneris, virtutem nunc temere jactas?

O caecam mentem! reſpondit Stratonica, Siccine aliis praetermiſſis, unum commemoras ignem, quo noſtram in Chriſtum fidem dudum tentabas? Cedo
7 Flagella 7 & Fuſtes, quibus ſepties corpora noſtra immaniter proſcidiſti, donec

ܦܓܪ̈ܝܢ ܘܢܦܠܢ ܥܠ ܐܪܥܐ: ܐܝܟܘ ܒܝܬ
ܐܣܝܪ̈ܐ ܕܫܕܝܬ ܠܢ ܒܗ. ܕܬܪ̈ܥܘܗܝ
ܐܬܦܬܚܘ ܡܢ ܢܦܫܗܘܢ ܘܢܦܩܢ ܒܚܝܠܗ
ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܡܣܪ̈ܩܐ ܕܦܪܙܠܐ ܕܣܪܩܘ ܠܒܣܪܢ
ܘܦܪܫܘ ܡܢ ܓܪ̈ܡܝܢ. ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܛܣ̈ܐ
ܕܢܘܪܐ ܕܐܫܚܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܐܝܟ ܢܘܪܐ
ܘܐܣܬܟܠܘ ܠܘܬܢ ܕܚܫܝܒܝܢ ܐܝܟ
ܓܠܝܕܐ: ܐܝܟܘ ܪܝܚܐ ܣܢܝܐ ܕܟܒܪܝܬܐ
ܕܐܪܟܢܬ ܒܗ ܘܐܢܫܢܩܬܢ ܐܝܟ ܕܢܚܢܩ
ܐܬܗܦܟ ܘܗܘܐ ܠܗ ܪܝܚܐ ܕܒܣܡܐ
ܒܢܚܝܪ̈ܝܢ: ܐܝܟܘ ܩܒܪܐ ܕܡܠܐ ܦܓ̈ܪܐ
ܡܣܪ̈ܝܚܬܐ ܕܐܚܒܫܬܢ ܒܗ: ܘܗܘܐ ܠܗ ܠܢ
ܐܝܟ ܓܢܘܢܐ ܕܚܕܘܬܐ. ܘܪܝܚܐ ܣܪܝܚܐ
ܠܪܝܚܐ ܕܒܣ̈ܡܐ: ܐܝܟܘ ܢܘܪܐ ܕܝܩܕܐ
ܫܠܗܒܝܬܐ. ܕܢܚܬܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܐܬܗܦܟܬ
ܘܗܘܬ ܠܢ ܐܝܟ ܓܢܘܢܐ ܕܚܕܘܬܐ
ܕܡܠܘܟܐ.

ܘܟܕ ܫܡܥ ܕܝܢܐ ܗܠܝܢ ܡܠܐ
ܕܐܬܟܢܫ ܡܢ ܐܣܛܪܛܘܢܝܩܐ. ܐܬܓܠܚ
ܘܗܘܐ ܐܝܟ ܚܝܘܬܐ: ܘܩܥܐ ܘܡܩܪܐ
ܐܪܝܐ ܠܐܠܗܐ: ܘܐܡܪ ܕܠܟܠܗܘܢ
ܘܐܡܪ: ܕܐܦ ܕܢܦܩܬܘܢ ܠܫܘܢܩܐ
ܒܚܪ̈ܫܝܟܘܢ ܗܐ ܡܛܝܒܝܢ ܐܢܐ ܠܟܘܢ
ܠܗܘܢ ܫܘܢ̈ܩܐ ܡܪ̈ܝܪܐ ܕܠܐ ܡܨܐ
ܡܫܝܚܐ ܕܬܦܨܝܘܢ ܡܢܗܘܢ. ܘܐܡܪܝܢ
ܡܢ ܬܪ̈ܝܗܘܢ ܐܟܚܕܐ: ܥܒܕ ܕܨܒܝܬ
ܠܡ ܕܨܒܝܢܐ ܕܢܦܫܟ ܐܝܬܝ ܥܠܝܢ
ܥܠ ܐܣܟܝܡܐ ܕܚܘܫܒܟ: ܡܛܠ ܕܐܢܚܢܢ
ܐܝܬ ܠܢ ܡܪܢ ܒܡܫܝܚܐ ܕܐܝܟ ܕܐܒܗܬ
ܐܝܟ ܕܐܒܗܬܟ ܒܐܘܡܢܘܬܟ ܡܢ ܩܕܝܡ
ܢܒܗܬܟ ܐܦ ܠܐ ܠܡܣܚܦ ܘܡܒܛܠ
ܠܡܥܒܕܘ ܡܢ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ: ܘܟܕ
ܫܡܥ ܕܝܢܐ ܗܠܝܢ ܕܡ̈ܠܐ ܐܬܬܥܝܪ
ܘܩܒܠ ܕܝܢܐ ܕܐܝܠܝܢ ܐܬܬܥܝܪ ܘܡܢ
ܐܬܪܗ ܘܡܩܛܠܢܐ ܡܩܕܡܐ: ܘܐܡܪ
ܘܐܝܬܝܘ ܚܘܘ̈ܬܐ ܘܐܬ̈ܪܐ ܘܩܕ̈ܡܐ: ܘܟܕ
ܒܗ ܐܟܠܘܗܝ ܚܘ̈ܝܬܐ ܕܚܝܘܬ ܗܘܘ ܐܡܝܢ
ܥܒܪܘ ܥܠ ܕܝܢܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ: ܕܥܒܕ ܡܢ
ܢܡܘܣܐ ܕܡܠ̈ܟܐ ܕܐܢ ܐܝܬ ܡܠܟܐ
ܦܩܘܕ ܕܢܡܘܣܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܢܦܣܘܢ: ܠܐ
ܗܘܐ

nec prope exſanguia in terram procide- rent. Cedo teterrimum Carcerem, in quem ter conjecti, totidem patefactis ultro foribus, inde Divinitus evaſimus. Cedo ferreos Pectines, quibus oſſa noſtra, diſcerptis in fruſta carnibus, nudaſti *. Cedo Laminas igne candefactas 8
artubus noſtris admotas, quae repente in glaciem tranſiſſe viſae ſunt. Cedo incenſi ſulphuris vaporem, quo nos ſuffocandos fore ſperabas, quique in ſuaviſſimum odorem nobis converſus eſt. Cedo Sepulcrum putreſcentibus cadaveribus oppletum, ubi, te jubente, incluſi, tumulum in thalamum, foetorem teterrimum in odorifera aromata ceſſiſſe ſenſimus. Cedo ardentes Rogos, quos ignis Caelo immiſſus in ſplendidum tentorium, ſeſe in tholi ſpeciem explicantibus flammis, commutavit.

His, & ejuſmodi Stratonicae dictis acriter perſtrictus Praeſes infremuit, & in morem ferae rabidae vociferans, atque omnes Deos inclamans: Etſi, ait, praeſtigiis veſtris praeterita tormenta evaſiſtis, non deerunt mihi profecto alia acerbiſſimarum quaeſtionum genera, quas incaſſum Chriſti praeſidio eludere moliamini. Cui ambo reſponderunt: Perge porro, experire, ut lubet, quoſcùmque adverſus nos cruciatus, in tuam utique ignominiam, atque dedecus recaſuros: adeo Chriſto confidimus, fore ut, quemadmodum tuis te artibus antea confudit; ita & te in poſterum confundat, veſtramque in ſervos Dei conſpirationem infringat. Quae a Stratonica, & Seleuco dicta Praeſidem impendio magis inflammarunt, dum Imperatorum majeſtatem his verbis dehoneſtatam arbitratur. Continuo Incantatores advocat; jubet adferri Viperas, Aſpides, & alia ſerpentium genera. Quod quum illi praeſtitiſſent, Populus, qui ad ſpectaculum frequentiſſimus adfluxerat, adverſus Praeſidem inſurrexit inclamans, Imperatorum mandata violari

Viperae & Aſpides in Martyres immiſſi;

ri, qui Chriſtianos illos gladio feriendos eſſe reſcripſerant, nulla ferarum mentione facta: hanc poenam atrociſſimam eſſe, utpote in qua carnes ab oſſibus per ſummum cruciatum avulſae diſcerperentur. At Praeſes contradicentem multitudinem nihil omnino moratus, perſtitit in ſententia, adductiſque in medium Seleuco, & Stratonica, juſſit, apertis arculis in eos immitti aſpidum, viperarumque agmen.

Continuo diſrumpuntur a ſummo ad imũ intermortuiq; obrigeſcunt.

Quod ſimul animadvertentes Chriſti Martyres, elevatis ſubito in Caelum oculis, hunc in modum oraverunt: Domine Jeſu Chriſte Fili Dei, irruentis in nos diaboli vires infringito; quoniam tu, Domine, dixiſti: *Ecce ego do vobis virtutem meam, ut conculcetis ſerpentes, & ſcorpiones, atque omnem virtutem Diaboli, & nihil vobis nocebunt*: illico ferae a ſummo ad imum diſruptae obriguerunt, cunctis ſpectantibus, factumque ſtupentibus, atque vociferantibus, magnum eſſe Deum, in quem Stratonica, & Seleucus crediderant. Incantatores autem de Praeſide conquerebantur, quod tantum exiſtimationis ſuae detrimentum in ejus cauſſa tuliſſent; Stratonica, & Seleuco interim illud ex Pſalmo cantantibus: *Dominus adjutor meus, non timebo, quid faciat mihi homo*.

Mar. 16. 18.

Pſal 117.

Diriſſime cruciantur.

Pergit porro Praeſes, dolenſque ſe in hoc etiam facto ſuperatum, imperat, verubus igne candefactis Martyrum nares tamdiu terebrari, donec ambuſtae carnis nidor circumſtantes paſſim offunderet: mox jubet ſublimi trahi Stratonicam, a tergo adligari, clavis deinde ardentibus ejuſdem crura a planta pedis uſque ad genua tranſadigi. At illa in hoc ſupplicii genere nec lacrymas, nec gemitum dedit; ſed Caelum identidem intuens: Adeſto mihi, inclamabat: Jeſu Fili Dei. Quum eidem inſultaret Praeſes, ac diceret: Tandem inventum eſt, quo doleas, venefica, & Deorum contemtrix muliercula. Cui Stra-

Jeſus filius Dei.

ܗܘܐ ܠܟܬܒܐ ܡܫܕܪܢܐ: ܕܒܗܠܝܢ
ܐܓܪܬܐ ܡܫܕܪܢܐ ܢܬܩܛܠܘܢ ܒܣܝܦܗܘܢ ܡܢ
ܩܕܡܝܗܘܢ: ܘܦܩܕ ܕܝܢܐ ܘܐܫܬܡܥ ܠܗܘܢ
ܠܚܝܘܬܐ ܡܝܬܐ ܫܠܛܐ: ܘܟܕ ܫܡܥܘ
ܐܢܫܐ ܕܩܝܡܝܢ ܘܐܟܘܬ ܐܡܪ ܐܝܟ ܗܘܐ
ܐܓܪܬܐ ܡܫܕܪܢܐ:
ܡܕܝܢ ܕܥܒܕܝܢ ܐܚܪܢܐ ܘܒܗܘܢ
ܒܛܝܠܐ ܠܩܛܠܐ ܕܥܠܝܢ ܘܐܣܛܪܛܘ
ܡܫܒܥܢܐ ܕܝܠܗ ܕܐܠܗܐ ܕܒܥܠ ܡܢ
ܠܗܘܢ ܕܗܠܝܢ ܕܐܝܬ ܡܢ ܐܚܪܢܐ:
ܕܐܬ ܐܢܬ ܕܢܐ ܠܟܘܢ ܚܝܠܐ ܕܝܠܝ
ܕܬܕܘܫܘܢ ܚܘܘܬܐ ܘܥܩܪܒܐ ܘܥܠ ܟܠܗ
ܚܝܠܗ ܕܣܛܢܐ ܘܡܕܡ ܠܐ ܢܗܪܟܘܢ:
ܡܢ ܕܝܢ ܚܝܘܬܐ ܐܬܦܠܓܘ ܩܕܡܝܗܘܢ
ܫܐܘܠܐ ܡܢ ܪܫܐ ܠܪܓܠܐ ܘܝܒܫܘ
ܐܝܟ ܩܝܣܐ ܕܡܝܬܐ ܘܒܬܪ ܗܕܐ: ܕܟܕ
ܚܙܘ ܐܢܫܐ ܕܒܗܘܢ ܗܘܐ ܐܬܕܡܪܘ
ܘܩܥܘ ܘܐܡܪܘ. ܘܫܒܚܘ ܠܐܠܗܐ
ܠܗ ܕܒܗ ܐܡܢܘ ܣܛܪܛܘܢܝܩܐ
ܘܣܠܘܩܘܣ ܚܪܫܐ ܕܝܢ ܪܛܢܘ
ܥܠ ܕܝܢܐ ܕܡܛܠ ܚܝܠܗܘܢ ܕܐܬܒܛܠ
ܥܠܝܗܘܢ ܘܣܠܘܩܘܣ ܥܡ ܐܡܪܝܢ:
ܡܪܝܐ ܡܥܕܪܢܝ ܠܐ ܐܕܚܠ ܡܢܐ
ܢܥܒܕ ܠܝ ܒܪܢܫܐ.
ܡܕܝܢ ܚܙܐ ܕܝܢܐ ܕܐܦ ܒܗܕܐ ܐܙܕܟܝ
ܘܐܬܒܝܫ. ܦܩܕ ܠܫܦܘܕܐ ܕܢܠܗܘ
ܘܢܬܒܚܘܢ ܥܘܩܒܐ ܘܢܩܒܘܢ ܒܢܚܝܪܝܗܘܢ
ܕܣܗܕܐ ܕܫܠܝܛ ܒܗ ܓܡܘܪܐ
ܕܢܪܝܚܘܢ: ܘܦܩܕ ܬܘܒ ܕܢܬܠܐ
ܥܠ ܐܣܛܪܛܘܢܝܩܐ ܘܦܫܛܘܗ
ܠܣܛܪܛܘܢܝܩܐ ܠܥܠ ܐܣܪܐ
ܘܐܣܪܘܗ ܡܢ ܒܣܬܪܗ ܕܦܬܐ
ܣܟܬܐ ܘܢܩܒܘ ܓܠܝܢܗ
ܡܢ ܦܣܬܐ ܕܪܓܠܗ ܥܕܡܐ
ܠܒܘܪܟܝܗ ܠܐ ܕܡܥܐ ܘܐܦ ܠܐ
ܐܢܚܬ ܦܘܡܗ ܠܫܡܝܐ ܡܚܝܪܐ
ܠܐ ܠܝ ܕܚܙܐ ܗܘܐ ܠܥܡܐ ܘܐܡܪܐ
ܥܕܪܝ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܕܝܢܐ ܐܡܪ:
ܫܟܚܬ ܠܝܟ ܐܘ ܚܪܫܬܐ ܘܡܫܝܛܬܐ
ܠܐܠܗܐ، ܠܡܫܒܚܬܐ ܕܡܢ ܟܕ ܦܣܩܝܢ
ܐܦܝ .

Stratonica aequabili vultu, & conſtanti voce: Ego vero, ait, ſummas habeo Chriſto gratias, qui pro ſua in me benevolentia hiſce me poenis dignatus eſt, quas dum aequo animo, lubenterque pro nomine ejus patior, vitae prioris noxis, & inexorabilis ſimul judicii ejus poenis me abſolutum iri confido.

Praeſes itaque ſe in hac item quaeſtione victum, confuſumque aegerrime ferens, ambobus Chriſti Martyribus manus amputari juſſit, Illis vero reſectas manus, & coram in terram projectas contemplantibus, rurſum inſtat Praeſes, & Stratonicam iterum compellans: Siccine, ait, necdum quidem pudorem diſcis, inſana, abſciſſas manus, humique abjectas contuens? Cui Stratonica: Nunc quidem, inquit, ſtultitiae tuae licuit noſtras manus abſcindere, atque in terram projicere. Chriſtus vero eas inde relevabit, ipſiſque requiem ſuper Sancto Altari ſuo dabit. Iis manus amputantur.

Quoniam vero populus eam immanitatem aegre admodum ferebat, eamdemque, ſublato etiam clamore, palam deteſtabatur; Milites, atque Magiſtratus urbis apud Praeſidem interceſſere, ut finis quaeſtionibus fieret: Poſt tot cruciatus poenas abunde ſatis reos dediſſe, ajebant, & quandoquidem Imperator gladio in eos animadvertendum judicaverat, ejuſdem ſententiae omnino ſtandum eſſe. Ita demum Praeſidi perſuaſum eſt, ut reos ſecuri addiceret. Supplicio locus conſtitutus fuerat collis in vicinum mare prominens: quo quum Chriſti Martyres ducerentur, frequentiſſimus undequaque populus eoſdem ſequutus eſt. Erant plurimi promiſcui ſexus, qui multiplici queſtu acerbam eorumdem mortem deflebant, & lamentabantur: alii pulverem ipſorum pedibus calcatum aſportabant: ſanguinem alii, poſt reſectas manus recenti adhuc vulnere manantem, certatim rapiebant. Ad ſupplicii locum ducuntur.

Heic Stratonica Theoctiſtam, quam S. Stratonica

per Theoſtitis ſibi impetrat horam ad preces fundendas.

quam ſupra memoravimus, feminam Chriſtianam rogat, ut a militibus horae moram ſibi impetret ad preces fundendas, atque ad ſalutandos amicos: quod quum illa continuo effeciſſet, Stratonica una cum Seleuco inter conglobatam, confertiſſimamque multitudinem ſtans, concionem ad populum habuit hujuſmodi: Noſſe vos, arbitror, Cyziceni Viri, & Mulieres, cujuſnam patris filia ſim, & quam lauta in domo vixerim. Poſteaquam vero mihi e Caelo ſalutare Jeſu Chriſti lumen adfulſit, atque in eum credidi, nihil ejus amori antetuli: odi genus, & cognatos meos, ipſoſque parentes abjuravi, & cuncta, quae praeſentem hujus lucis uſuram jucundam efficiunt, abjeci. Et nunc ipſi vidiſtis, quot incommoda, atque moleſtias devoraverim, quotve cruciatibus exercita fuerim, quomodo nec corpori pepercerim meo, quod dilaniatum, humique projectum eſt: ſic rebus quibuſvis contemtis, ad Chriſtum profugi; confidens, fore ut ille mihi propitius ſit, meque in illo inexorabili ſeculi futuri judicio abſolvat, dignamque efficiat, quae ipſi confidenter adpaream in illo ſupremo mundi die, quo ipſe venturus eſt, & hominum ſecreta omnia patefacturus.

S. Stratonicae Oratio ad Deum.

Sublatis deinde in Caelum oculis, in hunc modum oravit: Domine Jeſu Chriſte, ignoſce, quaeſo, mihi quaecumque in te peccavi, & quandoquidem pro amore tuo quibuslibet meum corpus poenis libenter objeci, adfulgeant, oro, mihi miſerationes tuae in die judicii, & quoniam etiam Idola contemſi, teque confeſſa ſum, tu quoque confitere me coram Patre tuo, a quo miſſus fuiſti pro ſalute noſtra. Et quia ſeculum iſtud caducum odi, dignam me efficias, quaeſo, bonorum ſeculi futuri. Sed & pro eo, quod corruptibilem thalamum abominata ſum, poenis, quas ab impiis nominis tui hoſtibus perpetior, delicta mea,

ܡܬܡܣܟܢܬܐ ܕܫܡܥܘܢܝ ܠܐܣܛܪܛܘܢܝܩܐ
ܘܐܡܪܐ ܠܗ̇ : ܥܩܒܝ ܘܦܝܣܝ ܐܢܘܢ
ܠܐܣܛܪܛܝܘܛ̈ܐ ܕܢܫܒܩܘܢ ܠܝ ܡܛܠ ܫܥܬܐ
ܕܐܨܠܐ : ܘܐܦ ܕܐܫܐܠ ܫܠܡܐ ܕܪ̈ܚܡܝ :
ܘܟܕ ܥܒܕܬ ܗܝ ܗܕܐ ܐܣܛܪܛܘܢܝܩܐ
ܘܩܝܡܐ ܐܝܟ ܚܕܐ ܥܡܗ : ܘܟܕ ܟܢܝܫܝܢ
ܠܘܩܒܠ ܟܢ̈ܫܐ ܡܣܓܝ̈ܐܐ ܐܡܪܐ ܠܗܘܢ
ܕܥܡܐ ܡܢ ܠܒ ܕܢܥܝܢ ܗܘܘ ܐܪܡܚܬ
ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ ܗܠܝܢ ܘܐܡܪܐ ܠܟܠܗܘܢ
ܟܢ ܡܕܝܢܬܐ : ܐܢܬܘܢ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܒܪܬ
ܕܐܢܐ ܟܡܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܢܕܝܕܐ
ܐܢܬܘܢ ܕܒܪܬ ܡܢ ܐܒܐ ܘܐܝܟܢܐ
ܟܢܫܬܟܘܢ ܒܦܘܩܕܢܐ ܘܡܢ ܠܐ ܐܬܐ
ܐܬܪܝܢܬܐ : ܘܟܕ ܕܢܚ ܠܝ ܢܘܗܪܐ ܕܫܡܝܐ
ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܗܝܡܢܬ ܒܗ : ܠܐ ܐܩܕܡܬ
ܡܕܡ ܐܚܪܢ ܥܠܘܗܝ ܣܢܝܬ ܠܝ ܫܪܒܬܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܘܫܒܩܬ ܐܒܗܝ ܘܐܡܗܬܐ
ܘܫܒܩܬ ܟܠܗܝܢ ܡܕܡ ܕܒܥܠܡܐ ܕܐܝܬ ܒܗ
ܒܗܢܐ ܥܠܡܐ : ܘܗܫܐ ܚܙܝܬܘܢ ܕܟܡܐ
ܐܘܠܨܢܐ ܣܒܪܬ : ܘܡܫܬܠܡܢ ܬܫܢܝܩܐ ܘܗܢܐ :
ܘܠܐ ܚܣܬ ܥܠ ܦܓܪܝ ܕܐܬܦܪܫ ܘܐܬܪܡܐ ܠܐ
ܐܪܥܐ : ܘܫܒܩܬ ܟܠܡܕܡ ܘܐܬܦܢܝܬ
ܠܡܫܝܚܐ : ܕܢܗܘܐ ܥܠܝ ܡܪܚܡܢܐ ܘܢܙܟܝܢܝ
ܡܢ ܗܘ ܕܝܢܐ ܕܥܠܡܐ ܕܥܬܝܕ ܠܡܐܬܐ
ܗܘ : ܘܢܫܘܐ ܠܝ ܕܐܬܚܙܐ ܩܕܡܘܗܝ ܒܝܘܡܐ
ܕܕܝܢܐ ܕܐܬܐ ܗܘ ܡܢ ܕܢܓܠܐ
ܟܣܝ̈ܬܗܘܢ ܕܒܢ̈ܝܢܫܐ .
ܘܐܪܝܡܬ ܥܝܢܝܗ̇ ܠܫܡܝܐ ܘܨܠܝܬ
ܒܗܢܐ ܘܐܡܪܐ : ܡܪܝ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܫܒܘܩ
ܠܝ ܟܠ ܕܚܛܝܬ ܠܟ . ܘܡܛܠ ܕܐܫܠܡܬ
ܦܓܪܝ ܠܟܠܫܢܝܩܝܢ ܚܠܦ ܚܘܒܟ ܢܕܢܚܘܢ
ܠܝ ܪ̈ܚܡܝܟ ܒܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ . ܘܡܛܠ ܕܫܛܬ
ܠܦܬܟܪ̈ܐ ܘܐܘܕܝܬ ܒܟ ܐܦ ܐܢܬ ܐܘܕܐ
ܒܝ ܩܕܡ ܐܒܘܟ ܕܡܢܗ ܐܫܬܠܚܬ
ܡܛܠ ܦܘܪܩܢܢ : ܘܡܛܠ ܕܣܢܝܬ ܠܥܠܡܐ
ܗܢܐ ܕܥܒܪ : ܫܘܝܢܝ ܠܛܒ̈ܬܗ ܕܥܠܡܐ
ܕܥܬܝܕ : ܘܡܛܠ ܕܣܠܝܬ ܠܓܢܘܢܐ
ܕܡܬܚܒܠ ܒܫܢܝ̈ܩܐ ܕܣܒܠܬ ܡܢ ܣܢ̈ܐܐ
ܕܫܡܟ : ܚܘܣ ܥܠ ܣܟܠܘܬܝ ܘܚܛܗ̈ܝ
ܘܣܥܘܪ ܠܝ ܕܝܢܐ ܥܠ ܚܛܝ̈ܬܐ
ܒܝ

[illegible]

mea, quae ignoranter perpetravi, clementiſſime compenſans, ſervis tuis beatas ſedes jam obtinentibus me, precor, adjungito.

Capite plectuntur.

Haec Stratonica orabat, quum univerſus populus, Chriſti Martyribus vale poſtremum dicturus; circa eoſdem conglobari conſtiparique coepit; & quidem tanta eum inſtantia, atque animorum, vociſque contentione, ut furentis pelagi, fluctuumque mutuo ſe conlidentium ſpeciem praeberet. Quare conterriti lictores exſertis gladiis rem ocius conficere ſtatuerunt, Reoſque ſtatim perimere. Tunc vero gladium cervici jam imminentem conſpicata Stratonica, coronam ſuam jam adeſſe intellexit, elataque voce, poſtremis Chriſtum votis adpellans: Domine Jeſu, ait, ſuſcipe ſpiritum meum. Simulque carnificis ictum accepit, & occubuit. Seleucus ſimiliter eadem verba alta voce pronuncians, decollatus eſt. Sic ambo ſimul cecidere, ut Corporum trunci alter alterum tegeret *.

Theoctiſta a Praeſide impetrat, ne eorum Corpora in mare projiciantur.

Quum autem Praeſes eorum Corpora in mare projici juſſiſſet, urbe univerſa nequidquam reclamante, factumque publico luctu condemnante, intervenit Theoctiſta, perſuaſitque Praeſidi, ut ſententiam revocaret. Paullo poſt Praeſes in urbem revertit moeſtus, quod victus ex eo conflictu, & cum dedecore diſcederet. Populus vero Praeſidis metu liberatus, rurſus circa beatorum Martyrum Corpora ſeſe circumfudit, tanta animorum commotione, ut humum, in qua jacuerant, pretioſiſſimis unguentis, ſed & lacrymis perfunderent. Sacra mox Lipſana aromatibus condita, atque ſerico panno involuta, uno in loculo ambo ſimul depoſuere.

Honorifice ibi ſimul ſepeliuntur.

Eadem, reddita poſt Eccleſiae pace & perſequutione ſublata, pia Chriſtiani Imperatoris cura, ſuperſtructa aede, honoravit.

Eccleſia ſub eorū nomine ibidem ſuperſtructa.

ADNOTATIONES.

(1) P*Er victoriam Imperatorum Dominorum noſtrorum*, Diocletiani, ſcilicet, Maximiani Herculii, Conſtantii Chlori, & Maximiani Galerii; quos una tum ad Imperii Romani gubernacula ſediſſe, ſuperius admonuimus. Ubi vero unus tantum Imperator heic deſignatur, intellige vel Diocletianum, qui, etſi alios ſibi in ſocietatem Imperii adſciviſſet; Imperatorum tamen princeps habebatur: vel, ut mihi veriſimilius eſt, ipſummet Maximianum Galerium, qui Perſequutionis hujus author ſub Actorum initium dicitur.

(2) *Fidiculis*. Sic Chaldaica vox [illegible] reddenda eſt. Quodnam autem fuerint *Fidiculae* Martyrii inſtrumentum, diſſidium eſt inter Eruditos non contemnendum. Sigonius cum Lipſio, Turnebo, & aliis antiquitatis peritiſſimis, eſſe, ait, nervos ipſos, ac funes, quibus Martyres in equuleo diſtendebantur. Contra Baronius ad diem 22. Januarii contendit, Fidiculas & ungulas eſſe eaſdem. Iſidori authoritati nititur doctiſſimus Cardinalis, qui Fidiculas a fide exprimenda, & extorquenda dictas ſcripſerat. Adverſus Baronium dimicat Petrus Halloixius in Notationibus ad cap. 5. Vitae S. Irenaei, & Fidiculas a fidibus adpellatas, non a fide: aliter enim Fideculas dictum iri, non Fidiculas, ut a die dieſcula, a ſpe ſpecula &c. Locus Prudentii Hym. 10. Baronio favere videtur; quum enim Aſclepiades juſſiſſet:

> *Vertat ictum Carnifex*
> *In os loquentis; inque maxillas manum,*
> *Sulcoſque acutos, & fidiculas transferat.*

feciſſe Carnificem mandata ſic explicat Poëta:

> *Implet jubentis dicta lictor improbus,*
> *Charaxat ambas, ungulis ſcribentibus,*
> *Genas, cruentis & ſecat faciem notis.*

Ubi nonniſi ungularum ſupplicium inlatum deſcribitur. Fortaſſe imperatum a Praefecto putat Halloixius, ut ad os, & linguam transferrentur a cruribus Fidiculae, ſicut a lateribus ad genas ungulae. Verum reponerem potius, cum Poeta non eſſe agendum ſummo jure, ut examuſſim verbis Praeſidis reſpondeant actus Carnificis. Ego vero, quoniam & Euſebius ungulas, ac Fidiculas ſimul memorat, quo aperte docet, diſtincta fuiſſe ſupplicii tormenta; & Acta noſtra id luculenter confirmant, ſi liceat conjecturis indulgere, Fidiculas eſſe libenter dicerem chordas, & funiculos, quibus ita brachia, aut pedes conſtringebantur, ut ad uſque oſſa pervaderent vincula. Id ſupplicii genus hodie tum apud noſtrates uſurpari accepi, quod vulgo nuncupant *Funicellate*, & cum membrorum diſtentione, ſive equuleo paſſim conjungitur, adpellaturque *Corda*, & *Funicellate*. Ejuſmodi certe Fidiculas memorat Suetonius in Tiberio, quum ſcribit: *Excogitaverat inter genera cruciatus etiam, ut larga meri potione per fallaciam oneratos repente veretris deligatis, Fidicularum ſimul, urinaeque tormento diſtenderet*. De hiſce tormentorum generibus inſignis eſt locus Senecae lib. 3. cap. 14. Controverſ. & rurſus lib. 3. de Ira cap. 3. *Apparatuſque illi reddendus eſt ſuus, Equulei, & Fidiculae, & ergaſtula, & cruces, & circumdati defixis corporibus ignes, & cadavera quoque trahens uncus, varia vinculorum genera, varia poenarum, lacerationes membrorum, inſcriptiones frontis, & beſtiarum immanium caveae*. Valerii quoque Max. lib. 3. tit. de patientia: *In Theodoro etiam viro graviſſimo Hieronymus Tyrannus tortorum manus fruſtra fatigavit. Rupit enim verbera, Fidiculas laxavit, ſolvit equuleum, laminas extinxit, priuſquam efficeret, ut tyrannicidii conſcios indicaret*. Si quid video, locus hic litem dirimere videtur: laxare enim non dicitur niſi de eo, quod intenditur: quod in ungulas non cadit. Laſſare potius dixiſſet Valerius, ſi pro Fidiculis ungulas intellexiſſet.

(3) *Berecynthia*, Cybeli Deorum matri cognomentum ex monte Phrygiae Berecyntho, ubi primum culta fuit, impoſitum. De qua Virgil. Aen. lib. 9.

> *Ipſa Deûm genitrix fertur Berecynthia magnum.*
> *Vocibus his affata Jovem . . .*

Eadem Dindymene dicta a Monte unius verticis Dindymo, eidem Numini Sacro, ad cujus radices jacet Cyzicum Civitas; uti videre eſt apud Scholiaſtem Apollonii lib. 1. v. 985.

(4) *Belus*, Syris idem eſt ac Saturnus, qui fingitur Deorum antiquiſſimus. Vide Seldenum loc. cit.

(5) *Artemis*, ideſt, Diana, ſeu Luna, quam Artemidem dicunt ſive ab eo, quod aërem ſecet, quaſi ἀεροτόμος, ſive, ut inquit Strabo lib. 14. ἀπὸ τοῦ ἀρτεμέας ποιεῖν; quod integros partus reddat: nam parturientibus praeeſſe fingitur.

(6) *Nabum*, ideſt, Mercurium, quem eo nomine Syri adpellabant, ut obſervat Seldenus lib. de Diis Syror. cap. 11. Porro Nabi nomen occurrit apud Eſaiam cap. 46. v. 1. vulgatae editionis: de quo haec S. Hieronymus ad eumdem Eſaiae locum ſcribit: *Nabo ipſum Idolum eſt, quod interpretatur Prophetia, & Divinatio, quam poſt Evangelii veritatem in toto Orbe conticuiſſe ſignificat*. Septuaginta autem Interpretes pro *Nabo* habent *Dagon*, Philiſtaeorum Idolum.

(7) Septem flagellorum ſpecies diſtinguebant. *Lora*, ſcilicet, ex corrigio facta. *Nervos* animalium praecipue boum. *Fuſtes* craſſiora erant flagella ex ligno. *Virgae* vero tenuiora, quandoquidem etiam ex metallo. *Flagra* fuſtibus erant tenuiora, ſed virgis craſſiora. *Scorpiones* autem erant virgae ſpinoſae, aut nodoſae: quod flagelli genus etiamnum apud Orientales viget. *Plumbatae* tandem vocabantur flagella ex loris, aut funiculis confecta, quorum ſummitatibus glandines plumbeae adligabantur. De his conſule Gallonium lib. de Martyrum Cruciatibus cap. 4.

(8) Tribus potiſſimum inſtrumentis carnes Martyrum diſcrepebantur, ungulis, Uncis, Pectinibus. *Ungulae* erant quoddam forcipis genus,

genus, non ad ſcindendum aptum, ſed cujus extremitates erant dentatae, ita ut utramque partem comprimendo carnes Martyrum dentibus diſcerperentur. *Uncus* erat baculus oblongus, habens in extremitate ferramentum incurvum ac retortum. *Pectines* ferrei fere ſimiles erant iis, quibus lana pecti ſolet, ſed longioribus baculis adfixi. Haec in Gallonii jam laudati figuris melius exprimuntur pag. 121. Videſis etiam Baronium in Notis ad Martyrologium Romanum, qui varias Virgarum ſpecies exponit ad diem 19. Januarii; Scorpiones 12. Junii; Plumbatas, 6. Junii; Ungulas, 8. Martii; de Uncis, & Uncinis agit 19. Januarii; de carceribus 4. Martii; de Crucis ſupplicio, 7. Aprilis; de Crurifragio, 23. Maii; de Equuleo, 22. Januarii; de Laminis ardentibus, 18. Maii; de Rotis, 23. Aprilis; de Sartagine, 18. Aprilis; de Subulis candentibus 13. Junii; de Catomiis, & Latomiis, 15. Junii; de Metallis, 16. Februarii; de poenis Muſcarum, 16. Februarii, & 28. Julii; de venditione corporum, 6. Junii.

(9) Quum in tota horum Sanctorum Martyrum mirificae Converſionis, & Paſſionis hiſtoria ne verbum quidem de eorum Baptiſmo occurrat; cave, ne proinde eos reprehendas: Baptiſmum enim Martyrio ſuppleri nemo dubitat. Vulgo Baptiſmus Sanguinis dicitur, quem S. Cyprianus Epiſt. 73. ad Jubaianum, *glorioſiſſimum, & maximum Sanguinis Baptiſmum* adpellat. Videſis Notkerum in Martyrologio ad diem 9. Kalendas Junii, Sanctis Rogatiano, & Donatiano Sacrum, ubi plura ex S. Auguſtino profert de iis, qui proprio ſanguine baptizantur.

ADMONITIO

In Acta Sanctorum Septem Martyrum Samoſatenorum.

Horum SS. Martyrii tempus.

SAnctorum Septem Martyrum Samoſatenorum, Hypparchi, Philothei, Jacobi, Piragri, Habibi, Romani, & Lolliani Acta, ex Codice Chaldaico I. Nitrienſi Vaticano nunc primum eruta, beatorum Stratonicae, & Seleuci Actis conſulto conjungimus, quod non ſolum ſub eodem Imperatore Maximiano Galerio Armentario, verum etiam eodem ferme tempore, eademque occaſione, Quinquennalium nempe, quae fuſis Perſarum copiis, ac Narſei conjugibus, ſororibus, liberiſque captis, idem Maximianus in Meſopotamiam redux, atque ideo a Diocletiano perhonorifice exceptus, anno Chriſti 297. egit; uti ex Eutropio tradunt Petavius Rationar. Tempor. Par. 1. lib. 5. cap. 14. Pagius in Critica Baronii ad an. 297. & nos ipſi in ſuperiori Admonitione obſervavimus, Martyrii lauream obtinuerint.

Eorũ memoria in Sacris Eccleſiæ Orientalis & Latinæ Faſtis deſideratur.

Quamvis autem horum Actorum antiquitas, ac ſinceritas ſeſe ultro legentibus prodat, utpote quae a teſtibus oculatis, fideque digniſſimis, a Presbytero ſcilicet, a quo ipſi Martyres Sacramenta ſuſceperunt, & a Galli nobiliſſimi Viri Samoſateni Paedagogo, qui eorum certamini praeſentes adſuerunt, adcurate fideliterque conſcripta ſunt; nullam tamen eorum memoriam in Sacris cum Orientalis, tum Latinae Eccleſiae Faſtis reperire licuit.

Samoſata Syriae Comagenae Metropolis, olim Clariſſima.

Porro Samoſata, in qua iſti Martyres a Maximiano Imperatore, qui tum ibidem verſabatur, Martyrio adfecti ſunt, Syriae Comagenae ad Euphratem Metropolis fuit clariſſima, ut ſcribunt Ptolomaeus, Strabo, ceterique Geographi, & ex Notis SAMO, MHTRO, KOM, in nummis, ſub Hadriano Imperatore cuſis, potiſſimum liquet. Eam شميشاط *Somiſat* Abulpheda tab. Geogr. n. 221. nuncupat, & Romanum, ac Manſur caſtra non multum ab ea diſtare, adfirmat, hoc quidem ad auſtrum Samoſatae, caſtrum vero Romanum ad ortum. Idem Abulpheda loc. cit. n. 236. aliam Samoſatam in Meſopotamia ponit, quam شمشاط *Semſat* adpellat, poſitamque inter Amidam, & Haret-Baret, ſeu Zaidi caſtrum adſerit. Epiſcopalis olim fuit ſub Archiepiſcopo Hierapolitano, nunc vero penitus everſa eſt. Prae ceteris ejus Epiſcopis, quorum ſeriem exhibet Aſſemanus Bibl. Orient. tom. 2. & ex eo Lequienus Orient. Chriſt. tom. 2. claruit Euſebius, cujus memoriam recolit Martyrologium Romanum die 21. Junii hocce elogio: *Eodem die Sancti Euſebii Epiſcopi Samoſateni, qui tempore Conſtantii Imperatoris Ariani ſub habitu militari incognitus, Eccleſias Dei viſitabat, ut in fide Catholica illas confirmaret; deinde ſub Valente in Thraciam relegatur; ſed reddita pace Eccleſiae, tempore Theodoſii, ab exilio revocatus, cum iterum Eccleſias viſitaret, tegula ab Ariana muliere deſu-*

deſuper immiſſa, confracto capite, Martyr tandem occubuit. Porro Sancto Euſebio, & Orthodoxis Patribuaadeo fuerunt Samoſateni addicti, ut (teſte Theodoreto lib. 4. cap. 14.) eo a Valente Imperatore pulſo, & Eunomio Ariano in ejus locum ſuffecto circa A. C. 368. nemo in coetum ventitarit; imo nec cum eo eadem aqua lavari voluerit; pilam quoque pueri ab aſino Lucii ſucceſſoria calcatam per ignem purgaverint. Eadem patria fuit Luciani Sophiſtae athei, & Pauli Antiocheni Epiſcopi haeretici; hic Sabellium aemulatus, qui Ptolemaide in Lybia nefarium adverſus Sanctiſſimam Trinitatem dogma paullo ante vulgaverat, Filii & ipſe Divinitatem cum Artemone oppugnavit; ut patet ex aurea Epiſtola Antiochenae Synodi ad Dionyſium Romanum Epiſcopum, & ad Maximum Alexandrinum in eundem Paulum conſcripta, quam integram refert Euſebius lib. VII. Hiſt. Eccleſ. cap. 30. At exſecrandam perditiſſimi hominis audaciam non ſolum Patres Antiochiae ſemel atque iterum congregati fregerunt, verum & noſtri Martyres Samoſateni apertiſſime condemnarunt, quum dicerent: *eum, qui in Cruce pependit, adoramus, hunc Deum eſſe dicimus, & Dei Filium, genitum, non factum, Patrique conſſentialem, cujus numine totum hunc orbem creatum eſſe, auctum, & ſubſtentatum, credimus.* Sed ad Acta deſcendamus, in quibus plura ejuſmodi adverſus Novatorum inſaniam validiſſima argumenta habentur.

ܬܫܥܝܬܐ

ܕܫܒܥܐ ܣܗ̈ܕܐ ܐܬܠܝ̈ܛܐ ܕܡܫܝܚܐ ܗܦܪܟܘܣ ܘܦܝܠܬܐܘܣ ܘܝܥܩܘܒ ܘܦܪܓܪܘܣ
ܘܚܒܝܒ ܘܪܘܡܢܘܣ ܘܠܘܠܝܢܘܣ ܕܐܣܬܗܕܘ ܒܗ ܒܫܡܝܫܛ ܒܝܘܡܝ ܕܡܟܣܝܡܝܢܘܣ.

A C T A

Anno Chriſti 297. ſub G. Maximiano Imp.

Septem Martyrum Athletarum Chriſti, HIPPARCHI, PHILOTHEI, JACOBI, PARAGRI, HABIBI, ROMANI, & LOLLIANI, qui ſub Maximiano paſſi ſunt Samoſatae.

Atrox in Chriſtianos Perſequutio.

MAXIMIANUS impius Imperator anno Imperi ſui quinto edixit, ut in cunctis Romanae ditionis civitatibus ſtata Diis ſacrificia, ſolemneſque ſupplicationes fierent. Inſtante vero ſolemni quadam Ethnicorum celebritate, ipſe Imperator, qui Samoſatae iis forte diebus verſabatur, Edictum ea de re promulgari, populumque 1 ad aedem [1] Fortunae in ipſo urbis medio poſitam, convenire mandavit. Quamobrem Urbs univerſa tubarum, atque tympanorum concentu perſonabat, nidorque crematarum hoſtiarum, & incenſi thuris vapor aërem circumquaque impleverat.

SS Hipparchus & Philotheus Oratorii domi conſtruunt, & ab indictis Sacrificiis abſtinent.

Paullo anteaquam illud Edictum promulgaretur, communicato inter ſe conſilio Chriſtianam Religionem ſuſceperant HIPPARCHUS, & PHILOTHEUS. Erat

ܒܫܢܬ ܚܡ̈ܫ ܕܡܠܟܘܬܗ
ܕܡܟܣܝܡܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܚܛܝܐ: ܦܩܕ
ܗܘܐ ܗܘ ܡܟܣܝܡܝܢܘܣ ܕܒܟܠܗܝܢ
ܒ̈ܬܝܐ ܘܡܘܩ̈ܕܐ ܟܠܗܘܢ ܡܕܝ̈ܢܬܐ
ܕܡܕܒܪܢܘܬܗ؛ ܘܐܦܢ ܥܐܕܐ ܗܘܐ
ܪܒܐ ܕܚܢܦܘܬܐ. ܘܗܘ ܡܟܣܝܡܝܢܘܣ
ܒܫܡܝܫܛ ܡܕܝܢܬܐ ܝܬܒ ܗܘܐ
ܘܦܩܕ ܕܢܬܟܢܫ ܟܠܗ̇ ܐܢܫܘܬܐ
ܠܡܨܥܬܗ̇ ܕܡܕܝܢܬܐ ܠܒܝܬܐ
ܕܡܬܩܪܐ ܒܝܬ ܓܕܐ: ܘܟܕ
ܟܠܗ̇ ܘܡܕܝܢܬܐ ܡܙܥܙܥܐ ܗܘܬ ܒܩܠܐ
ܡܕܝܢܬܐ. ܘܪܝܚ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܘܒܣܡܐ
ܡܠܐ ܗܘܐ.

ܩܕܡ ܗܦܪܟܘܣ ܘܦܝܠܬܐܘܣ
ܣܒܪܘ ܐܬܡܠܟܘ ܒܪܥܝܢܐ ܕܒܛܝܠܘܬܐ
ܡܢ ܩܕܡ ܕܢܦܩܘܢ ܕܦܘܩܕܢܐ ܕܡܟܣܝܡܝܢܘܣ
ܩܠܝܬܐ ܕܝܢ ܚܕܐ ܒܒܝܬܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ
ܒܒܝܬܗ

Erat illis in aedibus ejuſdem Hipparchi conclave commode exſtructum, Crucemque pinxerant in Orientali ejuſdem pariete. Ibi ante Crucis imaginem, converſo ad Orientem ore, Dominum Jeſum Chriſtum quotidie ſepties adorabant.

Crux in pariete depicta.

Adcidit interea, ut Jacobus, Paragrus, Habibus, Romanus, & Lollianus, aetate Hipparcho, & Philotheo minores, Hipparchi domum, eos inviſuri, convenirent: mutua ſiquidem interſe neceſſitudine erant conjunctiſſimi. Quum itaque ſub horam diei nonam ante Crucem eo in Coenaculo expreſſam ipſos ſupplicantes inveniſſent, rogare coeperunt: Quare, quum civitas univerſa ad aedem Fortunae confluerent, Imperatori obſequuta, qui omnibus urbis Diis in delubrum ipſum adſportatis, & eorum Sacrificulis ſimul convenire juſſis, celeberrimum illic feſtum decreverat, ipſi, ac ſi domeſtico luctu, & moerore a publico arcerentur, eum ſeceſſum quaeſiviſſent, & procul a populo orare mallent, velut in patria ſua hoſpites, ac peregrini. Hipparcho autem, & Philotheo adfirmantibus, eo ritu ſummum mundi Conditorem a ſe adorari, ſubjecit Jacobus: Numne Crucem iſtam ligneam mundi Opificem fuiſſe putatis? Ipſam enim a vobis coli videmus. Cui Hipparchus: Eum, qui in Cruce pependit, adoramus; hunc Deum eſſe adſerimus, & Dei Filium genitum, non factum, Patrique [2] coëſſentialem, cujus numine totum hunc Orbem creatum eſſe, auctum, & ſubſtentatum credimus. Jamque annus volvitur tertius, ex quo Baptiſmum in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti a Jacobo verae fidei Sacerdote ſuſcepimus, qui & Chriſti Corpus, & Sanguinem nobis identidem impertire non deſiit. Idcirco hoc triduo hinc pedem efferre, atque in publicum prodire, nefas eſſe exiſtimamus: adeo profanarum hoſtia-

SS. Jacobi, Paragri, Habibi, Romani, & Lolliani converſionis occaſio.

Religionem Chriſtianam edocentur.

Jeſus Chriſtus Deus, & Dei Filius genitus non factus Patrique coëſſentialis.

2

Baptiſmus in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti conlatus.

Chriſti Corpus, & Sanguis nuper baptizatis impertitus.

hoſtiarum nidorem, quo urbs univerſa infecta eſt, exſecramur. Heic Paragrus, ejuſque ſodales Hipparchum interpellant: Itane adfirmas, Deum aliquem exſiſtere, Diis in aede Fortunae nuper congregatis praeſtantiorem? Quibus Hipparchus: Annon ipſi vidiſtis, mura illa ſimulacra per Sacrificulos ex inſano vulgi errore eo importari? Qui ergo Dii ſunt, qui nec ſe ipſos queunt aſportare? Ad haec Jacobus: Jam ergo, inquit, veſtrum ego videre Deum, ejuſque Sacra communi vobiſcum Religione ſuſcipere exopto; quandoquidem mundi Opificem ipſum adſeriris. Tum Philotheus: Tu vero, inquit, Habibe, quid in hac cauſſa pronuncias? Cui ille: Fateor, ait, me in eo errore hactenus fuiſſe verſarum, ut dicerem, Deos, quibus hodiernam ſupplicationem civitas noſtra decrevit, ipſos Univerſum molitos fuiſſe. Nunc vero, ſi vos delectat veritas, inquit Hipparchus, Dei potentiam, atque ſapientiam vos ſtatim edocebo. Cui Jacobus, Habibus, Paragrus, Romanus, & Lollianus: Vos, inquiunt, etſi Imperatoris Deos non adoraſtis, neque profanis ipſorum Sacrificiis interfuiſtis, ſed in hunc luctum, ſqualoremque ſeceſſiſtis; quoniam autem Magiſtratum geritis, & apud Imperatorem, ejuſque Aulicos in magna eſtis exiſtimatione, adſumtis paullo poſt veſtrae dignitatis inſignibus, & in publicum impune proditis, & quamquam vos eorum Diis neutiquam ſupplicaſſe fateamini; nihil tamen inde incommodi reformidatis. Nobis enimvero placeret pariter, veſtris initiari Sacris, modo nulla nobis inde crearetur moleſtia. Ad haec Hipparchus, & Philotheus: Teſta, inquiunt, donec igne decocta, & aquis temperata non fuerit, lutum eſt, & fragilis maſſa: ſi autem in ignem, & aquam immiſſa fuerit, nec glacie, nec imbre diſſolvitur. Quamobrem, ſi in vera Religione confirmari, atque preſe-

[illegible]

[illegible]

perſevetare cupitis, Chriſti Baptiſmum ſuſcipite, nec ullam poſthac fortunae viciſſitudinem pertimeſcetis. Id profecto, reſponderunt omnes, nos nihil motamur, modo per vos liceat: ex quo enim ad vos ingreſſi, vobis autes praebuimus, & Crucem, quam adoratis, contemplati ſumus, incognitus utique atdor invaſit, adcenditque animum, & veluti admoto igne incaluimus. Tunc Hipparchus, & Philotheus: Arceſſendum ergo, ſubdunt, quantocius Preſbyterum curabimus, a quo ſignum Chriſti ipſi ſuſcepimus, qui vobis etiam petentibus illud impettiet. Ita ſane placet, omnes reſpondent: Baptiſmum enim etiam atque etiam expetimus univetſi.

Jacobus cum ſociis Baptiſmum expetit.

Quibus Hipparchus: Si quidem haec vobis ineſt animo ſententia, domum hinc tantiſpet ſecedete aequum eſt, intet vos deliberaturi: quaecumque veto ibidem ſtatueritis, ad nos ſequenti die refetetis. At illi: Quid, ajunt, negocium noſtrum in horas, & dies protrahitis? Imo veto nunc, nulla intetpoſita cunctatione, Chriſti Inſignia nobis adproperate.

Ea ſociotum alacritate mirifice laeti Hipparchus, & Philotheus, epiſtolam ſuo annulo obſignatam pet Hippatchi ſetvum ad Jacobum Chriſti Sacerdotem mittunt, in haec fete verba: Tu vero ad nos quantocius venire ne graveris, ſimulque Urceum [3] aquae, Hoſtiam, & Cotnu Olei [4] Unctionis tecum perferre memineris: te ſiquidem heic nobiſcum exſpectari monemus ab oviculis, quae ex alieno gtege ad caulam Chriſti ttansfugerunt, ejuſque ſigno a te notari vehementer efflagitant. Quae quum Jacobus legiſſet, inctedibili laetitia adfectus eſt, ex intima animi geſtientis voluptate vultu quodammodo exatdeſcente, atque inflammato, benedixitque Deum, & otavit, quum diceret: Patet Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eumdem ad humani generis reparatio-

Adparatus Baptiſmi Urceus aquae, Hoſtia, & Oleum unctionis.

3

4

tionem miſiſti, qui es Chriſtianorum ſpes, obſecro te, ſervos tuos Hipparchum, & Philotheum virtute tua confirma, ut fiant veritatis columnae in vera Religione tua, tuique Filii Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Spiritus Sancti, in ſecula ſeculorum. Amen.

Haec precatus, continuo ſacrum adparatum pallio ſuo obvolvit, & ad beatos illos viros profectus eſt: invenitque omnes, ſeptem autem erant, in conclavi congregatos, Hipparchum ſcilicet, Philotheum, Jacobum, Paragrum, Habibum, Romanum, & Lollianum; quos quum in genua provolutos, & orantes reperiſſet, his verbis conſalutavit: Pax vobiſcum, ſervi Jeſu Chriſti, qui pro figmento ſuo pependit in Cruce. Adſurrexere omnes, atque ad Sacerdotis pedes procidentes Jacobus, Paragrus, Habibus, Romanus, Lollianus: Quaeſumus te, ajunt, Domine, noſtri miſerere, & Chriſti, quem adoras, ſignaculum nobis impertire. Quibus Sacerdos: Si contingat, inquit, vos poſthac divexari, & variis moleſtiis, atque incommodis adfici, eane pro Chriſto perpeti ſtatuiſtis, quemadmodum & ille pro nobis paſſus eſt? Nam ſi nos pro illo quidpiam patimur, id a nobis bonitati ejus, atque majeſtati deberi fateamur neceſſe eſt, quum ipſe nos e nihilo condiderit, membraque noſtra in materno utero compegerit, manumque ſuam ſuper nos poſuerit, ſicut Sacrae
Pſal. 138. 5. Literae loquuntur: *Plaſmaſti me, & poſuiſti manum tuam ſuper me*. At Dominus Deus noſter, quum nihil nobis deberet, a ſummis ad ima propter nos deſcendit, & ex Maria Virgine natus eſt in carne, in qua & mortuus, tertia die revixit, & Diabolum interemit, qui Parentem noſtrum Adam ſeduxerat, & e Paradiſo expulerat. His porro minime perculſi, una omnes voce
Rom. 8. 31. conclamavere: *Neque altitudo, neque profundum, neque inſtantia, neque futura pote-*

Chriſtus Deus ex Maria Virgine natus in carne, in qua & mortuus tertia die revixit.

[illegible]

poterunt ſeparare nos a caritate Dei, quae eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro. Tunc vero Sacerdos: Oremus itaque, Fratres, inquit. Continuo flexis genibus ad integram fere horam precationem produxerunt; qua abſoluta, iiſque ſurgentibus, & ſtantibus, Sacerdos: Gratia, inquit, Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit cum omnibus vobis. Amen. Et poſteaquam ſe in Deum vivum credere profeſſi ſunt, & manufactos Deos, qui Dii non ſunt, ejurarunt, baptizavit eos in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti [5], eiſque Corpus, [6] & Sanguinem Chriſti continuo impertiit. Iis peractis, Sacerdos ſacrum adparatum collegit, pallioque, ut antea involutum domum reportavit, magna diſſimulatione, atque celeritate uſus. Verebatur nimirum, ne forte ſupervenirct Ethnicus quiſpiam, ipſumque in aedibus Hipparchi comprehenderet: Senex enim erat, & ſub paupere lacerna Sacerdos; Hipparchus contra, & Philotheus viri erant in urbe ſpectatiſſimi, ſummoſque in eadem honores, quibus etiam inſignes erant eorum ſocii, fuerant conſequuti.

A Jacobo Sacerdote baptizantur. 5

Et Corpus, ac Sanguinem Chriſti accipiunt. 6

Tertius ſubierat jam dies, quum Imperator ex jure Praefectos interrogat, num quiſpiam ex iis, qui in urbe Magiſtratum gerebant, Deos per eam occaſionem contemnere deprehenſus fuiſſet, ac proinde ab illa ſumma celebritate abſtinuiſſet. Cui Praefecti: Adſunt heic, reſponderunt, Hipparchus, & Philotheus, quos a tribus annis nunquam ſupplicaſſe Diis, vel ad eorum Sacra adceſſiſſe, pro explorato habemus. Extemplo Imperator viros jubet ad Fortunae fanum, in urbis meditullio, ut dixi, poſitum, abripi, atque ad ſtata Sacrificia compelli. Continuo ſatellites Hipparchi aedes invadunt, ibique ſeptem illos Chriſtianos nacti, Imperatoris mandata ipſis denunciant. Tum Hipparchus, & Philotheus: Duoſne peti-

Hipparchus, & Philotheus ad Imperatorē delati.

Cum ſociis cō. prehenduntur.

Digitized by Google

tis, an omnes; quia ſeptem ſumus? Hipparchum tantummodo, inquiunt illi, & Philotheum venire nunc jubet Imperator. Tum vero Philotheus ad Jacobum, Paragrum, Habibum, Romanum, atque Lollianum converſus: Fratres, inquit, & filii in Domino, vereor, ut vos ſuſtinere valeatis pugnam, ad quam ambo provocamur, pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Nazareni. Et nos quidem a primordio ſuſceptae Chriſtianae Profeſſionis ſtatuimus, quaſlibet moleſtias pro Chriſti nomine devorare. Vos autem, quandoquidem ab Imperatore rerum veſtrarum plane ignaro (nam ut Satellites in veſtra cauſſa ſileant, facile impetratum iri confidimus) necdum arceſſiti fuiſtis, relicta urbe, perfugium in proximis pagis quaeritote, donec tempeſtas haec tantiſper reſideat. At illi contra una voce reclamavere: Ecquin, ajunt, nobis etiam idem propoſitum, ſententiaque maneat? Adeo fixum eſt pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti dolorem, mortemque contemnere, & nullos caſus in ejus cauſſa pertimeſcere.

Imperatori ſiſtuntur

Surgunt itaque omnes, & a ſatellitibus ducti, Imperatori ſiſtuntur, quem nec ſalutare conſueta cervicis demiſſione voluerunt, ſed erecta ad Caelum fronte, oculiſque in Dominum Majeſtatis defixis, ut ſibi dimicaturis propitius adeſſet, enixe orabant.

Eorum Acta coram Imperatore.

At Imperator contemtum ſe arbitratus: Adeone, inquit, Deos, ſpretis legibus, plane deſeruiſtis, ut ne mihi quidem caput inclinare velitis? Animadvertere profecto debueratis, me Deorum vicariam in hac urbe gerere poteſtatem. Cui Hipparchus: Nos, inquit, tibi ſerviendi nulla neceſſitas premit, homo quum ipſe ſis noſtri ſimilis. Tum Imperator: At ſi quidem, ait, nullum mihi in vos imperium eſt, mortalis quum ipſe ſim; Deos immortales quare, impii, aſpernamini? Ad haec

haec Hipparchus: Non recte, inquit, inde talia colligis, quum tuis ipſe Diis, utpote ſummi Conditoris figmentum, longe ſis melior; iſti vero Dii ſint opus hominum, & os habentes non loquantur, nec videant, etſi oculis non eareant. Ipſis, oro, ſimiles fiant, qui faciunt ea, quique in illis ſpem ſuam omnem poſuere, tui ſimiles. Nugaris, Hipparche, inquit Imperator. Quid ergo jubes, Imperator, repoſuit Hipparchus? Sacrifica, inquit ille, &, ut libuerit, de eetero philoſophare. Tum Hipparchus: Dii, ait, qui mundi opifiees eerte non fuerunt, a mundo quantocius exſulare opto. Cui Imperator: Reverere, inquit, impie, Deos, ne tibi atrociora ſupplicia imprudens tua iſta petulantia arceſſas. Tum Hipparchus: Enimvero, inquit, valde me tui eauſſa pudet, qui lapides, & ligna, res utique hominum uſui deſtinatas, Deos adpellas. *Pſal.* 113.

Excanduit Imperator ad haec, & Hipparchum, nudato tergo, plumbatis eaedi quinquagies imperat: Quandoquidem, ait, me praeſente, Deos audet maledictis ineeſſere. Subinde tenebrieoſo earceri ineludi Reum jubet: quod extemplo factum eſt.

Hipparchus nudato tergo quinquagies caeſus, in carcerem detruditur.

Producitur deinde Philotheus. Cui Imperator: Tuum, inquit, Philothee, nomen Deos a te amari, indicat. Tum ille: Recte vocor Philotheus, hoc eſt, Dei amans unius; non enim multi delectant Dii. Iſtas, oro te, repoſuit Imperator, mitte contentiones, ſodalis tui exemplo monitus; ne in caput tuum Judieum ſeveritatem temere provoces. Age itaque, & Diis ſacrifica. Quod ſi feceris, ſummis per me honoribus adficieris, & Urbis Praetura augeberis. Cui Philotheus: Umbra es, Imperator, & nihil, foenoque fragili, & propediem eaſuro ſimilis, verbaque das, nulli profutura, pulverem contra ventos jactans. Quibus tantiſper commotus

Philotheus producitur.

 motus

motus Imperator: Siceine, inquit, honorantem dehonoras, tibique beneficium offerenti convicia rependis? Cui Philotheus: Ita quippe ſcriptum eſt,
1. Reg. 2. 30. inquit: *Ego glorificantes me glorifico, & qui contemnunt me, erunt ignobiles, dixit Dominus*. Tum vero Imperator: Paucis te volo, Philothee; nec enim vacat, nugas iſtas audire. Cui Philotheus: Adeone piget viventis Dei Oracula audire? At Imperator: Incenſum, ait, date, famuli. Tunc ad Philotheum converſus: Agedum Philothee, inquir, thuſque magno Sacrificio Deorum injicito, ampliſſimis utique bonoribus inde mox augendus. Cui Philotheus: Quos ſpondes honores, ignominiam duco. Tum Imperator: At ſi, quam polliceor, dignitatem dedecus vocas, quonam ipſa dedecora nomine adpellanda dices? Dedecus, ait Philotheus, ſi quod in Chriſti cauſſa feram, hunc honorem dico. Tum Imperator: Dixi Philothee, iterumque dico, paucis ribi mecum agendum eſſe. Cui Philotheus: At roganti reſpondere aequum ſane fuir. Tum Imperator: Verba ſeris, Philothee: nunc ergo, miſſis hiſce nugis, officii tui memor, Diis incenſum adole: quod ſi mihi, juſta utique imperanti, parueris, nulli te ſecundum in Republica futurum ſpondeo. Cui Philotheus: Chriſtus, quem colimus, & cujus in cauſſa quaeſtioni ſubjicimur, quemadmodum & ipſe ſubjectus fuit propter peccatores mei ſimiles, quamvis pulcherrimam hanc rerum molem cum omni ornatu ſuo de nihilo produxerit verbo, quo ea fieri juſſit, eamdemque ſimili imperio in nihilum revocare, quando ipſi libuerit, valeat, montium pondus examinans, & colles adpendens in ſtatera; attamen comprehenſus aliquando ab impiis, quorum ſors te quoque manet, adduci ſe permiſit ad Pilatum, ut cauſſam coram Praeſide diceret; & quamquam Carnifices,

fices, a quibus in Crucem actus eſt, impedire, atque etiam perdere illi integrum, expeditumque foret; Sacrae tamen nos Literae docent, eundem, quaſi agnum ad lanienam duci ſe, paſſum fuiſſe, & ſicut ovem coram tondente ſe, obmutuiſſe. Haec nimirum docendus a me eras, ne forte Dei noſtri, quoniam te pro libito tuo agere ſinit, vires infractas, aut imminutas eſſe opineris: ab ipſo namque docti ſumus, ipſi uni confidere, & pietate, ſapientiaque duce, Regnum ejus quaerere, in ſempiternum manſurum. Te vero certa, & ineluctabilis mors abripiet, tuoque Imperio aliquando finem imponet. *Eſ. 53. 7.*

Haec, atque ejuſmodi multa Philotheus diſputabat, quum Imperator interpellans: Enimvero, o Philotee, inquit, non ineruditus, nec in literis hoſpes mihi videris: quamobrem quaeſtioni ſubdi te nolo, ſed manibus tantummodo poſt tergum revinctis, in carcerem demitti: Sapientem enim ratio, fatuum emendant virgae; ipſam ſcilicet, qua praeſtas, Sapientiam ſaniora tibi conſilia olim ſuffecturam confido. Cui Philotheus: Sine iſta, inquit, & quodcumque in me decreveris, omni ſepoſita cunctatione, exſequere, certus, me nullatenus adductum iri, ut a Chriſto Domino meo deſciſcam, vel muta ſimulacra Deos eſſe dicam. Continuo Philotheus, injecta manibus catena, ſeorſim ab Hipparcho in carcerem detruditur.

In alium ab Hipparcho carcerem conjicitur.

Tum vero de Jacobo, Paragro, Habibo, Romano, & Lolliano quaeſtio haberi coepta eſt; ad quos Imperator: Fatui illi Senes, inquit, Hipparchus nempe, & Philotheus hujus lucis uſuram odere, quippe qui fractis jam viribus haud procul abeſſe mortem ſentiant: at vos, Juvenes, nullus dubito, quin imperata ſitis facturi. Cui beati Martyres: Falleris, Imperator, ajunt, quum nobis vita ipſa potior ſit fides in Deum

Jacobus, Paragrus, Habibus, Romanus, & Lollianus quaeſtioni ſubjiciuntur.

Deum Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ab illo miſſus ad nos venit, & in Cruce moriens, quos ipſe condiderat, mortales ab errore ad veritatem, & ab interitu ad vitam revocavit. Ipſum itaque gratia ſua ab antiqua impietate eos reductos, ad Martyrii coronam pro ſua ſumma bonitate perduxiſſe credimus: propterea que juramus Deum Patrem, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, nos patrum noſtrorum Hipparchi, & Philothei veſtigiis inſtituros, nec tuis fraudibus nos capi paſſuros eſſe; praeſertim quum Corpus, & Sanguinem Chriſti in noſtris corporibus feramus: Matth. 7. 6. idemque ſalutis noſtrae Author nos monuerit, ne margaritas ante porcos projiceremus; corpora nempe noſtra ejus Corporis contactu conſecrata ſunt, & velut gemmae ejuſdem Diademati inſertae. Nec decet ſancta corpora, atque in ſpem Caeleſtis Regni vocara, locum ſuum deſerere, & inanium Deorum obſequio mancipari; turpe enim eſt, apertis oculis ruinam minus advertere. Tum Imperator: Aetati veſtrae, Juvenes, ait, parco. Vos etiam veſtrae, oro, juventutis miſereat, ne inconſulta iſta pertinacia me ad anguſtias adigatis, nullum, praeter veſtram ruinam, exitum habituras. Quocirca ſi quidem in iſta ſententia adhuc perſiſtere vobis ratum eſt, Deos juro, latera veſtra immani verberatione laceratum iri, mox etiam teterrimo ſupplicio vos eſſe perituros. Cui ſancti Martyres: Nec tua nos, inquiut, verba movent, nec terrent ſupplicia, utpote qui a Domino Matth. 10. 28. noſtro didicimus, eos minime extimeſcere, qui etſi corpori necem inferant, animae tamen nullatenus obeſſe poſſunt. Tum Imperator: Dogmata, ni fallor, veſtri Magiſtri praedicatis, illius ſcilicet, qui Hieroſolymis a Judaeis ultimo adfectus eſt ſupplicio, eique miſeri confiditis. Aſt ego, niſi actutum imperata feceritis, teſtes adpello Deos, vos omnes

[illegible]

Digitized by Google

ܠܗܘܢ : ܗܢܘܢ ܛܘ̈ܒܢܐ ܘܐܡܪܝܢ
ܠܗ : ܐܦ ܗܕܐ ܐܠܦ ܠܢ ܦܪܘܩܢ
ܕܢܣܦܩ ܠܗ ܠܥܒܕܐ ܐܝܟ
ܡܪܗ : ܘܠܬܠܡܝܕܐ ܐܝܟ
ܪܒܗ : ܡܠܟܐ ܐܡܪ :
ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ ܕܐܦ ܐܢܬܘܢ ܫܘܝܢܝܢ
ܒܗ ܒܕܡܘܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܩܪܝܒܝܢ
[illegible]

omnes ſub oculos civium veſtrorum in hac urbe veſtra Samoſata eodem ſupplicii genere perdam, quo ille periit, carnificum, a quibus in Crucem agebatur, manus evadere nequidquam conatus. Ita profecto fiet, ut veſtrae ſuperſtitionis profeſſores veſtro item ſupplicio admoniti, audaciam quandoque ponant. Cui beati Martyres: ſed & hoc etiam Servator noſter nos admonuit, ſervum neutiquam praeſumere ſibi debere Domino majora, neque diſcipulum magiſtro praeſidere fas eſſe, ſed pari cum illo ſorte eſſe contentum. Tum Imperator: Ita profecto, pares vos veſtro Magiſtro futuros mox dicebam, eodemque proinde ſupplicio ſublatum iri. Cui ſancti Martyres: Noſtrum utique fatemur, obiiſſe Magiſtrum; revixit tamen ille poſt triduum, & in Caelum, unde deſcenderat, rediit, indeque Deo Patri, a quo miſſus fuerat in terras, adſidens, te, Imperator, iſta ſuis ſervis comminantem, irridet; ſicuti noſtrae nos Literae docent illis verbis: *Qui ſedet in Caelis irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos*. Hieroſolymam ſiquidem, ubi Cruci adfixus fuit, funditus evertit, ſuaeque necis authores Judaeos per univerſum Orbem diſperſit. Deos autem inanes iſtos, qui veſtras occupant Aras, proſternet, & eorundem excidio ipſorum cultores obruet; quemadmodum rurſus ex noſtris Scripturis illo oraculo admonemur: *A finibus Caelorum exitus ejus, & ſuper terminos eorum accubitus ejus, neque eſt quidpiam a calore ejus abſconditum. Regnum ejus Regnum ſempiternum, & poteſtas ejus in omnes generationes.*

Job. 13. 16.
Luc. 6. 40.
Pſ. 2. 4.
Pſ. 18. 7.
Pſ. 144. 13.

[illegible]

Tunc vero Imperator ſua reos patientia abuti ratus, exarſit, juſſitque, publicae omnes cuſtodiae tradi, religatis primum poſt tergum manibus, ibique ad exitum ejus, de qua ſuperius diximus, Deorum celebritatis, ab invicem ſeparatos detineri. Quamobrem in

In infimas carceris cryptas ſeparatim demittuntur.

ſecretas

ſecretas, easque infimas, carceris cryptas demiſſi, ibidem ad quindecim dies jacuere.

Omnes ſimul denuo ad quæſtione producti.

Poſtea Imperator in campum prope Urbis muros digreſſus, Tribunal eo in loco ad ripam Euphratis praeterfluentis adparari juſſit, ductis in tentorii ſpeciem periſtromatis: mox cuſtodem carceris feſtinato adciri imperat; cui quum veniſſet: Ediſſere, inquit, num quiſpiam cibum intulerit illis Deorum contemtoribus, quos publicae cuſtodiae pridem addixi, fidemque in hanc rem tuam jurejurando mihi obſirmato. Tum ille teſtes invocans Deos, adfirmavit, a die, quo in carcerem injecti fuerunt, eos omni cibo, potuque caruiſſe, quum procul ab omnium mortalium adſpectu, atque in ſubterraneis ſpecubus abditi jacuiſſent. Admota quidem carceris foribus aure, ſubdit, identidem audiebam, omnes in ſuo quemque cubiculo illud crebro ingeminantes: Crux nobis feret opem: langueſcente tamen in dies voce. Protinus Imperator: Agitedum, inquit, & impios Deorum contemtores vinculis, ut antea, onuſtos huc ſiſtite. Carcerem itaque ingreſſi lictores, e ſua quemque cuſtodia Martyres ad quaeſtionem produxerunt: & duo quidem injectis collo catenis trahebantur, reliqui vero primos ſequi juſſi, juniores videlicet quinque, quos ſupra memoravimus, revinctis tamen poſt tergum, ut antea, manibus.

Quumque ad locum quaeſtionis perveniſſent: Reor equidem, inquit Imperator, diuturnum carcerem saniora vobis, quoad ea, quae prima in quaeſtione agitavimus, conſilia immiſiſſe.

Fortis cõſtãtia.

Cui beati Martyres: Fruſtra, ajunt, nos in novam adducis quaeſtionem, quum a diuturna vexatione nullae jam ſuppetant ad reſpondendum vires. Hipparchus enim plumbatis diu caeſus, ſcapularium collique uſum vix retinebat. Tum Imperator: Quod a primo quaeſtionis

[illegible]

ܗܘܐ: ܡܠܟܐ ܐܡܪ. ܡܬܛܦܫܝܢ ܐܢܬܘܢ
ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ ܠܟܘܢ ܡܢ ܩܘܡܐ ܩܕܡܝܐ:
ܚܢܢ ܗܘ ܦܢܝܢܢ ܘܐܡܪܝܢ: ܡܛܠ
ܡܬܦܢܝܢ ܐܢܬ ܥܡܢ ܣܓܝܐܬܐ ܒܡܠܐ ܗܢ
ܕܫܡܥܬ ܡܢܢ ܕܠܐ ܡܕܒܚܝܢ ܐܢܚܢܢ
ܡܕܡ ܕܨܒܐ ܐܢܬ: ܡܠܟܐ ܐܡܪ ܡܛܠ
ܡܢ ܠܟ ܒܠܚܘܕܝܟ ܫܐܠܬ ܐܘ ܦܘܡܐ
ܚܒܪܝܟ ܐܢܬ ܠܡܦܫܩܘ: ܗܝܕܝܢ ܒܠܗܘܢ
ܚܒܪܘܗܝ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܠܡܠܟܐ: ܛܪܘܢܐ
ܕܠܐ ܠܒܐ ܫܦܝܪ ܕܡܐ ܐܢܬ ܠܗܘܢ ܠܐܠܗܝ
ܛܥܘܝܟ: ܕܐܕܢܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܘܠܐ ܫܡܥܝܢ:
ܐܠܘ ܡܫܬܟܚܐ ܗܘܬ ܠܟ ܐܝܟ ܕܠܚܒܪܝܟ
ܐܡܪܝܢ ܠܟ: ܕܠܐ ܦܘܡܐ ܘܠܐ ܚܘܫܒܐ
ܘܠܐ ܕܩܝܡܝܢ ܘܠܐ ܕܥܬܝܕܝܢ ܠܐ ܦܪܫܝܢ
ܠܢ ܡܢ ܚܘܒܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ
ܐܠܗܢ.

ܘܐܬܚܡܬ ܦܘܠܚܗ ܕܡܠܟܐ ܦܘܪܣܬܐ
ܥܠ ܕܐܦܪܗܣܝܐ. ܘܦܩܕ ܠܡܬܚܠܘܝܐ
ܕܢܬܠܘܢ ܐܢܘܢ ܒܩܘܪܛܢܐ ܘܢܬܢܓܕܘܢ
ܐܢܘܢ ܬܠܬܝܢ ܒܥܩܪܐ ܒܥܩܒܐ
ܫܩܝܢ ܘܢܬܠܘܢ ܒܛܘܪܩܘܬ ܒܥܠ
ܒܛܢܗܘܢ: ܘܒܬܪ ܡܬܠܘܝܬܐ ܐܝܟ
ܦܘܩܕܢܐ ܕܡܠܟܐ: ܘܦܩܕ ܬܘܒ ܡܠܟܐ
ܕܢܬܠܘܢ ܐܢܘܢ ܠܒܝܬ ܐܣܝܪܐ ܡܢ ܒܬܪ
ܕܐܬܬܘ ܘܡܬܦܚܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ ܒܙܒܢܐ
ܕܢܬܠܘ ܠܒܝܬ ܐܣܝܪܐ ܐܢܫ ܕܐܣܝܪܝܢ
ܗܘܘ ܡܢ ܩܕܡ: ܘܦܩܕ ܡܠܟܐ ܕܠܐ ܐܢܫ
ܢܥܘܠ ܠܗܘܢ ܠܐ ܠܡܚܙܐ ܘܠܐ ܠܡܥܒܪܘ
ܐܠܐ ܒܡܠܘܐ ܠܚܡܐ ܒܠܚܘܕ ܕܠܐ ܢܡܘܬܘܢ
ܠܗܘܢ ܕܠܐ ܥܢܝܐ: ܘܗܘܘ ܒܗܕܐ ܐܘܠܨܢܐ
ܡܢ ܫܒܥܣܪܐ ܒܢܝܣܢ ܕܡܠܐ ܠܫܒܥܐ
ܘܫܒܥܐ ܒܚܙܝܪܢ ܢܫܐ ܒܡܬܒܪܝܢ ܕܝܢ
ܘܐܬܬܐ ܒܚܙܝܪܢ.

ܒܬܪ ܡܠܟܐ ܘܐܝܬܝ ܐܢܘܢ ܠܦܪܛܘܪܝܢ
ܟܕ ܕܠܝܢ ܠܡܚܙܐ ܕܢܦܫܝܢ ܡܢ ܥܬܐ
ܡܫܩܐ: ܚܙܐ ܡܠܟܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ:
ܚܙܝܬܐ ܠܗܘܢ ܫܦܝܪ ܐܢܬܘܢ. ܦܠܐ
ܡܬܕܡܪ ܐܢܐ ܒܟܘܢ ܕܫܡܥܬܘܢ ܗܘܝܬܘܢ
ܒܥܬܐ ܕܠܝܠܘܬܐ: ܕܗܐ ܦܩܕ ܐܢܐ
ܘܡܬܦܟܪܝܢ ܠܟܘܢ ܘܐܙܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܫܝ
ܐܢܬܘܢ

ſtionis veſtrae die vobis imperatum eſt facere velitis nec ne, modo edicite. At illi: Quorſum tot verba? Sexcenties diximus, nos ſacrificare nolle: tu vero tuo jam utere jure, ut quodcumque in nos pridem decreveras, quantocius exſequaris. Num te, Hipparche, unum, inquit Imperator, interrogavi; aut quiſpiam te forte ſociorum interpretem inſtituit? Tunc vero ſocii omnes conclamarunt: Inſanis, Tyranne vecors, & omnis plane rationis expers; ſimilis nempe Diis tuis effectus, aures habentibus, & minime audientibus; nam ſi tu quidem aures haberes minus impeditas, utique recoleres, nos tibi pridem dixiſſe, nec inſtantibus, nec futuris quibuſcumque caſibus ab amore Chriſti Domini noſtri nos ullatenus avulſum iri.

Qua dicendi libertate vehementer commotus Imperator, Reos equuleo ſuſpendi confeſtim jubet, & vicenis latera ictibus contundi, taurinis inſuper loris ventrem acerrime diverberari. Ita huic quaeſtioni eſt factus finis. Mox in carcerem quiſque ſuum, inſultantibus atque trudentibus a tergo ſatellitibus, abacti ſunt: ſimulque prohibiti omnes adire Reos, aut ipſis cibum adferre. Porro ne ab inedia perirent, atque futurae quaeſtionis acerbitates evaderent, juſſi excubitores, illis tantum panis ſuppeditare, quantum ad ſuſtentandam vitam aegre ſufficeret. His, atque ejuſmodi aerumnis adflicti ſunt beati Martyres a XVII. Kalend. Majas uſque ad VII. Kalend. Julias.

Diriſſime vexantur.

Tum demum Imperatoris juſſu ad Praetorium deducuntur, confecti macie, totiuſque corporis ſic immutata ſpecie, ut cadaveribus quamſimillimi viderentur. Tunc Imperator: Necdum, miſeri, periiſtis? Equidem miror, vos tot aerumnis minime fuiſſe confectos: ſed nunc vos tonderi jubebo, ad & balneum deportari, indeque bene lotos in palatium intromitti, ibidem publico judicio,

Crucis ſuppli. cio damnātur.

me praeſente, libertatem conſequuturos; dummodo mutata ſententia, Diis incenſum offerre ſtatuatis. Hoc enimvero ſi praeſtiteritis, ſpondeo, vos ſummis in Republica honoribus muneratum iri. At illi ſimul omnes: Obſtruatur, ajunt, os tuum, qui talia nobis ſuggeris, pereantque oculi tui: hiſce nempe artibus nos, improbe moliris, a ſancta, quam Servator noſter Jeſus Chriſtus, Filius Dei Vivi nobis aperuit, vitae via abducere.

Jeſus Chriſtus Filius Dei vivi.

Excanduit ad haec Imperator, atque exclamavit: Mortem ſcilicet, o peſſimi, quaeritis: propterea, ut vos perditum eam, me convicio laceſſitis. Ego vero vos voti compotes illico efficiam, ut Diis oblatrare quandoque deſinatis. Continuo ad ſatellites ſuos converſus: Quandoquidem, inquir, fidem meam Diis obſtrinxi, me Chriſtianos iſtos eodem, quo ipſorum Magiſter Chriſtus Hieroſolymis periit, ſupplicio adfecturum; ite, oraque reos luparis conſtringite, mox ad ſupplicium extra urbem abripite.

At ſancti Martyres in Cruce ſibi moriendum eſſe intelligentes, incredibili laetitia adfecti ſunt, haec inter ſe ſubmurmurantes: Nos utique indigni ſumus, qui eo, quo Chriſtus occiſus eſt, ſupplicio honeſtiſſimam mortem oppetamus. Tum vero Philotheus ſocios blande increpans: Silete, ajebat, Fratres, ne qua vobis excidat vox, quae nos hodie ab eo, quod ingreſſi ſumus, virtutis ſtadio abducat: & cum ſilentio orate, ut ab hoc miſerrimo ſeculo ad Deum, quem tamdiu quaerimus, ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & Spiritum Sanctum abeamus.

Ad locū ſupplicii ducti.

Catenis itaque ora conſtricti, facinoroſorum inſtar hominum extra muros trahebantur: ita ad ſupplicii locum, quem Tetradion adpellant, ventum eſt. Aderant ibidem Hipparchi, & Philothei adfines & cognati, longa ſervorum caterva

ܐܢܫܘ ܕܡܟܪܟܝܢ ܗܘܘ ܘܒܟܠܬܗܘܢ
ܘܚܙܝܢ ܗܘܘ ܐܘܠܨܢܗ ܕܠܗܘܢ ܡܒܟܝܢ
ܘܐܒܠܘ ܒܡܪܝܪܘܬܐ ܕܐܝܠܝܢܐ : ܟܕ
ܫܡܥܘ ܐܝܟ ܕܒܪܝܢ ܣܘܥܪ̈ܢܐ ܒܩܕܝ̈ܫܐ.
ܘܟܕ ܗܘܬ ܥܠ ܐܫܬܡܥܬ ܒܟܠܗ̇
ܡܕܝܢܬܐ ܐܬܟܢܫܘ ܡܢ ܪ̈ܘܪܒܢܐ
ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܐܬܝܗܒܘ ܫܡܗ̈ܝܗܘܢ
ܗܠܝܢ : ܛܒܪܝܢܘܣ : ܘܓܠܠܘܣ :
ܘܠܘܢܓܝܢܝܢܘܣ : ܘܦܠܝܩܝܢܘܣ :
ܘܦܪܘܩܠܘܣ ܘܩܘܙܡܝܢܘܣ :
ܘܡܣܩܘܠܝܢܘܣ : ܘܦܪܝܣܩܘܣ :
ܕܠܗܘܢ ܠܗܠܝܢ ܡܫܠܡܐ ܗܘܬ ܒܠܗ̇
ܡܕܝܢܬܐ ܡܢ ܦܘܩܕܢ ܡܠܟܐ ܘܗܘܝܢ
ܡܬܒܥܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܐܝܟܐ ܕܢܐܙܠܘܢ ܩܕܡܘܗܝ:
ܩܕܡ ܡܠܟܐ ܐܙܠܘ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܐܝܟ
ܕܢܚܘܘܢ ܘܢܐܡܪܘܢ ܠܗ : ܕܠܐ ܬܬܥܝܩ
ܡܠܟܐ ܡܛܠ ܕܐܬܦܪܣܬ ܕܩܕܡ ܡܠܟܐ:
ܕܟܢܝܫܐ ܡܠܟܘܬܟ ܕܢܫܒܘܢ ܗܢܘܢ ܒܢ̈ܝ
ܒܬܪܥܐ ܕܡܕܝܢܬܐ . ܐܦ ܟܠܗ ܟܢܫܐ
ܕܡܕܝܢܬܐ ܠܗ ܡܢ ܛܪܕܝܘܢ ܥܕܡܐ
ܠܬܪܥܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܟܕ ܡܠܝܐ ܗܘܬ
ܦܪܬܐ ܡܬܓܒܗ ܕܐܝܟ ܩܕܡ ܐܢܫܐ
ܡܫܡܫܢܐ ܡܢ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܗܢܐ ܒܚܕܐ
ܦܠܘܢ ܘܡܘܡܢܐ ܐܝܟ ܕܠܗܘܢ : ܕܟܠ
ܡܠܟܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܠܪܘܪܒܢܐ ܩܠܝܠ
ܩܕܡ ܐܝܟܐ ܕܠܗܘܢ ܒܥܝܬܐ ܗܕܐ
ܦܪܬܐ ܡܬܓܒܠܐ ܥܡܗܘܢ : ܘܡܚܘ
ܡܚܘ ܠܪܘܪܒܢܐ ܩܕܡ ܒܥܘܬܐ ܦܪܬܐ
ܘܐܡܪܘ ܠܗ : ܦܪܝ ܐܝܟ ܡܢ ܡܢ
ܡܠܟܐ ܕܠܐ ܬܗܘܐ ܒܥܬܐ ܗܕܐ ܦܪܬܐ
ܒܡܕܝܢܬܐ : ܡܬܬܒܥܐ ܡܢܟ ܐܝ ܡܠܟܐ
ܕܠܗ ܐܢܫܘܬܐ ܒܟܠܠܗ ܩܪܝܒܐ ܠܗ :
ܡܡܠܟܘܬܐ ܕܒܐܠܐ ܐܝܟ ܒܠܐ ܥܠܬܐ:
ܕܩܘܡ ܫܒܥܐ ܡܢܝܐ ܡܠܟܝܗ ܕܗܘܝ
ܒܪ̈ܓܠܝܗܘܢ ܐܙܠܝܢ ܠܡܘܬܐ :
ܘܫܒܩܬܗܘܢ ܡܢ ܡܢܝܢܐ ܐܝܟ
ܕܡܕܝܢܬܐ . ܐܠܐ ܬܦܣܘܩ ܡܠܟܘܬܟ
ܘܢܩܒܠܘܢ ܠܗܘܢ ܠܪ̈ܘܪܒܢܐ ܗܢܘܢ ܡܢ
ܐܩܠܝܠ ܕܢܦܩܕܘܢ ܠܒܢ̈ܝ ܒܝܬܗܘܢ
ܐܝܟ ܢܡܘܣܐ ܡܢ ܒܟܬܒܐ : ܐܦ ܠܢ ܐܝ
ܦܪܬܐ

terva ſtipati, qui miſerandam eorum conditionem contuenres, queſtubus, & ſingultibus locum complebanr.

Ceterum quum rerum, quae circa beatos Martyres gerebantur, rumor in urbe percrebuiſſer, viri quidam nobiliſſimi, quorum haec memoranrur nomina: Tiberianus, Gallus, Longinianus, Felicianus, Proclus, Coſmianus, Maſcolianus, & Priſcus, quibus Imperatoris decreto urbis adminiſtratio fuerar demandara, accepra ab officio occaſione Imperarorem adeunr, velur cauſſam publici illius luctus eidem expoſiruri. Non eſt, ajebant, quod animo perturberis, Imperator, quod cognati iſtorum hominum, in quos Majeſtas tua animadverti juſſir, ad urbis porram concurrerint, quodque civium ingens caterva campos a Terradio uſque ad porram compleverir. Nec enim fieri poteſt, ut quis a lacrymis remperet, contuens rales viros civitaris noſtrae principes in ranram calamirarem incidiſſe. Quibus Imperator: Tanram profecto malorum conluviem, reſpondit, ipſi ſibi arceſſivere, dum mihi, juſta urique & aequa ſuadenri, obaudire perrinaciſſime recuſant. Illi ſummis precibus inſtanr, ut in grariam mulrirudinis mirigari ſententiam velit, tantoque luctu urbem liberari. Et vero, inquiunr, ſi unius privati hominis mors univerſam familiam ad acerbiſſimum luctum provocare ſolet, quali moerore nos adfectura putas, Imperator, ſeptem Virorum urbis noſtrae principum funera; praeſertim quum illos non ex incidenti aliqua aegritudine exſtingui, ſed pedibus ipſos ſuis ad mortem procedere videamus? Quod tamen minimum eſt, a te oramus, brevem ſcilicer Reis concedi moram, liceatque ad horam cognaros adloqui, eiſque ſuprema mandara dare, & domeſticorum rationibus, condito de more reſtamento, proſpicere. Noſtri etiam magni intereſt, eos rantiſper a

 quae-

quaeſtione ſolvi, dum publicae adminiſtrationis rationes ab ipſis exigamus: noſtri quippe collegae ſunt Hipparchus, & Philotheus; iſti vero quinque juvenes urbis noſtrae inter Patricios cenſentur. Quamobrem ipſos quoque tuo, Domine, imperio cogi aequum eſt, res ſuas primum componere, & ad ſupplicium prope ducendos domeſticis valedicere. Tum Imperator: Jubeo, ait, a ſatellitibus actutum Reos dimitti, & ad veſtrum congreſſum, conloquiumque venire, vobiſque de iis, quae tum privatis, tum publicis rationibus conducibilia viſa fuerint, reſpondere.

Ea Imperatoris indulgentia laeti Proceres, ad beatos Martyres advolant, eoſque e lictorum manibus ereptos in Circi veſtibulum introducunt: ubi, remotis arbitris a lupatis quibus conſtricti fuerant, primo quidem expediunt, tum ipſos peramanter amplexari: Vobis, ajunt, Amici, libertatem ab Imperatore impetravimus, publicarum rationum nomine, revera autem ut veſtro conloquio potiremur, veſtramque pro nobis interceſſionem apud Deum, pro cujus cauſſa mortem oppetitis, boc qualicumque officio mereremur. Agitedum, amici, res domeſticas quantocius curate, dum per tempus licet; ſed & huic Urbi, quae vos aluit, veſtriſque Civibus bene dicere memineritis. Haec, & alia hujuſmodi inter ſe differentes, ad forum urbis pervenere, ubi beatorum Martyrum cognatis clanculum adeſſe juſſis, ad aurem ſuggerunt, ut ſimul ac Martyres portam Urbis intraſſent, elata voce eos ad componendas domeſticas rationes, beneque Civitati precandum adhortarentur.

Urbi bonā felicitatemq; adprecantur.

Quod quum illi feciſſent, Martyres ad confertiſſimam multitudinem converſi, in hunc modum loquuti ſunt: Jam vero vos nobis auſcultare, miſſis clamotibus, par eſt: & quoniam Servator noſter nos admonuit, ſe petentium pre-

ܡܛܠ ܕܐܡܝܪ ܠܢ ܒܟܬܒܐ : ܕܢܥܒܕ ܠܚܕ
ܗܘ ܠܗ : ܘܢܦܠܚ ܡܢ ܠܐ ܡܬܛܠܡܢܘܗܝ :
ܐܦ ܚܢܢ ܐܝܟ ܚܝܠܢ ܡܨܠܝܢܢ ܐܠܗܐ
ܠܐܠܗܐ ܘܠܡܫܝܚܗ ܘܠܪܘܚܗ ܕܩܘܕܫܐ ܗܘ
ܕܡܛܠ ܫܡܗ ܗܘ ܡܣܬܝܒܪܝܢ ܐܘܠܨܢܐ
ܣܓܝܐܐ ܡܫܬܥܠܝܢ ܗܘܝܢ ܕܡܛܠܬܗ
ܐܡܝܢܐܝܬ ܠܡܘܬܐ : ܘܠܐ ܦܫܛܢ ܐܝܕܝܢ
ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܢܘܟܪܝܐ ܕܗܘ ܢܥܒܕ ܒܛܝܒܘܬܗ
ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ ܘܢܥܩܘܪ ܦܘܠܚܢ
ܦܬܟܪܘܬܐ ܒܫܪܫܐ . ܘܗܘ ܢܥܒܕ ܡܢ
ܟܪܣܛܝܢܘ ܬܩܘܡ ܒܗ̇ ܥܕܬܐ ܘܢܒܢܐ
ܣܓܝܐ̈ܐ ܢܬܒܢܝܢ ܕܡܫܝܚܐ : ܢܒܛܠ ܡܢܗ
ܒܡܫܬܘܬܐ ܕܫܐܕܐ ܘܢܒܛܠ ܒܝܬ ܦܬܟܪܐ
ܒܢܝ̈ܐ ܕܡܫܝܚܐ : ܢܒܛܠ ܡܢܗ ܕܝܢ
ܟܘܡܪܘܬܐ ܕܣܛܢܐ ܘܢܣܓܐ ܟܘܡܪ̈ܘܗ̇
ܗܘܠܠܐ ܘܫܘܒܚܬܐ : ܘܠܩܘܒܠ ܩܘܪܒܢܐ
ܘܟܘܢܫܐ ܐܠܗܝܐ ܕܡܙܡܘܪ̈ܐ ܕܬܫܒܘܚܬܐ
ܘܡܕܒܚܘܬܐ : ܘܠܩܘܒܠ ܦܬܟܪ̈ܐ ܙܢܝܐ
ܕܢܦܩܝܢ ܠܥܡܘܕܐ ܕܡܕܒܚܬܐ ܗܕܐ
ܢܬܩܢ ܒܟܠܗ̇ ܘܡܕܒܚ̈ܐ ܡܩܕܫܐ ܬܘܒ:
ܘܠܩܘܒܠ ܕܒܚܐ ܕܛܢܦܐ ܕܐܝܬ ܒܟܠܗ̇
ܘܡܕܒܚ̈ܐ ܢܬܩܢܘܢ ܒܟܠܗ̇ ܡܫܝܚܝܐ
ܡܩܕܫܐ : ܘܠܩܘܒܠ ܒܬܘܠܘܬܐ ܕܢܚܦܝܢ
ܟܢܫܐ : ܢܬܩܢ ܒܟܠܗ̇ ܒܬܘܠܬܗ
ܕܡܫܝܚܐ . ܘܠܩܘܒܠ ܕܝܘܬܐ ܕܡܬܦܚܢܝܢ
ܡܣܬܪܩܝܢ ܠܐܠܗܐ ܫܝܕܐ . ܢܬܩܢ
ܒܟܠܗ̇ ܟܢ ܫܡܫܐ ܕܡܫܡܫܝܢ ܠܐܠܗܐ
ܒܝܬܗܘܢ : ܘܠܩܘܒܠ ܥܕܝܢܬܐ ܕܒܓܢܝ
ܒܟܠܗ̇ ܢܬܩܢ ܒܟܠܗ̇ ܘܥܕܡܐ ܠܡܐܬܝܬܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܠܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ : ܘܥܢܘ ܟܠܗ
ܥܡܐ ܘܐܡܪܝܢ : ܐܡܝܢ : ܘܥܢܘ
ܗܘܦܪܟܘܣ ܘܦܝܠܘܬܐܘܣ ܘܐܡܪܝܢ :
ܕܟܠܗܘܢ ܐܢܫܐ ܕܡܫܬܟܚܝܢ ܠܗ̇
ܒܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ ܐܘ ܒܟܘܪ̈ܝܗ̇ ܢܗܘܘܢ
ܒܢܝ̈ ܚܐܪ̈ܐ ܡܛܠܕܡܠܦ ܟܬܒܐ ܥܒܕܐ
ܐܠܐ ܡܢ ܕܥܒܕ ܚܛܝܬܐ .

ܘܟܕ ܐܡܪܘ ܗܠܝܢ ܐܦܪܟܘܣ ܘܦܝܠܘ
ܐܬܐܘܣ ܘܟܘ ܟܢܫܐ ܡܟܪܙܝܢ : ܗܠܝܢ
ܕܝܢ ܟܠܗܘܢ ܕܗܘܘ ܡܢ ܩܕܡ ܕܗܠܝܢ
ܩܘܪܒܢܐ

preces raras habere, nec ſupplicem quemquam repellere; ipſi nos quoque pro tenuitate noſtra oramus Deum, & Chriſtum ejus, ejuſdemque Spiritum Sanctum, pro cujus ſancto nomine, etſi multiplices aerumnas, atque moleſtias ferre cogeremur, ut quotidie ad necem nos rapiendos eſſe exiſtimaremus; manus tamen noſtras ad Deos alienos neutiquam protendimus, ut ipſe pro ſua munificentia, atque bonitate Idolorum cultum ab hac civitate penitus avellat, & Chriſtianam in ea Religionem conſtituat: ira plane, ut everſis Deorum inanium delubris, Chriſti Eccleſias ubique conſurgere jubeat, & ſublato Satanae Sacerdorio, Sacerdotum Chriſti numerum augeat, victimarumque impiarum nidori Divinae Pſalmodiae concentus ſufficiat: impudentiam verecundia, libidines continentia & caſtis moribus extetminet. Mutis itidem ſimulacris contritis, ſancta ubique Altaria excitentur, & abolitis profanis Sacrificiis, Civitas noſtra Presbyterorum, atque Diaconorum collegiis exornetur. Virginibus pariter, quae malis daemonibus placiturae, ſe ornant, procul amotis, Sacrarum Virginum coetus coaleſcant. Expulſis item Ephoebis, qui in Deorum inanium honorem capillos deponunt, Clericorum Deo deſervientium ſodalitia inſtituantur, ſubrutiſque aediculis, quae in patria noſtra in immenſum increverunt, ſanctae ſurgant Religionis templa, uſque ad Chriſti adventum perpetuo manſura. Univerſus populus reſpondit: Amen. Continuo Hipparchus, & Philotheus ſubdunt: Edicimus item, ut omnes viri, qui vel in urbe, vel in ſuburbiis degunt, liberi habeantur; quoniam ſacrae nos Literae docent, praeter peccati ſervos, neminem ſervire. *1. Cor. 7.*

Haec, & alia ejuſmodi Hipparcho, & Philotheo pro concione dicentibus, populus in lacrymas, & ſingultus diſſolvebatur. Porro Sacerdos ille, a quo

Jacobus Sacerdos teſtis oculatus, horum Actorum ſcriptor.

a quo beati Martyres Baptiſmum ſuſceperant, pauperis perſona ſuam mentitus conditionem, qua perſequutorum diligentiam falleret, horum Martyrum Acta omnia uſque ad finem diligentiſſime conſcripſit. Quod etiam pari cura praeſtitit Paedagogus Galli ex mandato laudatorum Urbis Procerum.

Ut & Pedagogus Galli.

Martyrũ precibus ſe populus commēdat.

Poſtquam in medium urbis forum Martyres proceſſerunt, ingens rurſus in Populo motus conſequutus eſt, tota multitudine ad eorum conſpectum conclamante: Deus veſter, cui confiditis, ipſe veſtra vobis corpora reſtituet: nos interim ipſum oramus, ut precibus veſtris exoratus, noſtri miſereri dignetur. Ea populi commotione, utpote quae ſeditionis ſpeciem haberet, non mediocriter perturbati ſunt praedicti nobiles viri, veriti, ne ab Imperatore arguerentur, quod reos capitali ſententia damnatos ad frequentem populum verba facere permiſiſſent. Adcitis ergo duobus, qui tunc forte aderant, laniſtis, duorum denariorum oblata mercede, imperant, ut multitudinem compeſcere enitantur. Sublatis, inquiunt, manu lapidibus, ſociis ſilentium indicite, addita comminatione, nî pareant, fore ut lapidibus actutum obruantur ipſi, eorumque aedes incendantur, ſimulque ad circumſtantem turbam converſi: Parcite jam, inquiunt, clamoribus. Similiter laniſtae, ut condictum fuerat, lapides ſuſtulere, minati, nî tacerent, eos ſaxis obrutum iri.

Haec Imperatorem latere profecto non poterant: nam tumultuantis populi voces ad Regiam uſque ferebantur. Extemplo memoratos Nobiles Viros arceſſiri jubet, & : Certe, inquit, graviter peccaſtis, qui conceſſa facultate abuſi, reos iſtos pro concione dicere permiſiſtis. At illi: ſcilicet ne tumultus, ajunt, invaleſceret, reis illud neutiquam prohibendum exiſtimavimus.

Poſt Imperator cum omni comitatu

ܗܘ̇ ܕܡܢ ܣܗܕܐ : ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܩܒ̈ܠܘ
ܘܐܣܟܡ ܐܝܟ ܠܡܣ̈ܟܢܐ ܒܡܫܚܠܦܘܬܐ
ܕܢܛܥܐ ܚܦܝܛܘܬܐ ܕܪ̈ܕܘܦܐ ܠܣܗ̈ܕܐ ܡܢ
ܫܘܪܝܐ ܘܥܕܡܐ ܠܫܘܠܡܐ : ܟܕ ܒܝܘܬܪܐ
ܗܘܐ ܗܘ̇ ܣܥܪܐ ܚܕ ܡܢ ܩܫ̈ܝܫܐ
ܕܡܕܝܢܬܐ : ܢܛܘܪܗ ܕܝܢ ܕܓܠܘܣ ܡܢ
ܦܘܩܕܢ ܪ̈ܒܐ ܗ̈ܠܝܢ ܡܝܩܪ̈ܐ ܕܡܕܝܢܬܐ
ܐܟܘܬ ܗܘܐ ܐܦ ܗܘ ܟܬܒܗ ܕܫܪ̈ܒܐ
ܕܣܗ̈ܕܐ .

ܘܟܕ ܢܦܩܘ ܠܡܨܥܬܗ ܕܫܘܩܐ
ܕܡܕܝܢܬܐ . ܗܘܐ ܬܘܒ ܙܘܥܐ ܪܒܐ
ܘܐܬܟܢܫܬ ܟܠܗܘܢ ܕܚܙܘ ܣܗ̈ܕܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ
ܠܗܘܢ ܠܣܗ̈ܕܐ . ܕܐܠܗܟܘܢ ܕܬܟܝܠܝܢ
ܐܢܬܘܢ ܥܠܘܗܝ ܗܘ ܢܬܠ ܠܟܘܢ ܦܓܪ̈ܝܟܘܢ
ܠܦܓܪ̈ܝܟܘܢ . ܘܒܥܝܢ ܐܦ ܚܢܢ ܩܕܡܝܟܘܢ
ܕܢܬܪܚܡ ܥܠܝܢ : ܘܟܕ ܗܘܐ ܬܘܒ ܙܘܥܐ
ܗܟܢܐ ، ܐܬܕܚܠܘ ܗܘܘ ܪ̈ܘܪܒܢܐ ܝܩܝܪ̈ܐ
ܕܥܠܡܐ ܕܗܘܐ ܙܘܥܐ ܗܢܐ ܗܘܐ . ܟܕ
ܐܡܪܝܢ : ܕܠܡܐ ܢܫܡܥ ܡܠܟܐ ܘܢܐܡܪ ܥܠܝܢ
ܕܝܗܒܢ ܠܗܘܢ ܠܣܗ̈ܕܐ ܕܢܡܠܠܘܢ
ܒܟܢܫܐ : ܘܩܪܘ ܠܬܪ̈ܝܢ ܡܚ̈ܘܝܢܐ
ܕܐܝܬ ܗܘܘ ܬܡܢ ܒܟܢܫܬܐ
ܘܝܗܒܘ ܠܗܘܢ ܬܪܝܢ ܕܝܢ̈ܪܝܢ ܘܐܡܪܝܢ
ܠܗܘܢ : ܗܐ ܫܩܘܠܘ ܟܐ̈ܦܐ ܒܐܝܕ̈ܝܟܘܢ
ܘܐܡܪܘ ܠܚܒܪ̈ܝܟܘܢ ܕܢܫܬܩܘܢ : ܘܐܢ
ܠܐ ܫܬܩܝܢ ܪܓܡܝܢ ܐܢܚܢܢ ܠܟܘܢ
ܘܡܘܩܕܝܢ ܐܢܚܢܢ ܒ̈ܬܝܟܘܢ : ܘܐܦ
ܠܟܢܫܐ ܟܠܗ ܐܡܪܘ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ
ܕܫܬܘܩܘ ܫܠܝܐ . ܘܐܝܟ
ܡܐ ܕܐܬܛܟܣ ܡܚ̈ܘܝܢܐ ܫܩܠܘ ܟܐ̈ܦܐ :
ܘܐܡܪܘ ܕܠܐ ܫܬܩܝܢ ܡܬܪܓܡܝܢ
ܒܟܐ̈ܦܐ .

ܘܐܫܬܡܥ ܩܠ ܙܘܥܐ ܠܡܠܟܐ : ܘܟܕ
ܫܡܥ ܡܠܟܐ ܫܕܪ ܐܝܬܝ ܐܢܘܢ ܠܪ̈ܘܪܒܢܐ
ܗ̈ܠܝܢ ܝܩܝܪ̈ܐ ܠܘܬܗ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ :
ܣܓܝ ܐܣܟܠܬܘܢ ܕܝܗܒܬܘܢ ܠܗܘܢ
ܕܢܡܠܠܘܢ ܒܟܢܫܐ : ܘܥܢܘ ܘܐܡܪܝܢ
ܠܡܠܟܐ ܕܐܠܘ ܠܐ ܝܗܒܢ ܠܗܘܢ ܕܢܡܠܠܘܢ .
ܣܓܝ ܗܘܐ ܠܗ ܥܠܝܢ ܙܘܥܐ
ܗܟܢ

ܢܦܩ ܡܢ ܬܪܥܐ ܕܗܘܐ ܙܥܘܪܐ .
ܘܥܠ ܒܒܝܬܐ ܗܘ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܡܕܢܚܐ
ܗܘ ܘܒܠܘ ܠܐܘܪܚܐ ܕܐܙܠܐ . ܘܢܦܩ ܗܘܐ
ܠܗ ܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܡܢ ܬܪܥܐ ܪܒܐ
ܘܐܬܐ ܣܓܕ ܠܦܬܟܪܐ ܕܐܬܣܝܡܝܢ ܗܘܘ
ܫܕܪ ܠܡܬܒܥܘ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܠܣܗܕܐ
ܕܢܐܬܘܢ ܠܩܕܡ ܒܝܡܐ . ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܡܢ
ܟܠܗ ܥܡܐ ܐܬܟܢܫܘ ܒܬܪܗܘܢ ܘܡܢ
ܡܫܝܚܘܬܗ ܘܐܫܩܠܝܢ ܗܘܘ ܠܒܘܫܝܗܘܢ ܥܠ ܥܝܢܝܗܘܢ
ܠܡܕܝܢܬܐ . ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܠܘܬ ܣܗܕܐ
ܘܐܠܘ ܐܢܫܐ ܕܡܝܬܝܢ ܠܒܝܬ ܩܒܘܪܐ
ܠܟܠܗܘܢ ܘܡܠܟܐ ܟܕ ܚܙܐ ܡܢ ܕܝܢ ܡܕܝܢܬܐ
ܥܠܝܗ ܗܘܘ ܡܢ ܣܗܕܐ ܘܠܩܘܒܠܗܘܢ
ܘܩܡܘ ܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܗܘܘ ܐܦ ܐܡܪܝܢ ܠܗܘܢ :
ܕܐܝܟ ܡܝܬܐ ܡܦܩܝܢ ܐܢܫ ܠܩܒܪܐ :
ܘܠܟܘܢ ܗܟܢܐ ܡܦܩܝܢ ܐܢܫ ܠܙܩܝܦܐ ܕܩܪܝܒ :
ܘܐܡܪ ܡܠܟܐ ܠܣܗܕܐ : ܫܒܘܩܘ ܠܟܘܢ
ܡܢ ܚܪܝܢܘܬܐ ܗܕܐ ܕܠܡܘܬܐ ܡܩܪܒܐ ܠܟܘܢ :
ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܣܗܕܐ ܐܡܪܝܢ ܠܗ :
ܕܡܪܢ ܘܐܠܗܢ ܕܦܠܚܝܢܢ ܠܗ ܠܐ ܗܘ
ܗܟܢܐ ܡܠܦ ܠܢ : ܐܠܐ ܕܡܢ ܕܝܗܒ ܢܦܫܗ
ܡܛܠܬܗ ܢܫܟܚ ܚܝܐ ܒܡܠܟܘܬܗ
ܕܠܥܠܡܝܢ : ܘܐܡܪ ܡܠܟܐ ܘܐܡܪ
ܠܗܘܢ ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܒܗܢܐ ܛܘܥܝܝܐ
ܩܝܡܝܢ ܐܢܬܘܢ : ܘܐܡܪܘ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ
ܣܗܕܐ . ܠܐ ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܒܠܚܘܕ ܐܠܐ
ܥܕܡܐ ܠܡܐܬܝܬܗ ܕܢܘܗܪܢ ܝܫܘܥ
ܡܫܝܚܐ : ܡܕܡ ܕܨܒܐ ܐܢܬ ܥܒܕ ܒܢ
ܐܝܟ ܡܘܡܬܐ ܕܝܡܝܬ .

ܘܦܩܕ ܡܠܟܐ ܘܐܬܩܝܡܘ ܫܒܥܐ ܙܩܝܦܐ
ܕܩܝܣܐ ܠܘܩܒܠ ܬܪܥܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܒܐܬܪܐ ܗܘ
ܕܡܬܩܪܐ ܒܝܬ ܙܩܝܦܐ ܕܡܛܠ ܕܬܡܢ
ܡܬܬܦܪܥܝܢ ܗܘܘ ܒܝܫܐ ܬܡܢ ܦܩܕ
ܕܢܬܩܝܡܘܢ ܙܩܝܦܐ ܥܠ ܐܘܪܚܐ : ܘܦܩܕ ܡܠܟܐ
ܘܐܬܬܣܝܡܘ ܩܕܪܐ ܕܢܚܫܐ ܕܡܠܝܢ
ܡܫܚܐ ܥܠ ܢܘܪܐ ܘܬܒܢܐ ܘܩܝܣܐ
ܕܢܬܟܢܫܘܢ ܒܗܘܢ ܘܟܐܦܐ ܘܣܟܝܢܐ
ܘܣܝܦܐ : ܘܩܪܐ ܠܗܝܦܪܟܘܣ
ܘܐܡܪ : ܚܘܣ ܥܠ ܣܝܒܘܬܟ ܐܘ ܓܒܪܐ
ܒܝܫܐ ܘܡܚܒܠܐ ܕܢܦܫܗ ܘܒܗܬ ܠܟ ܡܢ
ܫܘܝܫܐ :

tatu ſuo extra urbem per minorem portam egreſſus, fanum, quod ad Orientem in via, quae ducit ad majorem portam, ſitum eſt, adit ſimulacra Deorum ibidem poſita adoraturus. Mox Tribunal conſcendit, miſſiſque in urbem ſatellitibus, Martyres ad quaeſtionem trahi jubet. Quo comperto populus univerſus ipſos conſequutus eſt, eorumque veſtes praenſantes oculis admovebant, quum diceret: Siquidem mortuos ad ſepulcrum efferre ſolemus; ſimili ergo honore vos quoque, in Cruce paullo poſt morituros, a nobis efferri par eſt. Tum Imperator ad beatos Martyres verba faciens: Ponite jam, inquit, pertinaciam hanc, vobis exitium adlaturam. Cui ſancti Martyres: Non haec utique, reſpondent, Dominus, & Deus noſter, quem colimus, nos docet, ſed his plane contraria: eos, videlicet, qui pro ipſius amore vitam ponerent, longe praeſtantiorem vitam in ejuſdem Regno conſequuturos. Tum Imperator: Uſque modo, miſeri, ait, in hoc errore perſiſtitis? Cui beati Marryres: Non tantum hucuſque, reſponderunt, verum etiam uſque ad ipſius, qui noſtra lux eſt, Jeſu Chriſti adventum. Quaecumque ergo in nos ſtatuiſti, actutum exſequere: de hoc enim modo jurabas.

Abſoluta in hunc modum quaeſtione, Imperator ſeptem cruces erigi juſſit contra portam urbis eo in loco, cui a patibulis nomen inditum eſt, quod ibi in reos animadverti ſoleret. In eo itaque loco cruces erigi juſſit Imperator juxta viam, quae ad Urbem ducit, ahena inſuper oleo plena ardentibus focis imponi, & ſtipulam, atque ſarmenta colligi, congerique lapides, ſicaſque, & gladios nudari; terribili ea ſpecie Martyres a propoſito dimovendos eſſe confidens. Mox Hipparchum compellans: Parce, ait, ſenectuti tuae, homo perditiſſime, tuiquemet hoſtis infeſtiſſime, pudeat te infami Crucis ſuppli-

plicio perire. Erat Hipparchus calvus; impoſita itaque capiti manu: Quemadmodum, reſpondit, fieri nequit, ut praeter naturae ordinem ſuccreſcente coma calvus ipſe eſſe deſinam; ita certum eſt in hac parte morem tibi me nunquam eſſe geſturum.

Cruci adfigitur.

Dixerat, quum illico Imperatore praeſente atque urgente, omnes, ſeptem autem erant, in Crucem aguntur. Mox haedinis pelliculis Hipparcho caput operiri, claviſque acuminatis configi imperat, deinde eidem inſultans: En, Hipparche, ait, coma tibi, quod fieri poſſe modo negabas, nunc ſubito ſuccrevit. Age ergo, Diis ſacrifica; hoc enim te facturum ſpondebas. Haec ab Hipparcho tacito labiorum motu excepta ſunt, ut crederetur aliquid reponere voluiſſe, niſi deficientem ſpiritu ſubita mors occupaſſet. Mox Imperator Philotheum, & ſocios adoritur: Scilicet, ait, vos poſthac Diis ſacrificaturos credo, nec enim vitam prodigere fas eſſe putabitis: quod tamen iſte ſenex facere non dubitavit, ſibi ipſe infeſtus. Cui Sancti Martyres: Nos vero contra, inquiunt, etiam atque etiam Deum, & Chriſtum ejus, ejuſdemque Spiritum Sanctum oramus, ut & illum quamprimum adſequamur, & immortali cum ipſo in die Domini noſtri Jeſu Chriſti corona donemur: & quoniam eidem, ut patri, obſequimur, ipſum audire cupimus dicentem quod ſcriptum eſt: Ecce ego, & Filii, quos dedit mihi Dominus Deus. Tum Imperator: At neque crucis, cui adfixi eſtis, ignominia vos commovet? Cui Martyres: Haec nempe quantacumque eſt, tota tua eſt. Quo dicto, ſuam ludi operam intelligens Imperator, illis in cruce relictis, in urbem regreſſus eſt. Ethnici vero illac praetereuntes, propter vicinae urbis frequentiam, ſanctis Martyribus inſultantes: Si quem colitis, ajebant, Deus eſt, hoc utique infortunium a vo-

Hipparchi caput clavis acutiſſimis confiſſum.

Joh. 17.

ܠܡܕܝܢܬܐ: ܐܠܐ ܕܝܢ ܕܢܬܠܝܢ ܗܘܘ
ܠܡܕܝܢܬܐ ܘܢܦܩܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܫܘܩܐ
ܐܡܪܝܢ ܠܗܘܢ ܠܐܘܟܠܘܣܐ ܕܠܐ ܠܐܠܗܝܗܘܢ
ܐܠܗܐ ܗܘ ܢܦܪܘܩܘܢ ܡܢ ܐܘܠܨܢܐ.
ܢܫܐ ܕܝܢ ܡܢܗܝܢ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ
ܕܡܝܩܪܢ ܠܡܕܝܢܬܐ: ܥܡܠܝ ܐܣܦܘܓܐ
ܘܣܘܕܪܐ ܘܢܚ̈ܬܐ ܥܡܗܝܢ ܐܝܬܝ ܘܩܪܒ
ܕܝܢܪܐ ܕܝܢܪܐ ܠܐܣܛܪܛܝܘܛܐ ܕܢܫܒܩܘܢ ܠܗܝܢ
ܕܢܟ̈ܣܢ ܕܡܥܬܐ ܕܐܦ̈ܝܗܘܢ ܘܕܡܐ
ܕܗܕ̈ܡܝܗܘܢ ܕܡܬܦܣܩܝܢ: ܗܘܘ ܕܝܢ
ܙܩܝܦܝܢ ܥܠ ܙܩܝܦܝܗܘܢ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ
ܐܚܪܢܐ: ܘܦܩܕ ܡܠܟܐ ܠܐܣܛܪܛܝܘܛܐ
ܕܢܩܒܥܘܢ ܠܗܘܢ ܣܟ̈ܠܘܬܐ ܘܡܣܡܪ̈ܐ
ܒܪ̈ܫܝܗܘܢ ܕܦܝܠܬܐܘܣ ܘܦܪܓܪܘܣ
ܘܕܚܒܝܒ: ܥܩܘܒ ܕܝܢ ܘܪܗܘܡܐ
ܘܠܘܠܝܢܐ ܒܕ ܣܠܩܝܢ ܐܢܘܢ ܥܠ ܙܩܝ̈ܦܐ
ܘܫܦܟܐ ܚܢܩܘ ܐܢܘܢ ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ ܒܙܩܝܦܐ
ܥܠ ܡܛܠܬܗܘܢ ܕܢܦܩܐ ܕܩܫܘܬܐ ܐܝܟ:
ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܕܐܬܦܩܕܘ ܡܩܠܬܐ ܠܐܣܛܪܛܝܘܛܐ
ܢܦܩ ܡܢܗܘܢ ܡܢ ܦܠܛܝܢ ܘܐܡܪ
ܢܫܡܥܘܢ ܘܐܡܪܘ: ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ ܕܝܢ
ܡܫܡܠܝܘܬܐ ܠܐܩܝܡܢ ܥܠܘ ܗܘܘ:
ܘܠܡܠܟܐ ܐܡܪܘ. ܚܕ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ
ܠܚܕܐ ܐܠܝܢ ܥܣܪܬܗܘܢ ܕܙܩܝܦܬ ܐܬܡܠܝ
ܠܥܝܢܝܟ: ܚܕ ܡܢܗ ܗܘܐ ܠܗ ܡܢ ܐܬܡܠܝ
ܐܝܟ ܕܫܬܐ ܡܢܗܘܢ: ܫܬܐ ܕܝܢ ܕܩܘܡܘ ܥܠ
ܙܩܝܦܐ ܗܐ ܡܝܬܘ ܠܗܘܢ. ܡܛܠ ܗܢܐ
ܕܢܗܘܐ ܠܥܠܝܬܘܢ. ܕܡܐ ܕܟܠܝܢ ܡܢܗܘܢ
ܕܢܥܒܕ ܥܡܠܐ ܡܢܝܢ ܫܠܕܐ: ܢܕܐ ܡܠܟܐ
ܡܠܟܐ ܘܐܡܪ ܠܐܣܛܪܛܝܘܛܐ. ܫܠܕܐ ܦܓܪ̈ܐ
ܐܢܐ ܕܢܣܬܚܒܘܢ ܒܚܒܠܐ ܘܢܬܪܡܘܢ
ܒܢܗܪܐ ܕܦܪܬ ܕܡܫܬܦܟܐ
ܚܝܒ̈ܐ.

ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ ܕܝܢ ܢܦܩܘ ܠܗܘܢ ܠܒܪ ܡܢ
ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܥܒܕܘܢ ܦܘܩܕܢ ܡܠܟܐ:
ܓܒܪܐ ܕܝܢ ܚܕ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ̇
ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܫܡܝܫܛ ܠܣܡܘܣܛܝܐ ܕܫܡܗ
ܗܘܐ ܒܣܘܣ: ܥܬܝܪ ܗܘܐ ܡܢ ܐܠܗܐ:
ܘܡܛܫܐ ܗܘܐ ܢܦܫܗ ܡܢ ܚܢܦܘܬܐ ܕܫܪܟܐ
ܐܝܟ

vobis avertere debuiſſet.

Nobiles autem Matronae, quarum memoriam honorare par eſt, ad locum, ubi Martyres pendebant, venere ſub meridiem: diſtributiſque in ſingula capita ſingulis denariis, ab excubitoribus obtinuere, ut liceret ſpongiis, & linteis, quae ſecum ipſae adtulerant, pendentium Martyrum vultus tergere, & profluentem e laceratis artubus cruorem excipere. Pependere autem beati Martyres uſque ad alteram diem. Jubet interim Imperator Philothei, Paragri, & Habibi capitibus infigi ferreos clavos: nam Jacobus, Romanus, & Lollianus a Carnificibus jugulati, in ipſo patibulo exſpiraverant. Quod tanta cum immanitate factum eſt, ut excuſſo per os, perque nares cerebro, in ipſo tormento omnes exanimarentur. Quae quum lictores Imperatori in palatio confeſtim renunciaſſent, ſubdunt: Quos heſterna die in crucem agi juſſiſti, Imperator, eorum unus ſub oculis tuis illico periit: ſex, qui in hunc diem ſuperſtites e patibulo pependerunt, modo exſtincti ſunt. Petimus itaque, ut edicas, quid de ipſorum cadaveribus fieri jubeas; jacent enim unumquodque ante crucem ſuam. Reſpondit Imperator: Scelerata cadavera inligato pedibus fune raptari volo, & in Euphratis profluentem projici: id tamen, ne ante ſolis occaſum, neque portis urbis patentibus fiat, caveo.

Philothei, Paragri, & Habibi capitibus ferrei infiguntur clavi. Jacobus aute, Romanus, & Lollianus in ipſo patibulo a Carnificibus jugulantur.

Interim dum Imperatoris mandatum exſequuturi ad ſupplicii locum extra muros lictores abeunt, Civis quidam Samoſatenus, nomine Baſſus, dignus ſane, cujus poſteritas cum laude meminerit, vir dives, ac timens Deum, etſi Ethnicorum metu Chriſtianam Religionem tegere cogeretur; quemadmodum olim pius Joſeph, qui Dominum ſepelivit, ſe ipſum occultaſſe traditur, ne Judaeorum odium, invidiamque in ſe concitaret: hic, inquam, ſpectatiſſi-

A Baſſo civi Samoſateno ſepeliuntur.

mae pietatis vir admonitus, beatorum Martyrum corpora in profluentem mox projectum iri, ad lictores properat extra urbem; oblatiſque ſeptingentis denariis, ſacra Lipſana ad ſepulturam depoſcit. Cui ſatellites: Tibi utique, bone vir, ajunt, morem gerere pergratum nobis, atque utile foret; at Imperatoris juſſa contemſiſſe, nobis valde periculoſum eſt. Id enim ſi ille reſcierit, nos ultimo ſupplicio certiſſime adficiet. Aſt vir optimus ille Samoſatenus trepidantes milites continuo interpellans: Vobis, ait, compertum eſſe arbitror, me ſummum apud Imperatorem in hac urbe locum tenere, atque Rempublicam pro arbitratu adminiſtrare: meo itaque jure uſus, Urbis portas ad aliquam diei horam clauſas eſſe jubebo, cauſſamque facti obtendam ſervi mei fugam. Hac ratione ſatellitum expugnata voluntate, Baſſus ſub ipſam noctem quanta fieri potuit celeritate inſtrui jubet ſeptem praegrandes ſtipites. Mox totidem oves e proprio grege deductas, atque ſtipitibus inligatas jugulat, diffluente in ſubjectam humum cruore, ut patibulorum, a quibus ſancti Martyres pependerant, ipſae oves ſpeciem praeferrent: inde ſatellites jubet ſtipites uſque ad Euphratem raptare de induſtria, quo ſanctorum Martyrum corpora in profluentem fuiſſe projecta, Magiſtratibus fucus fieret. Quod illi ſubinde ſtrenue praeſtitere, acceptiſque ex numerato denariis ſeptingentis abiere domum.

Habebat ille Samoſatenus ſuburbanum agellum, in quo demeſſum pridie triticum, atque in area congeſtum ſub eadem nocte cuſtodiebat ſervus. Hunc Baſſus ad ſe illico adcitum jubet ſacra Martyrum lipſana clanculum colligere, & in ſepulcrum, ipſo in loco ſupplicii repertum, quam celerrime inferre, pollicitus, tum ipſum, tum filios & uxorem in pii operis mercedem ſe protinus manumiſſurum. His artibus pius

ܢܟܦܐ: ܘܡܢ ܟܝܣܐ ܗܢܐ ܐܠܐ ܠܗ ܣܗܕܘܬܗ ܠܗ
ܘܠܐܝܩܪܐ ܘܠܚܝ̈ܠܝܗܘܢ ܣܠܩ ܐܢܫܐ ܕܩܒܘܪܬܐ
ܦܠܚ: ܘܐܦܩ ܟܠܗ ܡܢܝܢܐ ܣܓܝ ܐܢܫܝܢ ܕܗܘܘ
ܐܚܕ ܕܐܬܩܒܪܘ ܒܐܦܝ ܐܘܪܚܐ ܥܡ ܦܓܪܐ
ܡܢܝܢܐ ܡܢܝܢܐ ܐܢܫܐ ܡܢ ܐܢܘܢ ܠܩܒܘܪܬܐ ܕܐܬܩܛܠܘ.

pius ille vir Samoſatenus beatorum Martyrum corporibus ſepulturae honorem non mediocri aeris ſui impendio comparavit.

ADNOTATIONES.

(1) F*Ortuna*, Dea antiquis credita, calva, caeca, & rotae inſiſtens fingebatur: ut videre eſt in Nummis Imperatorum Romanorum, quos Joh. Jacobus Hoſmanus in Lexico univerſali deſignat, ubi & varia ejuſdem Numinis cognomina, ae epitheta exponit. Primus ei Romae templum dedicavit Ancus Martius, ſorore Numae natus, teſte Plutarcho de Fortuna Rom. Poſt Ancum plurima eidem templa Romae Servus Tullius, & alii diverſis in locis poſuerunt, ex quibus celebre fuit illud Praeneſtinorum, cujus parietinae hodienum conſpiciuntur.

(2) *Patrique coëſſentialem*, Jeſum Chriſtum profitentes Samoſateni Martyres, praeiſſe videntur Nicaenis Patribus, qui A. C. 325. ad praecavendam omnem Arianorum fraudem, & Chriſti Domini Divinitatem adſerendam, planiſſimeque exprimendam, Ομιύσιας, ſeu *Conſubſtantialitatis* vocabulum, veluti Fidei noſtrae teſſeram, adoptarunt. Ariani enim Jeſum Chriſtum, Creaturarum quidem praecipuam, imo & Deum, ſed quo ſenſu dicitur *Ego dixi: Dii eſtis, & filii Excelſi*, adfirmare non renuebant. Eum vero Patri coëſſentialem, ſeu conſubſtantialem, vel, ut loquitur S. Irenaeus lib. 3. cap. 18. coëxiſtentem, firmiter negabant. Arianorum veſtigiis inſtiterunt Sociniani, audax hominum genus, cervicoſum, & pertinaciſſimum, qui niſi Deum ex gratia, adoptione, poteſtate, atque miniſterio Chriſtum non adpellant.

(3) Hinc plane colligitur, antiquiſſimum fuiſſe aquae, ad Baptiſmum paratae, conſecrationis ritum: de quo conſule S. Cyprianum Epiſt. 70. Tertull. lib. de Baptiſm. cap. 4. S. Cyrillum Hieroſol. Catech. 3. S. Gregor. Nyſſ. Orat. de Bapt. S. Epiphanium Haereſ. 30. S. Auguſtinum lib. 6. de Bapt. cap. 25. Albinum Flaccum lib. de Divinis officiis cap de Sabbatho Paſchae, & Amalar. Fortunat. lib. 1. de Eccleſiaſt. offic. cap. 25. Quod ni ita eſſet, temere quidem, & importune Hipparchus, & Philotheus Jacobum Presbyterum efflagitaſſent, ut *Urceum Aquae* ad ſocios baptizandos ſecum deferret: cum incredibile omnino ſit, eos domi ſuae penuria fontium laboraſſe.

(4) Duplex erat *Oleum unctionis*. Alterum, quod Oleo, & balſamo etiamnum conficitur; idque Principale a ſacrorum Rituum Scriptoribus adpellatur: eo autem unguntur, qui baptizantur, in vertice, illi etiam qui confirmantur, in fronte, denique qui ordinantur. Alterum vero eſt ſimplex oleum, ab Epiſcopo conſecratum, quo unguntur Cathecumeni in pectore, & ſcapulis, & in fronte, antequam abluantur, quemadmodum & infirmi, atque energumeni. Videſis Damaſum in vita Sylveſtri; Innoc. I. Epiſt. 1. cap. 3. S. Ambros. lib. 3. de Sacram. cap. 1. S. Hieron. Dialog. contra Luciferianos; & Aſſemanum Bibl. Orient. tom. 2. par. 2. a pag. 260. ubi de Oleis juxta Chaldaeorum Rituum benedictis, & in Sacramento Baptiſmi adhiberi ſolitis, doctiſſime agit.

(5) *Baptizavit eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Quae verba heic paſſim occurrunt. Unde pudeat Socinianos, Epiſcopium, & Gerardum Voſſium, qui nullam a Chriſto Domino praeſcriptam Baptiſmi formam effutiunt. Reprehendendi quoque Beda comment. cap. 10. Act. Hugo a S. Victore, Magiſter Sententiarum, Cajetanus (cujus tamen Commentaria a S. Pio Quinto repurgata ſunt) & Hadrianus VI. ut privatus doctor, qui Baptiſmum in ſolo Chriſti nomine conlatum, non ſolum Apoſtolorum aevo, ſed ſequiori etiam, & nunc valere contendunt. De forma autem Baptiſmi aut abſoluta, aut deprecatoria, quam utramque Acta noſtra reticent, aliud omnino ferendum eſt judicium. Et ſane Morinus lib. 8. de Poenit. cap. 16. num. 21. autumat, ratum olim fuiſſe, & validum Baptiſmum cum his ſolis verbis conlatum: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Sed poſt receptam Alexandri III. Conſtitutionem, Extr. de Baptiſmo cap. Si quis. Nullum deinceps, atque irritum eſſe, niſi exprimatur actio baptizantis per iſta aut aequipollentia verba: Ego te baptizo. Declarat enim Concilium Tridentinum Seſſ. 21. cap. 2. *Hanc poteſtatem perpetuo in Eccleſia fuiſſe, ut in Sacramentorum diſpenſatione, ſalva illorum ſubſtantia, ea ſtatueret, vel mutaret, quae ſuſcipientium utilitati, ſeu ipſorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire judicaret.*

(6) *Corpus, & Sanguinem Chriſti continuo impertiit*. Non ſolum adultis, ſed etiam infantibus apud Latinos, uti & hodie apud Orientales, ſi Maronitas excipias, qui ſe ad Romanae Eccleſiae diſciplinam quingentis ab hinc annis conformarunt, per duodecim priora ſecula Euchariſtiam ſtatim poſt Baptiſmum diſpenſatam fuiſſe tradunt S. Cyprianus lib. de Lapſis, Gregorius Magnus in Sacramentario, Vetus Ordo Romanus, Hugo a S. Victore lib. 1.

dę Sacram. cap. 20. aliique Patres; ut vidare eſt apud Juvenin. Commant. Hiſtoric. & Dogmatic. diſſert. IV. da Euchar. quaaſt. 6. cap. 1. Idque luculantar confirmat Tridantina Synodus, quae Seſſ. 21. cap. 4. docans, parvulos uſu rationis carantes, nulla necaſſitata ad Sacramantalam Euchariſtiae communionam obligari, ſubdit: *Neque tamen ideo damnanda eſt antiquitas ſi eum morem in quibuſdam locis aliquando ſervavit. Ut enim ſanctiſſimi illi Patres ſui facti probabilem cauſam pro illius temporis ratione habuerunt; ita certe eos nulla ſalutis neceſſitate id feciſſe, ſine controverſia credendum eſt.*

ADMONITIO

In Martyrium Sanctae AGNETIS Virginis.

Libellus Paſſionis, qui nomine S. Ambroſii circumfertur adulterinus.

INclytam Virginem, & Martyrem Romanam, beatam Agnetem, cum antiquiores, tum recentiores Latini Scriptores ſummis certatim laudibus extulere, ejuſque praeclare geſtorum narrationem, quae olim *omnium gentium literis, atque linguis*, ut ſcribit S. Hieronymus Epiſt. ad Demetriadem, *praecipue in Eccleſiis laudata eſt*, numeris omnibus abſolutam, adſequuti fuiſſe ſibi viſi ſunt. Quoniam vero omnem Encomiorum ſuorum materiam ex interpolatis, atque vitiatis Actis hauſerunt, nullam profecto fidem iis haberi poſſe, nemo eſt, qui non videat. Qui etenim eoſdem Scriptores inter & ore, & calamo Sanctam Agnetem celebravere, ii omnes adulterinum quemdam *Paſſionis* ejuſdem Martyris *Libellum*, S. Ambroſio Mediolanenſi Epiſcopo inſcriptum, ſincera veluti & germana illuſtris hujus Virginis Martyrii Acta, & inconſulto adprobarunt, & ſuis ſparſim ſcriptis inſeruerunt. Invaluit autem ejuſmodi error ad poſtremum uſque ſeculum, quo omnium primus Eminentiſſimus Annalium Parens ad A.C. 324. §. 107. ſubdititium illum Paſſionis S. Agnetis Libellum *incerti authoris foetum* eſſe, atque adeo *perperam Ambroſii nomine conſignatum* oſtendit. Ex graviſſimi porro momenti rationibus, quas mox ſubjiciemus, doctiſſimo Baronio adſtipulati ſunt Theodoricus Ruinartus, Tillemontius, Bailletus, ceterique recentiores Martyriorum Scriptores, ſi unum excipias Bollandum, cui antiquorum potius de eo libello judicium adriſit. At ſi Baronio, ejuſque fautoribus detectam tandem gratulemur fraudem, neutiquam tamen ſuffecta adulterinis ſincera Sanctae Agnetis Acta gratulari poſſumus. Et ſane qui vel hanc ipſam ſpem feciſſent, quum germana ſanctiſſimae hujus Martyris Acta in uno Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano I., Latinis quidem hominibus prorſus ignoto, hactenus delituerint? Quae igitur illi Chriſtianae Reipublicae bono expromebant, vota completuri, nova, eaque genuina, beatae Agnetis Martyrii Acta ex laudato Codiee, ubi ſemel atque iterum deſcripta ſunt, in lucem heic proferimus, quae, tametſi ab Ambroſio quoque, & Prudentio diſcrepent in pleriſque; ſinceriora tamen videntur, quam cetera, ſive quae in Ambroſii, ac Prudentii manus inciderint, ſive quae fuerint ab aliis collecta.

Acta Chaldaica ceteris praeferenda.

Menda, quibus ſcatet Libellus Paſſionis recenſentur, atque refelluntur.

Porro Libellus Paſſionis S. Agnetis, a Surio, & Bollando editus, qui ſub Sancti Ambroſii nomine vulgo circumfertur, non ſolum ab Actis noſtris, verum & ab ipſius Agnetis Encomio, quod idem Ambroſius lib. I. de Virginibus cap. 2., & Prudentius lib. περὶ Στεφάνων, Hymno 14. dedita opera concinnarunt, quamlongiſſime diſſert. Is quippe tradit, beatam Agnetem in rogum conjectam, *ex flammis in duas partes diviſis, & hinc atque illinc ſeditioſos populos exurentibus, demum adeo exſtinctis, ut ne tepor quidem incendii remaneret, illaeſam exſiliiſſe*. Id tamen portentum, quod prae ceteris quidem Sanctae Agnetis geſtis celebrandum eſſet, Prudentius, & Ambroſius ſilentio involvunt. Idem praeterea Paſſionis Libellus refert, Sanctam Agnetem *tertio decimo aetatis ſuae anno mortem perdidiſſe, & vitam inveniſſe*. At in Codicibus MSS., editionibuſque non ſolum Operum S Ambroſii, ſed & Lipomani, aliorumque Agnes *duodecim annorum Martyrium feciſſe traditur*. Quod enim anni tredecim pro duodecim in Editionem Romanam irrepſerunt, quis non videat, id a Calligrapho doloſe peractum fuiſſe; ut nimirum ex praeju-

dicata

dicata opinione, quae illum Paſſionis S. Agnetis libellum divo Ambroſio adtribuit, ſincera ſancti Doctoris Opera eidem conſentirent? Quid quod, ex ipſo Paſſionis libello liquet, ejus authorem nedum omnis eruditionis expertem fuiſſe, ſed & moris, qui tum obtinebat, omnino ignarum (quod de doctiſſimis quidem, ac Sanctiſſimis Viris Ambroſio, & Prudentio, niſi fatuus, atque improbus vel animo, & cogitatione effingere nemo audebit) quum imperantis Conſtantini Magni filios, Criſpum, nempe, Conſtantinum, Conſtantium, & Conſtantem, Auguſtos nuncupat, & Imperatores. *Conſtantia*, inquit, *reverſa ad palatium fecit gaudium & patri Auguſto, & fratribus Imperatoribus ... Interea patrem, & fratres Auguſtos rogat, ut Baſilica beatae Agnetis conſtrueretur*. Inauditum ſiquidem fuit, Imperatoris filios, qui nondum in ſocietatem Imperii adſciti fuerant, Auguſtos, & Imperatores conclamari. Inde vero plane dignoſcitur, praefatum Paſſionis libellum longo poſt Agnetis Martyrium tempore fuiſſe confictum, ac propterea, ut dubiae fidei, imo & nullius authoritatis opus, eſſe rejiciendum. Idque vel luculentiſſime confirmant ea ipſius libelli verba: *Quatquat credentes ad ejus* (S. Agnetis, *tumulum adveniſſent, ſalvabantur; quod facere Chriſtum, nullus ambigat, uſque in hodiernum diem*. Qui dies quodnam a S. Agnetis obitu aevum deſignet, nos prorſus latet.

Verum, ut cetera, eaque innumera, quibus ſcatet libellus ille, menda praetermittam, hoc unum purum, putidumque ejus commentum proferam, quod omnem certe eidem libello authoritatem detrahere videtur. Ex eo, ſcilicet, *Canſtantia Canſtantini Auguſti filia, Regina, Virgo prudentiſſima, ſedita obſeſſa vulneribus, ut a capite uſque ad pedes nulla membrorum pars libera remanſiſſet. Accepto autem conſilio, ſpe recuperandae ſalutis, venit ad tumulum Martyris* (Agnetis) *nocte: & licet pagana. tamen credula animi intentione preces fideliter fundebat. Quod dum faceret, repentina ſomni ſuavitate corripitur, & videt per viſum beatiſſimam Agnetem, talia ſibi monita praſerentem: Canſtanter age, Conſtantia, & crede, Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei eſſe Salvatorem tuum, per quem modo canſequeris omnium vulnerum, quae in corpore tuo pateris, ſanitatem. Ad hanc vocem Canſtantia evigilat ſana ... Perſeveravit autem Conſtantia, Conſtantini Auguſti filia, in virginitate; per quam multae Virgines, & mediocres, & nabiles, & illuſtres ſacra velamina ſuſceperunt*. Hactenus ille Libellus. At nullus ex coaevis, atque probatis Hiſtoricis plures, quam duas Conſtantino Magno filias tribuit, *Conſtantiam*, ſcilicet, & *Helenam*. Et Conſtantina quidem, cujus integrum nomen, Flavia Julia Conſtantina, ut ex numiſmatibus ſub Conſtantino Magno cuſis patet, duos, teſte Ammiano Marcellino, habuit Viros, priorem Hannibalium, alterum Gallum: nec innocenter adeo vixit, ut ſanctitatis titulo meruerit inſigniri, utpote quae *femina crudelitatis face incenſa, furens, nova Megaera*, ab eodem authore adpellatur. Helena vero Juliano Apoſtatae fuit in matrimonium conlocata. Ecquae igitur tertia illa Conſtantini Magni filia, Conſtantia Regina, Virgo prudentiſſima, quam praedictus Paſſionis S. Agnetis Libellus, & ex eo authores Actorum SS. Martyrum Johannis, Pauli, & Gallicani, quae idcirco ab eruditis Viris refelluntur, S. Aldhelmus, Anglorum Epiſcopus, vertente ſeculo Chriſti ſeptimo, clarus, aliique ſequioris aevi Scriptores, quos laudat Bollandus, comminiſcuntur? Et qui eam Euſebius Conſtantini Magni geſtorum, & in Virgines praeſertim obſervantiae laudator immenſus, ſubticuiſſet? Imo vero quid de ea conticuit univerſa illorum temporum hiſtoria? Equidem ex veteri Epigraphe marmorea, quam apſidi Baſilicae Sanctae Agnetis ad viam Nomentanam olim adfixam fuiſſe, teſtatur Baronius, conſtat, ipſam Baſilicam a Conſtantina fuiſſe exſtructam. Epigraphe autem erat hujuſmodi.

CONSTANTINA . DEUM . VENERANS . CHRISTOQUE . DICATA
OMNIBUS . IMPENSIS . DEVOTA . MENTE . PARATIS
NUMINE . DIVINO . MULTUM . CHRISTOQUE . JUVANTE
SACRAVIT . TEMPLUM . VICTRICIS . VIRGINIS . AGNES
TEMPLORUM . QUAE . VICIT . OPUS . TERRENAQUE . CUNCTA
AUREA . QUAE . RUTILANT . SUMMI . FASTIGIA . TECTI
NOMEN . ENIM . CHRISTI . CELEBRATUR . SEDIBUS . ISTIS

TAB-

TARTAREAM . SOLUS . POTUIT . QUI . VINCERE . MORTEM
INVECTUS . COELO . SOLUSQUE . INFERRE . TRIUMPHUM
NOMEN . ADHUC . REFERENS . ET . CORPUS . ET . OMNIA . MEMBRA
A . MORTIS . TENEBRIS . ET . CAECA . NOCTE . LEVATA
DIGNUM . IGITUR . MUNUS . MARTYR . DEVOTAQUE . CHRISTO
EX . OPIBUS . NOSTRIS . PER . SAECULA . LONGA . TENEBIS
O . FELIX . VIRGO . MEMORANDI . NOMINIS . AGNES .

At nec Regina Virgo, uti ſomniat Paſſionis Libellus, nec Conſtantia Conſtantini Magni filia. nec S. Agnetis ope ſanata dicitur ea, cujus ſumtibus erectam ejuſdem S. Agnetis Baſilicam in recuperatae valetudinis monimentum, prodit idem Libellus. Quod enim in laudata Epigraphe Conſtantina, ejus Eccleſiae fundatrix, Chriſto dicata perhibeatur, id nihil aliud denotare videtur, uti jam advertit Baronius, quam quod, ejuratis idolis, eadem Chriſto nomen dederit. Quae quidem in aliquam matronam Romanam, nomine Conſtantinam, non vero in Coſtantiam, Conſtantini M. filiam Virginem, quam Libellus ille ſupponit, competere facile poſſunt.

Actorũ Chaldaicorum genuinitas.

In Actis contra Chaldaicis, ſeu Syriacis, quae heic exhibemus, nullum ejuſmodi vitium occurrit: imo vero omnes ſinceritatis, atque puritatis notas eadem praeſeferre, quiſquis intelligit, qui ſeſe in verſandis critices praeceptis, ad ſecernenda Acta Martyrum ſincera ex Tellemontio potiſſimum, Ruinarto, & Bailleto per Cl. V. Honoratum a S. Maria, Carmelitam Diſcalceatum nuper editis, exercuerit. Ad haec adcedit Codicis Chaldaici Nitrienſis Vaticani I., unde ea fideliter deſumta ſunt, antiquitas, quam mille ducentos & ſeptuaginta annos ſuperare, jam in Praeſatione Generali oſtendimus: necnon eorumdem Actorum Chaldaicorum cum Menologio Baſiliano, & Graecorum Menaeis omnimoda fere congruentia; ita ut ſatis inde adpareat, ex ipſis Actis Chaldaicis Graeca ſanctae Agnetis elogia fuiſſe excerpta, vel, quod mihi veriſimilius eſt, utraque ex fuſiori Graeca narratione concinnata; ut conjicere eſt ex iis, quae de vi, & ſignificatione nominis S. Agnetis Syriacus Interpres initio Actorum profert: *Quam*, nempe, *Graeci Agnetem, eam nos Puram dicimus*. Porro qui Euſebianae ſcriptioni adſueverunt, non dubitabunt, quin Acta iſta ipſe Euſebius Caeſarienſis exaraverit: quamvis enim in ſuperiori Diſſertatione de Euſebiana Actorum Martyrum Collectione, praeter librum de Martyribus Palaeſtinis, ſua aetate coronatis, nullum alium de antiquis Martyribus fuiſſe ab Euſebio conſcriptum demunſtraverimus; in eo tamen operam ſuam poſuiſſe Euſebium, ibidem adfirmavimus, ut Acta, & monimenta, quibus eſſent ab aliis conſignata Veterum Martyria, colligeret, eorumque collectionem ad aliorum utilitatem emitteret: quumque Sanctae Agnetis Acta Martyrii, quae prae manibus habemus, ejuſdem Euſebii venam, & ingenium uſquequaque ſpirent, eadem ex Graeco fonte Syriace, ſeu Chaldaice, in gratiam popularium ſuorum, ſitiſſe ab eo adornata, plane credimus. Ceterum nemo inficiari poteſt, Martyrium hoc ab authore coaequali fuiſſe deſcriptum; uti manifeſtum eſt ex his verbis, quibus Syriacus Scriptor ad veritatem narrationis ſuae comprobandam, teſtes adpellat, eos omnes, qui glorioſiſſimo S. Agnetis certamini praeſentes adfuerant: *illud*, inquit, *percommode cadit, quod infinita ſit eorum multitudo, qui praeclara ipſius* (Agnetis) *geſta & viderint, & commendaverint*. Quae quum ita ſe habeant, tibi interim, erudite Lector, inde ſtatuendum permittimus, ecquam fidem S. Ambroſio, Prudentio, ceteriſque Latinis authoribus, de Sanctae Agnetis mortis genere, deque aliis multis, in quibus ab Actis hiſce Chaldaicis diſſident, eſſe adhibendam. & an iiſdem authoribus inconſulto acquieſcere potius debeamus, quam Actorum noſtrorum Scriptori, quem & coaequalem fuiſſe conſtat, & pervetuſtis Graecorum, Syrorumque Synaxariis ejuſdem Sanctae Agnetis elogia ſuppeditaſſe, & nihil denique, quod, ad ſinceritatem, puritatemque Actorum Martyrum adſerendam, Critici Viri, atque eruditi deſiderant, prodidiſſe?

Eorum Scriptor coaevus.

S. Agnetis memoria, & cultus in Menologio Baſiliano.

Etſi autem die XXI. Januarii Sanctam Agnetem paſſam fuiſſe Acta teſtentur, pervetuſtum tamen Menologium, juſſu Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris editum, ejus certaminis Elogium ad quinctum menſis Julii diem refert his verbis: *Martyr Chriſti Agnes moribus nomini convenientibus ornata, complures impudicas feminas, ſatis admoni-*

tio-

Digitized by Google

tionibus, atque tohortationibus a flagitiis avocatas, ad Chriſti fidem adduxit. Idcirto ab ejus loci Praefecto comprehenſa, excruciota eſt: quumque recuſaret idolis immolare, ad lupanor duci jubetur, ut ab incontinentibus violaretur. At illa in Chriſtum confiſo, cui & fidem ſuam, caſtitatemque obſervabat, incontaminata, puraque ſervuta eſt, a Divina Angelo protecta, non permittente quemqnam ad illam adcedere, ex quibus unus auſus adcedere repente exanimotus corruit. Quod audiens Praefectus, illam ad ſe arceſſitam oravit, ut mortuum ſuſcitaret. Sancta itaque oronte, extemplo defunctus revixit. Ratus autem Praefectus, malefica arte illam id effeciſſe, flammis cremandam tradidit. Menologio Baſiliano ſuccinit Synaxarium Syrorum, quod ad eumdem quinctum Julii diem iſta habet. In Synaxario Syrorum.

[illegible]

Certamen Sanctae Agnetis Martyris, cujus quidem mores caſtitate, ac puritate ejuſdem nomen aequabant. Plures autem feminas impudicas ad meliarem frugem convertit, quae a prava vivendi ratione recedentes, in Chriſtum crediderunt. Ea de cauſſa Praeſidi ſiſtitur, qui ipſam ad lupanar tradidit. Dei tomen potentia factum eſt, ut nemo ad illam adcedere poſſet. Unus vera e ſcortotoribus, quum eidem adpropinquare auderet, illico mortuus concidit. Quod Praeſidi renunciatum, ſumma eum moleſtia adfecit, rogavitque Sanctam Agnetem, ut defunctum ad vitam revocaret. Sancto itaque vix dum oraverat, quum mortuus, moniſta Dei virtute, vitae reſtitutus eſt. Id tamen prodigium Magicarum artium vitio vertentes Infideles, vehementiori in Sanctam iracundia concitati ſunt, ipſumque flammis oddixerunt. Atque ita Martyrium Agnes templevit, & Sanctis adcenſa eſt. Hucuſque Syrorum Synaxarium.

Graeci autem in Menaeis tam excuſis, quam manu exaratis Sanctae Agnetis memoriam recolunt diebus xiv., & xxi. Januarii, & iterum die v. Julii. Quoniam vero Elogium, quod in ipſis Menaeis ad diem vigeſimum primum Januarii habetur, & ceteris prolixius eſt, atque adcuratius, & totum fere S. Agnetis Martyrium complectitur, illud unum heic proferam; ut noſtrorum inde Actorum authoritas magis magiſque inclareſcat. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τῆς Ἁγίας Μάρτυρος Ἁγνῆς. Ἡ Ἁγία Μάρτυς Ἁγνὴ ὑπῆρχεν ἐκ Πόλεως Ῥώμης, γένους λαμπροῦ· αὕτη σύμφορον ἔχουσα τὸν βίον τῷ ὀνόματι. Πολλὰς γυναῖκας πρὸς αὐτὴν ἀπιούσας ἐδίδασκε τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ τὸν Χριστὸν Θεὸν γινώσκειν προετρέπετο, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύειν. Τούτου εἰς ἀκοὰς ἐλθόντος τοῦ Ἄρχοντος ἁρπάζεται εὐθέως, καὶ παραστᾶσα προετρέπετο θύειν, ἢ εἰ μὴ θύσασα, εἰς πορνεῖον ἀπάγεσθαι· ἡ δὲ, ὅτι τοῖς θεοῖς οὐ θύσω, ὅτι περὶ τοῦ παρθενεῦσαι μέλλω μοι ἔλεγε. Θαρσῶ γὰρ τῷ Θεῷ μου, ὅτι ἐκφεύξομαι αὐτῷ, βοηθουμένη ὑπ' αὐτοῦ. Ταῦτα ἀκούσας ὁ παράνομος ἄρχων, ἐκάλεσε τὸν πορνοβοσκὸν, καὶ παρεδίδου τὴν φρονοῦσαν Ἁγνὴν πομπεύειν· μετὰ ἐνδύματος ἑνὸς, εἰς ὕβριν προστάξας. Ὡς δὲ παρέστη εἰς τὸ τοῦ Σατανᾶ ἐργαστήριον, καὶ προσιὼν ἕκαστος ἐξυβρίσαι βουλόμενος, μηδενὸς κωλύοντος, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπιτρεπομένων πάντων ἀδεῶς, καὶ ἀπερισκέπτως ταύτῃ προσέρχεσθαι, εὐθὺς ἀπεστέρουν, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἠμβλύνοντο, καὶ ὡς νεκροὶ διέκειντο. τότε τις οἷα φρονῶν μέγα, ἀλαζὼν καὶ τοὺς εἰσιόντας ὀνειδίζων. ὥς τις θηλυμανὴς ἵππος εἰσελθὼν, μετὰ πολλῆς τῆς θράσους, προσήγγισε τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ. καὶ παραχρῆμα γέγονεν ἄπνους, καὶ εἰς γῆν κατέπεσε, πλείστης δὲ ὥρας διελθούσης· ὡς τῶν ἐκεῖ παρόντων ἀνεβόησε λέγων μεγάλη ἡ πίστις τῶν Χριστιανῶν· εἰσελθόντων δὲ καὶ τῶν λοιπῶν, μεγάλη ἡ τοῦ Χριστοῦ δύναμις, μιᾷ φωνῇ πάντες ἐβόησαν. Ταῦτα μαθὼν ὁ ἄρχων, παρέστησε τὴν ἁγίαν, ἤγαγε δὲ καὶ τὸν νεκρὸν ἔμπροσθεν αὐτῆς. καὶ φησί: In Menaeis Graecorum.

λέγε

λέγε πονηρὸν γυνάιον, πῶς τὸν νεανίσκον ἀπέκτεινας. Καὶ ἡ Ἁγία. Ὅτι ἐκέλευσας ὑβρισθῆναί με ἔφη, ἀπαγομένης μου, συνηκολούθησέ μοι τῆς νεανίας λαιχμονῶν, καὶ εἰσελθὼν ἵστατο παρ' ἐμοὶ ὡς καὶ τὴν τῶν νέων ἐπιθυμίαν ἀμβλῦναι ἐπιτέλει. καὶ τὸν ἄνδρα, ὃν νεκρὸν ὁρᾷς, ὕστερον προσελθόντα, μετὰ ἀλαζονείας, καὶ θράσους, πρὶν ἅψασθαί μου, πρὶν ῥῆψαι φωνὴν, τοῦτον εἰργάσατο, οἷον βλέπεις ἄρτι. Ὁ ἄρχων φησί. Καὶ τίς οὗτος, ἡ Ἁγία εἶπεν. Ὁ Κύριος, καὶ Θεός μου ἀπέσταλε τὸν Ἄγγελον αὐτοῦ, ὥστε γενέσθαι κατ' ἐμοῦ κωλύοντα. Καὶ ὁ ἄρχων. Εἰ τοίνυν βούλει ἡμᾶς πεῖσαι, ὅτι ἀλήθειαν λέγεις, παρακάλεσον τὸν Θεόν σου, καὶ ἀνάστησον αὐτόν. Τότε ἡ μάρτυς τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἄρασα, καὶ προσευξαμένη, ἀνέστη παραυτίκα ὁ νεκρός. καὶ ἐξέστησαν ἅπαντες ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τούτῳ θαύματι· καὶ αὐτὸς ὁ ἄρχων καὶ πόλλοὶ ἀνέκραξαν μεγάλη ἡ δύναμις τῶν Χριστιανῶν, καὶ μέγας ἐν ἀληθείᾳ ὁ Θεὸς τῆς ἀγωνισάσης γυναικός. Τινὲς δὲ τῶν δυσσεβῶν, καὶ ἀκαθάρτων ἐβόησαν πρὸς τὸν ἄρχοντα. Ἆρον αὐτὴν ἐκ μέσου, ὅτι διὰ μαγγανείας ποιεῖ ἃ δοκεῖ ποιεῖν ἐξαίρετα τότε πυρίκαυστον γενέσθαι τὴν ἁγίαν προσέταξε. ἀναφθείσης δὲ μεγάλης φλογὸς, ἡ Ἁγία κατασφραγισαμένη ἑαυτὴν, εἰσῆλθε θαρσαλέως ἐν τῷ μέσῳ, καὶ τὴν εὐχὴν ἐπὶ στόματος ἔχουσα, ἀνέδραμε πρὸς Κύριον, τὸ σῶμα καταλιποῦσα. μετὰ δὲ τὸ καταπαῦσαι τὴν πυράν, Φιλόχριστοί τινες ἐν κρυπτῷ λαβόντες τὸ τίμιον αὐτῆς λείψανον, ἐντίμως ἐκήδευσαν δοξάζοντες τὸν Θεόν: *Sancta Martyr Hagne in urbe Roma illuſtribus orta eſt natalibus. Vitam ea nomini convenienter inſtituebat, multaſque feminas, ad ſe convenientes, verbum veritatis edocebat, &, ut Chriſtum Deum agnoſcerent, hortabotur, atque eum ſolum venerarentur. Quae quum eſſent ad Praefectum perlata, comprehenditur illa protinus, ac ſiſtitur tribunali, jubeturque Diis ſacrificare: ſi renuat, ad lupanar pertrahi. Illa vero: Neque Diis tuis, inquit, immolabo, neque Virginitotis labem patiar. Spero, me Dei mei, cui confido, praeſidia, intactam evaſuram. Haec audiens iniquiſſimus Judex, lenonem arceſſit, Hagnenque, ſui nominis vim, ac ſignificatum integerrimis moribus exprimentem, ei tradit; jubetque, eam unica amictom veſte in pompa traduci ad oſtentationem. Ut vero ad Satanae officinam pervenit, quicumque ejus pudori illudere cuperent, nemine prohibente, ſed eunctis potius hortantibus, ut libere, & impune ea abuterentur, ingrediebantur: at ſubito ſtupore obrigeſcebant, omni repreſſa libidine, mortuis ſimiles. Tunc quidam, velut altum ſapiens; jactabundus, & ceteris ante ingreſſis inſultans, inſtar equi furore quodam in venerem ruentis, impudenti audacia adpropinquat Sanctae Virgini. Aſt illico exanimatus humi corruit. Quumque haud parum effluxiſſet temporis, unus eorum, qui adſtabant, rem conſpicotus, vociferatur: Magna fides Chriſtianorum! Ingreſſi ceteri, una omnes voce conclamant: Magna Chriſti potentia! Quoe quum Praefecto eſſent renunciata, ſiſtitur denuo ejus tribunali Virgo, ſimulque exonime corpus in conſpectum protrahitar. Tum Praefectus: Dic, improba muliercula, quo pacto adoleſcentem hunc interfeceris. Illa vero: Qnum me, inquit, juſſiſſes dehoneſtari, continuo ut abducta ſum, conſequutus eſt adoleſcens albis indutus veſtibus, & ingreſſus, juxta me adſtitit, & ceterorum deinde juvenum cupiditatem reſtinxit, & quem heic exanimem intueris, eum ipſe poſterius cum impudentia, & audacia ingredientem, priuſquom me contingeret, priuſquam verbum prologueretur, in illam, quam cernis, formam, modumque redegit. Praeſes dixit: Et quis ille? Hagne reſpondit: Dominus Deus meus Angelum ſuum miſit, qui fieri mihi injuriam prohiberet. At Praeſes: Si vis fidem tibi a nobis haberi, invoca Deum tuum, & hunc ſuſcita. Martyr vero, ſublatis in Caelum manibus, Deum precata, ſtatimque mortuus ad vitam rediit. Obſtupuerunt univerſi ad inuſitatum hoc prodigium, atque ipſe Praeſes, & plurimi adſtantium exclamarunt: Mogna virtus Chriſtianorum! Magnus vere Deus generoſiſſimae Virginis! Quidam vero impii, & impuri ſucclamarunt: Talle hanc e medio, quia Magicis praeſtigiis eo facit, quae uſitato modo grandiora videtur patrare. Ergo flammis confici Virginem mandat. Qnumque ingens excitatus rogus eſſet, Sancto ſe ipſam conſignans, in medium flammarum intrepide ingreſſa: poſteaquam vero ore peregiſſet preces, relicto corpore, migravit ad Chriſtum. Flammis deinde reſidentibus, Chriſtiani quidam clam venerondas ejus reliquias colligentes, honorifice condiderunt, Deum laudibus celebrantes.* Haec Menaea: quae, ut vides, Actis noſtris adamuſſim fere conſonant, ſi pauca quaedam, eaque parvi ponderis, excipias, quae in Adnotationibus mox adjiciendis deſignabimus.

In Martyrologiis Latinorũ. Latinorum quoque Martyrologia tam vetera, quam recentiora ad diem XXI. Januarii

nuarii Encomia S. Agnetis, ex interpolatis tamen Actis, quae Sancto Ambroſio tribuuntur, excerpta, referunt: *Natale*, inquit Beda XII. Kalend. Febr. *beatiſſimae Agnetis Virginis, & Martyris, quae tertio decimo aetatis ſuae anno in Urbe Roma paſſa eſt. Haec dum ab Scholis revertitur, a Praefecti filio adamatur, quam quum nullo modo ſibi adſociare voluiſſet, poſt multa tormenta in gutture ejus gladio percuſſa eſt. Paſſa eſt autem beata Agnes ſub Praefecto Urbis Symphoriano, Vicario ejuſdem Urbis Aſpaſio.* Hactenus Beda, qui Sanctam Agnetem fuiſſe in rogum conjectam, ſilentio diſſimulat; niſi forte *multorum tormentorum* nomine id quoque intelligendum eſſe voluerit. Quod tamen Ado eodem die 21. Januarii expreſſe ſic memorat: *Romae Natalis Sanctae Agnetis Virginis, & Martyris, quae ſub Praefecto Urbis Symphronio, ignibus injecta; ſed bis per orationem ipſius exſtinctis, gladio percuſſa eſt.* Eadem ferme, ſed magis prolixa, habet Galeſinius ad praeſignatum diem 21. Januarii: *Romae*, ait, *Sanctae Agnetis Virginis, quae tredecim annos nata mortem perdidit, & vitam invenit; quia ſolum dilexit vitae Authorem. Primo enim Chriſti Jeſu amore flagrans, conſtantiſſima voluntate, invictoque animo, & Symphronii Urbis Praefecti filio nubere, & Veſtae cultum tribuere recuſavit. Quamobrem Aſpaſii Vicarii, cui Praefectus illius cauſſam delegarat, juſſu, in ignem Virgo conjecta, non laeſa tamen, ea mirabiliter reſtincto; demum gladio percuſſa, migrat in Caelum.* Hodiernum denique Martyrologium Romanum, ut Uſuardum, Vandelbertum, ceteroſque Martyrologos Latinos praeteream, qui iiſdem fere verbis Sanctam Agnetem concelebrant, iſta ex Adone, & D. Hieronymo ad eumdem 21. Januarii diem deſcribit: *Romae Paſſio Sanctae Agnetis Virginis, quae, ſub Praefecto Urbis Symphronio, ignibus injecta, ſed iis per orationem ejus exſtinctis, gladio percuſſa eſt. De ea beatus Hieronymus haec ſcribit: Omnium gentium litteris, atque linguis, praecipue in Eccleſiis, Agnes vita laudata eſt, quae & aetatem vicit & Tyrannum, & titulum caſtitatis martyrio conſecravit.*

Eadem autem Latinorum Martyrologia Sanctae Agnetis memoriam iterum recolunt die XXVIII. Januarii, ad quem diem & proprium ejus Officium, ritu tamen ſimplici perſolvendum, habet Breviarium Romanum. Et quidem morem hunc duplici die celebrandi Agnetis memoriam, veterem eſſe Romae, patet ex antiquioribus Liturgiis Romanis, Gelaſiana, ſcilicet, & Gregoriana, in quibus duplex hujus Virginis *Natale* adſignatur. Primum Gelaſiana ſic exhibet: *In Natale Sanctae Agnetis Virginis de paſſione ſua* XII. *Kalendas Februaris*. Alterum in utraque ſic habetur: *Natale Sanctae Agnes de Nativitate* V. *Kalend. Februarii*. Ita etiam habet Beda in Martyrolog. ſincero apud Bolland. tom. 2. Martii. Semel tamen, XII. ſcilicet Kalendas Februarii ipſius feſtum celebratur in antiquiſſimis Kalendariis Romano Bucherii, & Africano Mabillonii, ſicut & in Miſſalibus Gothico, & Muzarabum. Porro *Nativitatis*, ſeu *Natalis* nomine cave intelligas ipſum diem, quo Agnes ex utero materno emiſſa, lucem conſpexit; ſed eum dumtaxat, quo nata eſt Caelo, ut notat Pamelius in Sacram. Greg. apud Meratum tom. 2. pag. 499. edit. Rom. tum quia nata eſt, ut alii; tum quia ex Auguſtino ſerm. 20. de Sanctis, nullius hominis nativitatem legimus celebrari poſt Natalis Domini diem, niſi unius B. Johannis Baptiſtae: & licet poſt Auguſtini aetatem celebrari coepta ſit B. Virginis Deiparae Nativitas, & potuerit S. Gregorius, Auguſtino poſterior, indicere Feſtum cum titulo *De Nativitate Sanctae Agnetis*; quum tamen illa Deiparae Virginis ubique recepta fuerit feſtivitas, uti de Sancta Nativitate; de beata vero Agnete non habeamus, quod fuerit in utero matris ſanctificata; hinc fit veriſimilius, Feſtum celebrari ſive ob dedicationem illius Baſilicae, ſive ob adparitionem ejuſdem Parentibus, & Conſtantiae, quam ferunt, octavo a S. Agnetis obitu die contigiſſe. Quare abrogato praefato titulo, in Kalendario, & in hodierno Martyrologio Romano dicitur aptius: *Romae Sanctae Agnetis ſecundo*. Neque heic ſilentio praetereundum eſt, quod, quum ea in S. Agnetis adparitione agnum nive candidiorem ad ipſius dexteram ſtantem vulgata Acta perhibeant; inde profectum eſſe, nonnulli autumant, ritum quotannis benedicendi in extramurana S. Agnetis Eccleſia geminos agnos, ex quorum lana Pallia Pontificum conficiuntur; hinc quoque Agnetem cum agno depingi, & ad Magnificat ejus Officii die 28. Januarii hanc cani antiphonam: *Stans a dextris ejus agnus nive candidior, Chriſtus ſibi ſponſam, & Martyrem conſecravit.* Quid tamen de mirifica hac S. Agnetis adpa-

Feſtivitas duplex.

Ritus benedicendi agnos, ex quorū lana Pallia Epiſcoporū conficiūtur, origo.

adparitione, deque ritus agnos in ejuſdem Baſilica benedicendi origine ſentiendum ſit, alii viderint, quibus ſinceriora fortaſſe hujus rei monumenta ſuppetunt, qnam quae adulterinus Paſſiouis Sanctae Agnetis libellus oggerit.

A pleriſque Patribus celebrata.

Agnetem praeterea omnes fere Latini Patres conlaudant, Ambroſius praecipue lib. 1. de Virginibus cap. 2. ex quo deſumtae ſunt Lectiones ſecundi Nocturni Officii ejuſdem S. Martyris, quod ad diem 21. Januarii, juſſu S. Pii V. Pont. Max. ſub ritu duplici celebratur, & de quo multa habet Galeſinius in Not. ad Martyrologium, & Gavantus in Rubr. Breviarii Sect. 7. cap. 3. qui animadvertit, *ob ejus* (Agnetis) *fortitudinem egregiam, tam in Matutino, quam in Secundis Veſperis dici Pſalmos de communi Virorum Sanctorum: eoſdemque dicendas in Primis Veſperis in propria Eccleſia, ſicut dicuntur in feſto S. Agathae*. Et rurſus ipſe Ambroſius lib. ad Virginem lapſam, ubi eamdem cum Thecla Martyrum anteſignana conjungit, quam item variis locis paſſim commendat: ſicut & D. Auguſtinus, qui de ipſa potiſſimum agit ſerm. 354. ad Continentes, ubi Agnetem Virginibus, Criſpinam vero mulieribus imitandam proponit. S. Martinus Turonenſis Epiſcopus apud Sulpicium Severum Dial. 2. S. Hieronymus paſſim Epiſt. 8. ad Demetriadem. Prudentius Hymno 14. quem Notis illuſtratum, una cum iis, quae S. Ambroſius de eadem Martyre habet lib. 1. de Virginibus cap. 2. Theodoricus Ruinartus, ad genuinorum ejus Actorum damnum reficiendum, Collectioni ſuae inſeruit. Fuſius etiam S. Agnetis Martyrium exponit Maximus Taurinenſis Epiſcopus in Homilia, quam de ipſius laudibus ſcripſit tomo v. Bibliothecae Patrum (quam tamen Homiliam incerti authoris foetum eſſe Benedictini contendunt) Item S. Damaſus Papa in duobus Epigrammatibus, quae de eadem, & Baſilica ipſius pepigit, quaeque in Collectaneis Chriſtianorum Poëtarum habentur. Fortunatus in vita Sancti Martini ex Severo. S. Adelhelmus Anglorum Epiſcopus, Petrus de Natalibus, Roſwida nobiliſſima virgo, Alexander Eſſebienſis Anglus, ſexcentique alii, a Bollando laudati, quorum in Sanctam Agnetem praeconia ſupervacaneum eſt heic proferre, tum quia plus nimio hoc Opus excreſceret; tum vero potiſſimum, quod ea fere omnia ad ſuppoſititium illius Paſſionis Sanctae Agnetis Libellum exacta ſunt.

Eccleſiae ſub ejus nomine.

Ceterum Sanctae Agnetis cultum jam inde ab initio in totum late Chriſtianum Orbem propagatum fuiſſe, ſatis ſuperque oſtendunt antiquiſſimae ſub ejus nomine Baſilicae a Fidelibus ubique terrarum erectae, quarum omnium celeberrimae ſunt, quae etiamnum Romae conſpiciuntur, ad fornices, ſcilicet, Circi Agonalis, & via Nomentana extra Urbem. Illa quidem eo in loco, ubi Sanctam Agnetem productam fuiſſe tradunt Acta, ut ei pudicitia eriperetur, condita: quam Eccleſiam injuria temporum conlabentem Innocentius X. Pamphilius a fundamentis inſtauravit, atque ita magnifice exornavit, ut peregrini quotquot Romam adveniunt, eam inter Urbis miracula jure numerandam adfirment. Haec vero via Nomentana (quae a Porta olim Viminali, nunc, ea obſtructa, a Porta Pia, quam Pius IV. Pont. Max. non vero S. Pius V. ut oſcitans ſcribit Bollandus, aedificavit, Nomentum Sabinorum oppidum ducit) Sepulcro S. Agnetis ſuperſtructa eſt: ad quam Fideles conveniſſe, ajunt Fauſtinus, & Marcellinus in Praefatione libelli Precum ad Impp. Valentinianum, Theodoſium, & Arcadium tempore Damaſi Papae; ubi & Gregorius Magnus Homilias 11. & 12. in Matthaeum ad populum habuit in ejuſdem Sanctae Martyris die Natali. Eadem & Presbyterali Eccleſiae Romanae Cardinalatus titulo inſignita eſt, non vero illa ad fornices Circi Agonalis, ut perperam adſerit Bailletus, & adjunctum ſibi atque cognomine habet inſigne Monaſterium, quod ex Sanctimonialibus Benedictinis ad Canonicos Regulares S. Salvatoris tranſiit: de quo lege Mabillonii Iter Italicum pag. 83. Eximium autem veterum hoc Chriſtianorum in Sanctam Agnetem pietatis monimentum, aetate labefactatum, primus reparavit Honorius I. qui, imperante Heraclio, Pontificatum Romanum geſſit. Sic enim legitur in Libro de Pontificibus Romanis, qui tamen non paucis mendis ſcatet: *Eodem tempore* (Honorius) *fecit Eccleſiam B. Agnetis Martyris miliaria ab Vrbe Roma tertio, via Nomentana, a ſolo, ubi requieſcit: quam undique ornavit, & exquiſivit, ubi poſuit multa dona. Ornavit autem Sepulchrum ejus ex argento, quod penſavit libras* CCLII. *Poſuit & deſuper Ciborium aereum deauratum mirae magnitudinis. Fecit & Gabatos aureos* *qua-*

quatuor , penſantes ſingulos libras ſingulas . Fecit Abſidam ejuſdem Baſilicae ex muſivo , ubi etiam multa bona obtulit . Sub finem quoquo Octavi Seculi Hadrianus I. Papa , ut ſcribit in ejus vita Anaſtaſius Bibliothecarius , *Eccleſiam B. Agnetis Martyris , ſeu Baſilicam B. Emerentianae , pariter etiam & Eccleſiam B. Nicomedis , ſitam foris Portam Numentanam , ſimul & Coemeterium B. Hippolyti Martyris juxta S. Laurentium , quae a priſcis marcuerat temporibus , a novo renovavit* . Longo poſt tempore Julius II. qui ab ultimo Octobris 1503. ad 21. Februarii 1513. ſedit , *Eccleſiam S. Agnetis refecit* , teſte Ciacconio in ejus vita . Tandem ad ipſius Eccleſiae inſtaurationem animum adjecit Alexander Medices , qui deinde Pontifex Maximus Leo XI. dictus eſt . Opus ab eo coeptum proſequutus Paulus Aemilius Cardinalis Sfondratus , Gregorii XIV. nepos , inſigni laqueari eam Aedem ornavit , ac majorem Aram inſtaurare adgreſſus , Corpora Sanctarum Agnetis , & Emerentisnae inveniſſe fertur , quae poſtmodum honorifice a Paulo V. ipſis S. Agnetis feriis repoſita fuere . De eodem Cardinali Sfondrato ſcribit Ciacconii ampliator : *Sanctarum Virginum & Martyrum Caeciliae , & Agnetis Corpora (aliorum Caelitum lipſana ſilentio modo praetereo) quaeſivit , invenit , religioſe condenda curavit , utriuſque templa (Caeciliae in primis) non vulgari cultu decoravit ; in S. Caeciliae nonaginta , in S. Agnetis decem lampades perpetuo die noctuque ſuo aere praecepit ardere* . Ipſe quoque Paulus V. *Divis Agneti , & Emerentianae Virginibus & Martyribus Aram ex pretioſiſſimis lapidibus , opere teſſellato florido in earum templo extraurbano erexit , illarumque ſacra pignora in arca argentea pretii 5000. nummorum aureorum recondidit . Sacris Pontificiis cum majeſtate faciendis tiaram Epiſcopalem adamantibus , & unionibus ditiſſimam pretio 70000. aureorum comparavit* ; ut tradit Abrahamus Bzovius in vita ejuſdem Pontificis apud Ciacconium .

Ejus Reliquiae .

Quamquam autem Corpus S. Agnetis ſub Ara ipſius Baſilicae ad viam Nomentanam maxima fuiſſe a Cardinali Sfondrato repertum , & a Paulo V. ibidem honorifice repoſitum , ex laudatis modo Scriptoribus retulerimus , nequaquam tamen inde concedi poſſe videtur , omnia ejuſdem Sanctae Martyris Lipſana ibi adſervari . Nam , teſte Octavio Pancirolo , in Eccleſia S. Salvatoris , quae ad Scalas Sanctas nuncupatur , B. Agnetis Caput theca argentes incluſum cuſtoditur : Brachium , ac Digitus unus in Vaticana S. Petri Baſilica : quaedam aliae ejus reliquiae in Sanctae Mariae Majoris : pars veſtis in S. Ludovici , pars Zonae in S. Marthae Monaſterio juxta Collegium Romanum , & aliae in aliis Sanctae Agnetis Eccleſiis , quas plures in Italia exſtare , quaſque aliquam ſibi ejus exuviarum partem vindicare , patet ex Sanctuariis Peregrini Merulae Cremonenſi , & Capuano Michaëlis Monachi . Quin & Pariſiis celebratiſſima S. Euſtachii Eccleſia olim ſub titulo Sanctae Agnetis erecta , quae ejuſdem , uti praecipue Patronae , feſtum etiamnum cum Octava colit , varias ipſius reliquias ſibi adrogat . Quidquod in eiſdem theſauris adſervandis nedum Bruxellarum , Antverpiae , Coloniae Ubiorum , verum & innumerae aliae Chriſtiani Orbis Eccleſiae gloriantur .

Variae ejus Corporis inventiones , & translationes , ceu commentitiae rejicitur .

Ut ut tamen ea res ſe habeat , quam in medio relinquimus , ut pote ab hujus noſtri Operis inſtituto alienam , illud certe ſileutio praeterire non patimur , quod de Corporis Sanctae Agnetis in varias Orientis , atque Occidentis partes Translationibus vulgo perhibetur : quas quidem omnes , ceu commentitias , rejiciendas eſſe , ex mox dicendis manifeſtum eſt . Harum autem Translationum prima hunc fere in modum ab Antonio Vincentio Domenecco deſcribitur . Agnes fuit quaedam Conſtantinopolitani Imperatoris , Marciani ſuroris filia . Ea quum ſe ruri oblectaret , atque ex ſonte , quem offenderat , capta aquae ſpecie , & perſpicuitate , guſtaſſet ; repente a genio malo correpta , magno avunculum Caeſarem moerore perculit . Cui quum eam ob cauſſam placuiſſet ſupplicationes inſtitui , vox Divinitus exaudita eſt , quae Virginem , niſi Conſtantinopolim ejus Divae , quae ignem illaeſa ſubiiſſet , adlato corpore , negabat poſſe liberari . Reſponſum obſcurum iteratis ſupplicationibus audita vox declaravit , eam eſſe Agnetem interpretata , ad urbem Romam tumulo incluſam e marmore . Legatione miſſa , a Romanis propter religionem Virginis Corpus , non precibus , vix terrore auferri potuit . Delatum Conſtantinopolim , maxima laetitia , clariſſima pompa ad aedem ſuam vehebatur : cui quum adpropinquaſſet , illico jumenta adtonita , non ultro , non citro agi

V 2 pote-

Digitized by Google

poterant. Verum quum ſeſe univerſi humi abjeciſſent, Deum obſecrantes, ad Regiam ſponte, quae prope ab Sanctae Sophiae ſita erat, recta iter capiunt. Erat in ea ſacellum; in quod, juſſu Caeſaris, inlatae ſacrae exuviae, atque ad eas adreptitia illa perducta; quae illico humi conlapſa, horam jacuit, mortuae ſimilis. Terrorem augebat ſuſurrus teter, atque horribilis: Quid me torques? Quid pellis? Quid exagitas? Virgo Sancta. Neque ita multo poſt pulſus, dejectuſque eſt, illa, ingenti omnium gratulatione, gaudioque, liberata. Sciſcitanti deinde avunculo Caeſari, quid illi factum eſſet, quum humi adflicta deliquio animi jaceret, confirmavit, tenellam Virginem ſibi ita conloqui viſam: Seſe Agnetem eſſe, jubere excedere turpem genium, reverti vetare: tum viſum evanuiſſe. Caeſar religione compulſus, Agnetem ſubinde iſtbeic honorifice condi, tumulum auro tegi, ornari gemmis, imperavit. Hactenus primae Corporia S. Agnetis Translationia hiſtoriae compendium, quam & Baronius ſub Marciano Imperatore contigiſſe, ſcribit in Notis ad Martyrologium Romanum die 21. Januarii. At Theodorus Lector Collectan. lib. 2. eam ad tempora Theodoſii Junioris revocat: *Sub illius*, inquit, Theodoſii, nempe Junioris, quem Marçianus A. C. 450. excepit, *Imperia depoſitae ſunt reliquiae Sanctorum Stephani, Laurentii, & Agnes in Martyrla S. Laurentii vigeſima prima Septembris, & celebratur iſthic hactenus eo die ipſorum memoria.* Uter autem audiendus Domeneccus, an Theodorus Lector? Neuter profecto. Nam praeterquamquod confictae ab eis narrationes ſeſe invicem convellunt, & fabularum notas liquido praeſegerunt, nulla certe in Graecorum Menaeis, ac Menologio Conſtantinopolitano hoc die eorum exſtat mentio; uti ne die quidem 27. Septembris, qui dies in Latina Theodori verſione erat expreſſus. Eamdem ob cauſſam falſi arguendus eſt Nicephorus, qni ſuppoſitam hanc Translationem Pulcheriae adtribuit, ac proinde cum Theodoro Lectore, Baronio, & Domenecco pugnat. *Fama*, ait lib. 14. cap. 10 *ſane obtinuit, in aliis quoque multis rebus Deum Reginae huic* (Pulcheriae) *futura praedixiſſe, maximaeque religionis, & pietatis ei, atque eius ſororibus, quae & ipſae idem vitae inſtitutum coluere, teſtimonium perbibuiſſe. Nam & Laurentii Martyris, & Agnes reliquias inventas Conſtautinopolim intulit: ubi & Aedem amplitudine maximam, elegantiaque pulcherrimam couſtruxit.* Quibus quidem verbis etſi Translationis hujus annum Nicephorus baud exprimat; attamen id a Pulcheria factum fuiſſe, anteaquam Imperium ipſa, Fratre A. C. 450. defuncto, capeſſeret, luculenter demonſtrant haec, quae ibidem Nicephorus ipſe de exuviis S. Aanaſtaſiae ſtatim ſubjungit, verba: *Quum vero illa* (Pulcheria) *Imperium gereret, Gennadius autem Conſtantinopolitanae Ecclesiae praeeſſet, reliquiae S. Anaſtaſiae pharmaceutriae Sirmia adlatae &c.*

Altera Corporis Sauctae Agnetis Translatio, juxta eumdem Domeneccum, ita adcidit. Guilielmus Guilielmi filius, Viennae Comes, adita religionis ergo Hieroſolyma, cum Conſtantinopolitano Imperatore biennium deinde convixerat. Quem quum ſibi maximo amore obſtrinxiſſet, aegreque perviciſſet, ut reditum ei facere liceret in patriam, ab Imperatore, qui ſe, quod illi placuiſſet, id daturum eſſe, juraverat, SS. Antonii Abbatis, & Agnetis Martyria Corpora in Galliam abſtulit, quae in Deiparae Virginis Aede, loco, qui *Motta* dicitur, conlocavit; inde in Monaſterium, cui *Bages* nomen eſt, prope Manreſam ſitum, poſtremo Manreſam translata ſunt. At die XVII. Januarii in Translatione Corporis S. Antonii, nulla S. Agnetia memoria occurrit: nec Corpus S. Antonii a Guilielmo, verum a Jocelino, ſive Jacelino, Guilielmi Comitis filio, in Galliam adlatum perbibetur. Deinde innuit Domeneccus, eumdem Guilielmum Corpus S. Agnetis dono dediſſe Legatis Regis Caſtellae, ejuſque fratris Toletani Epiſcopi: & quidem Regem illum conjicit eſſe Alphonſum VI., qui Imperator dictus. Atqui multo ante Alphonſi VI. aetatem, qui ab anno 1108. ad 1159. Regnum tenuit, invectae dicuntur in Galliam S. Antonii exuviae. Neque Alphonſus VI. verum Alphonſus VII. fratrem habuit Sanctium Epiſcopum Toletanum. Quare neutiquam adſentimus Johanni Bollando, qui Translationem reliquiarum S. Agnetis in Eccleſiam Manreſanam, utpote ex ejus loci monimentis a Domenecco hauſtam, fidem omnino mereri contendit. Si etenim neque Conſtantinopolim, neque in Galliam, ut ex hactenus dictis liquet, Sanctae Agnetia Corpus translatum eſt, qui comprobanda Translatio illa, quae

niſi

Digitized by Google

niſi admiſſis prioribus, fieri non potuit. Ecquis praeterea neſcit, privatas paſſim Eccleſias, non ſecundum ſcientiam, ſed pro ſua pietate, procudiſſe venerationis, & cultus monimenta, quibus tamen nullam eruditi viri fidem adhibent, niſi ea vel aliunde confirmentur, vel omnes ſuperent difficultates? Demum praetermiſſis pluribus aliis Corporis S. Agnetis in varias Occidentis Eccleſias Translationibus, quas una cum miraculis, a Deo per ipſam S. Martyrem ea occaſione patratis, deſcribit Bollandus, & quorum falſitas ultro ſeſe legentibus prodit, multo quidem abſurdior mihi videtur eorum opinio, qui Corpus laudatae Agnetis, regnante Clodoveo I. in Galliam fuiſſe adlatum, ſibi perſuadent, ex eo potiſſimum, quod hujuſce Translationis mentio in historia Inventionis Reliquiarum SS. Agnetis, & Benigni, earumque ex Gallia in Hollandiam Tranlationis habeatur. Nam praeterquam quod nec annum, aut diem, nec locum ejus Translationis adſignant, abiit, ut hiſtoria illa, quam modo innuimus, etſi ex veteri MS. Pauli Ultrajecti eruta, emunctae naris virorum calculo, ſicuti contendit Bollandus, ſit unquam comprobanda. Et vero ibi inducitur Sancta Agnes, ita Amolwinum ruſticum hominem adloquuta: *Vigilas, vigilaſne, Anolvvine? Sum Agnes Virgo Chriſti... Vade ergo, & dic Lamberto Presbytero, ne ſuimet ipſius in damnum diutius protelet, corpus Benigni Martyris, & meum terra effodiens in lucem proferre.: ipſe etenim eſt Carnotenſis Epiſcopus, qui pro Chriſti nomine ſanguinem effudit, meus & filiolus ſpiritualis exſtitit, quem de matre ſonte regeneratum ſublevans mihi adoptavi in filium, nunc & gratulor in Caelis adeſſe conſocium.* Porro, ut miſſa faciamus plura, quae vel a lippis, & tonſoribus cenſoria virgula facile notari poſſunt, is Benignus, cujus memoriam Martyrologium Romanum recolit die 1. Novembris, Divionenſis fuit Epiſcopus, nequaquaquam vero Carnotenſis; nec in vulgatis, probatiſque Carnotenſium Epiſcoporum Catalogis ullius Benigni Martyris, Sanctae Agnetis filioli ſpiritualis, nomen occurrit. Qui praeterea fieri poſſet, ut ille idem Benignus Martyrium ſub Aureliano Imperatore, ſeu circa A. C. 273. ut autumat Bollandus, perpeſſus; de ſacro tamen ſonte a S. Agnete ſuſceptus eſſet, quae ex concordi Martyrologorum ſententia, nonniſi circa annum Chriſti circiter 304. duodecimo vel decimotertio aetatis ſuae anno mortem oppetiit?

Sua itaque cadit cauſſa Joh. Bollandus, qui ad diem 21. Januarii Sanctae Agnetis Martyrium ſeculo tertio contigiſſe putat, ob duas, ſcilicet, quas ibidem adfert, rationes. Primo, quod in ejuſdem S. Agnetis Inventionis hiſtoria, quam modo refellimus, haec dicatur, Sanctum Benignum e baptiſmi fontibus ſuſcepiſſe, cujus Martyrium ad Aureliani Imperatoris tempora revocat vir eruditus. Alterum argumentum deſumit ex ipſius Agnetis vulgatis Actis, ubi, jubente *Aſpaſio Vicario*, in ignem praecipitata fertur. Quin & in MS. Codice S. Maximini Trevirenſis haec habentur. *Tunc Vicarius Aſpaſius, nomine Paternus, Proconſul, ex Dominis, & Principibus ſuis Valeriano, & Galliano juſſit, &c.* Verum, ne invictas vulgatorum S. Agnetis Actorum, ejuſque Reliquiarum Translationis, atque Inventionis hiſtoriae confutationes, a nobis hucuſque prolatas, Bollando, ejuſque fautoribus heic iterum opponamus, poſtremum hoc argumentum ex MS. Cod. S. Maximini deſumtum, toti repugnat antiquitati: nuſquam enim alibi legimus, aut audivimus, Vicarium Praefecti Proconſulem fuiſſe adpellatum, aut Romae Proconſulem exſtitiſſe. Quocirca, quum haec omnia ex ſcriptis penitus incertis hauſta ſint, nihil nos movent; multoque veriſimiliorem eorum ſententiam arbitramur, qui Agnetis noſtrae paſſionem anno Chriſti circiter CCCIV. conſignant. *Satis apparet*, inquit Baronius in Notis ad Martyrolog. Rom. die 21. Januarii, *S. Agnetem in ultima Eccleſiae Perſequutione fuiſſe Martyrio coronatam.* Congruunt, ex ipſomet Bollando, plerique antiquiores Martyrologi, quibus nos addimus Ruinartum, Tillemontium, Bailletum, ceteroſque nuperrimos Eccleſiaſticos Scriptores, qui in eamdem ſententiam nobiſcum concurrunt. Porro ultimae Perſequutionis nomine, in qua paſſam fuiſſe Agnetem, Baronius ſcribit, nemo non Diocletianeam, quae a D. Auguſtino lib. 18. cap. 52., & Oroſio lib. 7. cap. 27. Decima adpellatur, plane intelligit, etſi in adſignando tempore, quo ea exorta eſt, diſſideant inter ſeſe, atque diſcordent graviſſimi authores. Baronius ſiquidem, & Petavius, illam anno Diocletiani XIX. Chriſti vero 302. excitatam contendunt; Ruinartus autem, ejus initium ab anno Chriſti 293. arceſ-

Martyrii tempus.

ſen-

ſendum eſſe putat, quo Diocletianus Decennalia Imperii ſui celebraturus, ſe ut Deum adorari, & gemmas veſtibus, calceamentiſque ſuis inſeri, juſſit, quum antea, inquit Eutrobius lib. 9., *Imperatores in modum Judicum ſalutarentur, & chlamydem purpuream plus a privato haberent*. At Pagius, Tillemontius, & prae ceteris Valeſius in adnotationibus ad Euſebii Hiſt. Eccleſ. lib. VIII. luculentiſſimis argumentis probat, Edictum illius Perſequutionis, *anno decimo nono Imperii Diocletiani*, ut ſcribit ipſe Euſebius ibidem cap. 9., *menſe dyſtro*, qui a Romanis Martius vocatur, emiſſum, in annum quidem a Partu Virginis ſecundum Euſebium 305. Verum juxta aeram Dionyſianam, qua nunc utimur, tertium & trecenteſimum competere, quo, nimirum, ineunte Galerii Maximiani ſuaſu, Edictum Nicomediae propoſitum eſt, quo (teſte Lactantio lib. de mortibus Perſequutor.) cavebatur, ut Chriſtiani *carerent omni honore, ac dignitate, tormentis ſubjecti eſſent, ex quocumque ordine, aut gradu venirent: adverſus eos omnes actio caleret, &c.* Eidem Valeſio adſtipulatus Pagius in Critica Baronii, ſubdit, laudati Lactantii teſtimonio controverſiam tandem eſſe diremtam, & certam Valeſii ſententiam conſtitutam. Cui, quoniam praeter diem paſſionis, Januarii, ſcilicet, 21. nullum aliud tempus Acta adſignant, eo lubentiori animo ſubſcribimus, quod, uti jam in praevia ad Acta SS. Stratonicae, & Seleuci admonitione innuimus, ex unanimi Chronologorum ſenſu, Diocletianus A. C. 284. Menſe Septembri Imperium injerit, ejus vero Perſequutionis Edictum ad annum ipſius Imperii XIX. qui alius eſſe nequit, quam Chriſti 303. ab Euſebio, Scriptore coaequali, referatur: adeo ut numquam ſatis inde argui poſſit eorum impudentia, qui ab Euſebio hac in re diſſentiunt.

Mortis genus. His extra omnem dubitationis aleam, ſi quid video, conſtitutis, nihil aliud tandem ſupereſt expediendum, niſi nodus, ſpecie magis, quam re ipſa difficilis. Regeret enim aliquis, dilucide quidem vulgata S. Agnetis Acta corrupta, atque adulterina eſſe demonſtrata; verum nihil inde imminutam Ambroſii, & Prudentii authoritatem, ſcribentium, eam Virginem gladio Martyrium conſummaſſe; quum tamen Chaldaicus Codex flammis ipſam Deo, tamquam puriſſimam hoſtiam perhibeat immolatam. Sed jam oſtendimus, Acta noſtra a coaequali authore, quem contraxerit Euſebius, exarata, & omnes ſinceritatis notas praeſeferre, & cum pervetuſto Baſilii Imperatoris Menologio, ac Syrorum, Graecorumque Synaxariis circa Sanctae Agnetis mortis genus adprime congruere. Quare nihil obeſt, quominus in manus S. Ambroſii, exeunte ſeculo quarto clari, & Prudentii, Ambroſio longe poſterioris, interpolata quaedam, atque ab aliis depravata Sanctae Agnetis Acta inciderint, ex quibus ejuſdem Elogia, quae ad nos pervenerunt, excerpſerint, vel uti placet Bailleto, ex traditione ora'i, quae, ut plerumque fit, falſa veris immiſcet, hauſerint. Praeterea nec S. Ambroſii libros de Virginibus, ubi praecipua S. Agnetis Elogia exhibentur, huic Sancto Doctori, ullo diſcrepante, adjudicantur; nec omnia ejuſdem S. Ambroſii genuina Scripta adeo certa, atque adcurata exiſtimanda ſunt, ut, pace tanti viri dixerim, nullius ea adlucinationis arguere liceat. Videſis ejuſdem praeſertim librum de Abraham, a quo Reges quinque, eductis trecentis decem & octo vernaculis, debellatos fuiſſe, ſcribit, quamquam ex Scriptura Gen: 14. conſtet, Abraham de quatuor, non vero de quinque Regibus triumphaſſe. Quidquod, nonne ipſi SS. Adelhelmus Anglorum Epiſcopus, & Maximinus Treverenſis ex lectione vulgatorum Agnetis Actorum, quae, ut praemonuimus, recentiores plerique omnes Scriptores doctriua perinde, ac pietate clariſſimi, refellunt, in eumdem impegere lapſum, & ipſam de Conſtantia Virgine, Conſtantini M. filia, fabellam, aliaque plura omnino incerta, ac ſuppoſita, quae Ambroſius, & Prudentius ſilentio diſſimulant, in ſua de Agnete praeconia retulerunt?

Si quis vero urgeat, ex S. Agnetis Martyrii genere, quod Acta haec Chaldaica produnt, recta conſequi, falſo ſibi Eccleſias, quas recenſuimus, ejus vindicare reliquias; is meo quidem judicio turpiter adlucinatur. Nam, praeterquamquod non totum Sanctae Agnetis Corpus, flammis abſumtum, in Actis noſtris dicitur; atque adeo nonnullas ſaltem ejus oſſium partes integras ſuperfuiſſe veriſimile eſt, nemo non ignorat, Martyrum cineribus, quos Chriſtiani aeque ac cetera eorum membra religionis ergo colligebant, & tumulo condebant, eoſdem prorſus honores, quibus adfici ſolent integra

gra Sanctorum Corpora, Eccleſiam decreviſſe; numquam tamen proinde adducimur, ut credamus, aut genuinas eſſe omnes, & ſingulas Sanctae Agnetis reliquias, quae variis in locis repoſitae dicuntur, quaeque, ſi una cogerentur, Coemeterium ſane ampliſſimum complerent: aut ipſius Corpus in aliqua Eccleſia integrum adſervari.

Nec nobis objicias varias ejuſdem Sanctae Agnetis Corporis Tranſlationes, a nobis jam ad fabulas amandatas, ſive ipſius Inventionem, quam ſub Paulo V. Pont. Max. contigiſſe ferunt. Majorem enim fidem adjungendam eſſe Actis noſtris, utpote a coaevo authore conſcriptis, quam nonnullorum conjecturis, ex ambiguis monimentis poſt duodecim ſecula factis, quae & aliarum Eccleſiarum traditionibus repugnant, nemo eſt, qui non videat.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܗܓܢܐ ܒܬܘܠܬܐ ܪܗܘܡܝܐ ܩܕܝܫܬܐ ܚܕ ܘܥܣܪܝܢ
ܒܟܢܘܢ ܐܚܪܝ.

MARTYRIUM

Sanctae AGNETIS *Virginis die XXI. Januarii, Romae.* Anno Chriſti circiter 304 Sub Diocletiano Imp.

ܐܬܟܠܠܬ ܕܡܫܝܚܐ ܗܓܢܐ ܒܬܘܠܬܐ
ܣܗܕܐ ܒܐܘܠܝܬܗ ܕܥܣܪܝܢ ܘܚܕ
ܘܡܛܠ ܒܟܢܘܢ ܐܚܪܝ ܐܝܟ ܠܐ ܗܘܐ
ܒܕܘܟܬܐ ܛܫܝܬܐ ܐܠܐ ܒܡܕܝܢܬܐ
ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܪܗܘܡܝܐ ܟܠܗ̇ ܘܒܪܘܡܝ
ܒܡܕܝܢܬܐ: ܠܐ ܐܝܟܢܐ ܕܫܪܝܐ ܗܘܬ
ܐܬܥܒܕ ܘܐܬܢܛܪ ܗܘܐ ܡܫܬܘܕܥܢܘܬܗ̇
ܡܢ ܡܠܬܐ ܫܬܝܩܬܐ ܗܘܬ: ܘܗܢܐ ܕܝܢ
ܒܕܘܟܪܢܐ ܠܐ ܢܦܠܐ ܕܡܘܕܥܢܘܬܗ̇ ܘܫܘܒܚܗ̇
ܕܢܬܬܣܝܡ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ: ܢܦܫܬܐ ܗܘܬ
ܕܝܢ ܣܗܕܘܬܐ ܪܒܬܐ ܕܩܕܝܫܬܐ ܘܡܝܬܪܬܐ
ܡܥܠܝܬܐ ܐܝܟܐ ܕܡܢ ܟܠܗܝܢ ܡܝܬܪܬܐ
ܕܐܝܬ ܒܥܘܠܡܐ ܕܩܕܝܫܐ ܒܟܠ
ܥܘܒܕܝܢ ܡܝܬܪܬܐ.

ܐܢܬܘ ܕܝܢ ܗܘ ܫܡܥ ܫܡܗ̇ ܕܗܓܢܐ
ܗܢܐ ܕܫܡܗ̇. ܡܛܠ ܕܒܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ
ܗܓܢܐ ܒܬܘܠܬܐ ܡܬܬܪܓܡܐ. ܐܝܟ
ܕܐܢܬܘܢ ܐܦ ܚܢܢ ܩܪܝܢ ܕܟܝܬܐ
ܡܢ ܐܒܗܝܗ̇ ܐܬܝܗܒ: ܕܗܘܐ ܫܡܗ̇ ܫܡ
ܕܢܗܘܐ ܠܕܘܟܝܘܬܗ̇ ܒܫܡܗ ܩܢܝܐ. ܐܝܟ
ܗܘܐ ܠܗܿ ܫܦܝܪܬܐ ܕܢܦܫܐ ܕܡܕܒܪܢܘܬܐ
ܘܡܬܩܢܢܘܬܐ ܕܦܓܪܐ ܐܠܗܝܬܐ
ܕܡܫܬܪܝܬܐ

Quae Agnes, Chriſti Virgo, die vigeſimo primo Januarii, paſſa eſt, ea quoniam non obſcuro aliquo in loco, ſed Romae, in Urbe, ſcilicet, totius Romani Imperii & magnificentiſſima, & frequentiſſima, quam ipſa incolebat, contigerunt, nec ſilentio praetermittenda, neque in oblivionem amandanda exiſtimamus. Quamquam autem glorioſum ejus Martyrium, & praeſtantiſſimam, qua ipſum tulit, virtutem nulla cogitationis, aut orationis vis adſequi poſſe videatur; illud tamen percommode cadit, quod infinita ſit eorum multitudo, qui praeclara ipſius geſta & viderint, & commendaverint. Scriptoris Prologus. Agnetis patria.

Porro ſi vim, quae Agnetis nomini ſubeſt, ſeruteris, Caſtam nominatam intelliges: nam quam Graeci Agnetem, eam nos Puram dicimus [1]. Neque vero fortuito caſu aliquo, ſed Divino plane conſilio factum eſt, ut fuerit ipſi a Parentibus id nominis inditum, quod ſanctiſſimis, integerrimiſque ejus moribus adprime conſentiret. Quoniam ergo & eleganti corporis forma, & Divina Nominis Interpretatio. Eius virtutes Matronae Romanae demirantur.

vina animi pulchritudine praeſtabat fortiſſima Agnes ; contingebat inde , ut Romanae Matronae quamplures , cum ipſius admiraturae ſancta facinora , tum varia accepturae quibuſcumque in anguſtiis beneficia , ad ipſam turmatim confluerent . Ex iis autem aliae Divinam ejus in eloquendo vim , & gratiam mirabantur , ſuſpiciebant aliae caſtitatem , aliae denique ſingularem ipſius in Deum
2 pietatem aemulari ſtudioſiſſime ſatagebant [a] .

Martyrii occaſio.

Atque ex hoc plane Matronarum ad Agnetem concurſu factum eſt , ut & capitali in ipſam odio , atque incredibili furore Romani concitarentur , & admirabile inde ſuum certamen Agnes iniret . Inter eas autem , quae frequentes, ut innuimus , ad ipſam veniebant , Mulieres nonnullae hortari eam coeperunt , atque , ut a Fide decederet , ſuadere . Quumque earum voluntati Agnes nullatenus conniveret ; illae contra id conſilii dabant , ut , enunciatas ſaltem a Judicibus , minas latitando declinaret . At nec Dominum abnegare voluit Dei ancilla , nec homines fugere . Imo vero quum nova in dies adverſus Chriſtianos Edicta promulgarentur , & capitales inſidiae a Judicibus in eos pararentur ; ipſa interim non furtim , abditoque aliquo in loco , ſed palam , eaque , qua Chriſtianae profeſſionis homines decet , libertate , venientes ad ſe feminas & Sanctum Dei Verbum edocebat ; & , ut peccatorum poenitentiam agerent , Chriſtumque agnoſcerent , adhortabatur .

Fallaces Matronarum ſuaſiones cótemnit, & Chriſtianam fidem praedicat.

Unde comprehenſa Praeſidi ſiſtitur.

Delata res eſt Judici , ſummam id temporis obtinenti authoritatem ; denunciata conſtans , ac ſingularis Agnetis libertas : atque hic , re vix audita , comprehendendam edixit . Porro profligatiſſimo erat is Judex animo : adeo omnem exſuerat verecundiam:adeo omnibus ſeſe flagitiis contaminaverat , ut caſtiſſimam Virginem , toto nudatam corpore , ſibi objici voluerit : nec ipſas , quas ſolers natu-

[illegible]

[illegible]

natura diligenter adeo occuluerit, ſecretiores partes ullatenus obtegi permiſerit homo impudentiſſimus. Tum verberibus parcendum cenſuit, idque non miſericordia motus cavit, ſed ne imminuta, & flagris foedata corporis elegantia, impudicorum oculos abſterreret. Demum ad ipſam converſus juſſit, utrum mallet, ediceret, litarene Idolis, an trahi in lupanarium. At illa ad Tyrannum: Et inanimis Idolis nullatenus Sacra faciam, & firmam conloco in Deo ſpem, ut is me a contumelia, quam ipſe minaris, ſit divinitus erepturus.

A quo fruſtra ad litādū Idolis ſolicitata,

Haec ut audiit impius Judex, Lenonem [3] arceſſit, puriſſimam Virginem, quam vere ſuum deceret Agnetis nomen, in impuriſſimas manus tradit: atque ut vehementius provocentur ad libidinem adſpicientium oculi, unica, eaque tenuiſſima, & perſpicua veſte obtegendam mandat [4]. Tracta interim in Lupanarium [5] conſtantiſſima Chriſti Virgo, fixo in Caelum obtutu, voce Chriſtum ad vindicandam pudicitiam ſuam adpellans, obfirmabat ſeſe in fide ſua ſancta, atque in propoſita ſibi dudum conſtantia ſemetipſam ſtabiliebat.

3
Lupanario adducitur. unica, eaque perſpicua veſte obtecta.

4
5
Chriſtum ad vindicādā ſuā pudicitiā implorat.

Multi igitur impuri ſceleſtique homines, fallaci illecti potiundae Virginis ſpe, Lupanarium ingrediuntur. At in irritum furunt libidinoſi homines: compeſcitur enim carnis eorum vis, excidit libidinis aeſtus, & non ſolum turpe quid admittere, ſed & ad ipſam adcedere prohibentur. Eo, nempe, temporis momento, quo ad ipſam flagitium cogitantes conveniebant, trepidabant continuo ſinguli, & veluti exanimes haerebant. Digrediebantur ergo inde, & quod ſibi evenerat, prodigium omnibus praedicabant. Quamquam autem hunc palam impudentiae ſuae exitum teſtarentur; impuros tamen, libidinoſoſque homines, quominus in eumdemmet locum pedem inferrent, neutiquam ſuaſerunt. Obverſabatur, nimirum, ipſorum animis

Lupanarium proinde ingredientium libido divinitus coercetur.

mis praeſtantiſſima Virginis ſpecies, compellebatque, ne facilem dictis fidem adhiberent. Verum Agnetis anima, quae tunc & fide, & verbo Dei ſeſe exornabat, vincebat certe decore ſuo qualemcumque corporis formam, & venuſtatem.

Ganeo tamen quidam Virgini adpropinquare auſus, illico exanimatus cécidit.
6

Eorum autem perdiriſſimus quidam [e], qui & infamiae ſeſe dudum, & libidini turpiſſime devoverat, erarque adeo projectiſſimo ad audendum animo, quorquot ad Agnetem ingreſſi haeſerant in facinore, homunciones adpellabat, fungos, faruos, blennos: tum ſimulatores etiam, mendaceſque dicebat. Et ipſe caeco interim inſaniens libidinis aeſtu, electam Dei Virginem ſeſe adſequuturum temere confidens, in ipſum irruit Lupanarium. Vix tamen ipſo ſtererar in veſtibulo audaciſſimus ganeo, vix propius invadere meditabatur, jacuit continuo exporrectus humi, atque contaminatiſſimam evomuit animam. Aderant interim praeſtolantes facinoris exitum impudici collegae: noſſe feſtinabanr, num imbellem Chriſti ovem rapax ex Diabolo lupus occupaſſer. Verum quum diutius, quam par erar, immoranrem exſpectaſſent, neque viderent ramen e cubiculo prodeunrem, eorum quiſpiam quidnam novi ſocio ſuo contingere potuiſſet ſecum conſiderans, non turpi quidem in Virginem voluntare, ſed curioſo eventus reſciendi ſtudio compulſus, flagitii locum iniir perquam confidenter. Exhorruir vero plane, atque in altiſſimos prorupir ululatus, quum miſerum ſocium ſuum repenrino perculſum fato humi procumbenrem intuitus eſt: Porens, enixa voce inclamabat, porens eſt, ac verax Chriſtianorum fides. Certe Virgo haec Deo eſt amiciſſima. Advolanr ad haec ſocii, conrabeſcere primo, atque contremiſcere ex triſti eventu; tum & conlacrimari, arque per urbem denique toram de funeſtiſſimo hominis interitu rumor emanare: ad-

ܠܒܠܒܝ ܡܬܒܪܝܢ ܗܘܘ. ܡܛܠ ܕܐܦ ܗܘܬ
ܠܐ ܐܬܛܦܣܘ ܕܢܬܟܫܦܘܢ ܠܦܬ̈ܓܡܐ ܐܡܪܝܢ
ܕܐܬܓܠܝ ܡܢ ܓܠܘܬܗ ܕܠܒܗ: ܫܘܦܪܗ
ܓܝܪ ܕܢܦܫܗ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܡܨܒܬܐ ܗܘܬ
ܕܠܡܫܟܚܐ ܠܐ ܡܬܚܝܒܝܢ: ܫܘܦܪܐ ܕܝܢ
ܕܦܓܪܗ ܡܢ ܫܘܦܪܗ ܗܘܐ ܕܦܓܪܐ
ܗܘ ܡܢܨܚܐ ܗܘܐ. ܕܝܢܗ ܒܟܘܠܗ
ܒܣܒܝܢܘܬܐ ܡܫܡܠܝܬܐ ܕܠܟܠܗ
ܡܢܝܢܬܐ ܗܘܬ.

ܚܕ ܕܝܢ ܪܫܝܥܐ ܡܚܒܠܬܐ ܟܒܪܐ
ܕܒܗܬܬܐ ܡܢ ܟܢܫܬܐ ܕܫܠܝܛܘܬܐ
ܠܡܪܕܘܬܗ ܡܫܠܡܢܝܗ ܫܒܩ
ܦܬܓܡܐ ܗܘܐ ܠܟܠܗܘܢ ܕܥܠܘ ܗܘܘ
ܠܘܬܗ ܡܢܟܝܒ ܗܘܐ: ܘܡܨܝܢ ܗܘܐ:
ܘܡܬܒܟܐ ܘܫܟܠܐ ܥܒܪܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ. ܐܝܟ
ܗܘܐ ܕܝܢ ܗܘ ܗܢܐ ܘܡܚܒܠܢܐ ܥܫܝܩܘܬܐ
ܕܬܐܘܬܐ ܐܡܪܝܢ ܗܘܐ ܕܢܕܒܪ ܠܫܦܝܪܬܐ
ܗܕܡܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܕܠܗ ܕܐܠܗܐ ܢܥܘܠ
ܗܘܐ: ܡܛܠ ܐܠܐ ܡܛܐ ܠܘܬܗ ܒܬܪܥܗ
ܢܦܠ ܗܘܐ ܥܠ ܐܪܥܐ ܘܡܝܬ: ܘܡܢ ܣܢ̈ܐ
ܘܢܫܡܬܗ ܡܢܗ ܥܠܝ ܐܬܦܠܛܬ ܗܘܬ:
ܘܡܣܟܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܕܝܢ ܚܒܪ̈ܘܗܝ ܡܩܒܠ
ܕܢܚܙܘܢ ܘܫܟܝܚܝܢ ܗܘܘ ܕܢܠܦܘܢ
ܡܢܐ ܗܘܐ ܕܠܗ ܢܦܩܐ ܒܪܢܫܐ
ܕܡܫܝܚܐ. ܘܟܕ ܢܘܓܪܐ ܗܘܝܬܐ
ܐܬܥܒܕ ܘܠܐ ܢܦܩ. ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܡܚܪܒܐ
ܗܘܐ. ܕܡܢܐ ܢܐ ܐܓܕܫ ܠܚܒܪܗ: ܐܠܐ
ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܬܘܠܬܐ ܐܦ ܗܘ ܒܥܐ ܚܒܪܗ
ܠܐ ܗܘܐ ܒܪܓܝܓ ܒܥܐ ܕܢܥܠ ܐܝܟܘܬܗ
ܕܐܠܐ ܢܗܦܘܟ ܗܘܐ ܐܦ ܠܟܬܠܘܬܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܢܦܩ: ܐܠܐ ܚܠܬܐ ܕܢܘܚܪܗ
ܕܢܘ ܕܚܠ ܫܡܥܗ ܒܠܒܗ. ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ
ܡܝܬܝ ܠܚܒܪܗ ܕܐܪܡܐ ܘܡܝܬܐ: ܒܩܠܐ
ܪܡܐ ܩܥܐ ܘܐܡܪ. ܕܡܝܬܐ ܗܘ ܫܪܝܪܐ
ܕܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܗܝܡܢܘܬܐ: ܐܬܒܪܝܬ ܗܕܐ
ܚܕܐ ܐܢܫܐ ܐܡܝܢܬܐ ܗܝ ܕܐܠܗܐ: ܘܟܕ
ܫܡܥܘ ܚܒܪ̈ܘܗܝ ܬܡܗܝܢ ܗܘܘ ܘܪܥܠܘ
ܘܒܟܝܢ ܠܚܒܪܗܘܢ ܡܬܢܚܝܢ ܗܘܘ:
ܐܫܬܡܥܬ ܕܝܢ ܫܘܥܝܬܐ ܡܢ ܡܘܬܗ
ܕܐܢܫܐ ܕܒܝܫܐ ܒܟܠܗ ܗܘܬ ܓܝܪ
ܡܕܝܢܬܐ

ܘܕܘܡܣܬܐ ܗܘܘ ܐܚܪܢܐ ܡܢܗܘܢ.
ܠܐ ܕܝܢ ܛܫܝ ܗܠܝܢ ܘܠܗ ܠܗܓܡܘܢܐ
ܕܥܡܐ ܡܬܠܕܥܢ ܗܘܝ ܘܡܫܬܒܝ ܥܡܗ
ܗܘܐ ܘܡܬܬܕܡܪ ܥܠ ܡܢ ܕܗܘܐ ܗܠܝܢ
ܗܘܐ ܕܩܥܬ ܡܣܬܒܪܐ ܠܐ ܐܡܠܝ ܥܠ
ܗܘ ܠܗܠܝܢ ܕܫܡܥܬ ܠܝܠܝܐ : ܐܝܟ ܕܗܘܐ
ܠܗ ܐܝܟ ܕܡܣܒܪܐ ܘܠܐ ܡܫܬܡܥ ܠܠܒܐ
ܕܥܡܗ : ܡܕ ܕܝܢ ܐܬܐ ܡܛܠ ܠܘܬܗ
ܘܚܙܝܗ ܠܥܠܝܡܐ ܕܥܠܝܠ ܥܠ ܐܪܥܐ
ܘܠܝܬ ܒܗ ܪܘܚܐ ܡܥܪܒܐ ܗܘܐ ܠܗ
ܠܕܒܬܐ ܕܡܐ ܐܝܟ . ܘܐܡܪܐ ܠܗ
ܡܠܬܐ ܠܒܬܘܠܬܐ ܗܢܐ . ܘܩܘܠܐ
ܐܠܦ ܕܗܘܐ ܡܢ ܥܠܡܐ ܐܚܝܬܝ ܠܗ .

ܗܝ ܕܝܢ ܐܡܪܐ ܠܗ ܠܛܘܪܢܐ : ܕܡܢ
ܚܡܝܬ ܠܝ ܠܟ ܐܝܟܢܐ . ܕܠܐ ܐܬܐ ܕܠܝ ܥܒܕܐ
ܐܠܗܐ . ܡܢ ܒܬܪ ܕܝܢ ܠܟܠܐ ܣܓܝ
ܢܚܬ ܠܝ ܠܒܝܬ ܕܟܬܒܘܬܐ ܗܘܐ ܡܕܝܡ
ܕܐܝܟ ܡܠܐܟܐ ܗܘܐ ܚܙܘܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܥܠܝܡܐ
ܐܦ ܗܘ ܚܝܠ ܚܙܝܬ ܠܗܘܢ ܗܘܐ
ܡܕܒܪܢܐ ܗܘܐ ܕܚܠܬܐ ܡܠܐ ܗܘܐ
ܘܟܠܗܘܢ ܕܥܐܠܝܢ ܗܘܘ ܕܢܬܒܥܘܢ
ܪܓܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܡܬܚܝܠܐ ܗܘܐ
ܘܡܫܬܒܩܬܗܘܢ ܡܬܟܢܫ ܗܘܐ : ܗܢܐ
ܕܝܢ ܕܝܢ ܠܥܠܝܡܐ ܗܢܐ . ܕܚܙܝܬ ܗܢܐ
ܐܝܟ ܕܡܚܒܬ ܒܚܨܝܦܘܬܗ ܡܬܟܢܫ ܗܘܐ
ܥܕܡܐ ܕܥܠ ܕܝܠܝ . ܠܐ ܫܒܩܗ ܗܘܐ ܕܠܐ
ܠܗ ܐܝܟ ܕܠܫܪܟܐ ܡܬܩܢܐ ܢܦܫܗ ܘܚܛܝܦܐ
ܢܥܒܕܗ ܡܚܝܠ ܕܒܥܡܕܘܬܐ ܥܕܡܐ ܕܠܐ
ܗܘܐ : ܡܕܡ ܕܝܢ ܕܢܥܒܕܗ ܡܢ ܘܡܬܩܪܒ
ܠܝ : ܚܛܦ ܠܗ ܡܢ ܚܝܐ ܘܐܡܝܬܗ ܐܝܟ
ܕܚܙܝܬ .

ܐܡܪ ܠܗ ܕܝܢܐ . ܘܡܢܘ ܗܢܐ ܕܥܒܕ
ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܠܝ : ܐܡܪܐ ܠܗ ܗܝ ܕܝܢ
ܐܢܐ ܕܡܢ ܡܕܡ ܐܫܬܘܕܥ ܠܝ ܡܠܬܐ ܕܡܢ
ܫܡܝܐ ܡܠܐܟܐ ܢܛܪܢܝ : ܠܐ ܕܝܢ ܠܡܠܬܐ
ܘܡܢܟܦܘܬܐ ܥܠ ܐܬܠܝܬܐ ܕܡܪܝܐ .
ܐܡܪ ܠܗ ܕܝܢܐ : ܐܢ ܢܚܬܐ ܥܠ
ܐܢܫ ܕܒܢܦܫܝ ܠܡܠܬܐ ܘܠܡܚܫܒܬܐ
ܕܡܬܠܬܝ ܡܢܗ ܚܠܝܡܐ : ܚܝܝ ܡܢ
ܠܗܘܢ ܘܡܠܝܟܐ ܡܢ ܡܘܬܐ . ܠܐ ܐܡܪ

Nec dudum Praeſidem id latuit, qui rei primo quidem novitate in admirationem rapi viſus eſt: tum vero de facti veritate graviter ſuſpicari coepit. Jamque difficillimam tandem iis, quae audierat, vel plane nullam praeſtans fidem, continuo ipſe ſeſe ad Virginem contulit. Ad quam ut venit, viditque proſtratum humi rigidum, exanimemque miſerum illum hominem [7]: Heus tu, clamat ad Virginem, quid id rerum eſt, quod video? Quo tu impio auſu adoleſcentem hunc enecaſti? Fac rem ex integro reſciam.

Quo de facto Agnes a Praeſide interrogata,

7

At illa ad Tyrannnm; Ex quo, inquit, me, addictam Deo Virginem, in contumelioſum tu amandaſti locnm hunc, vir aetate quidem juvenili, adſpectu vero pereleganti, albis indutus, a tuis me hucuſque ſubſelliis concomitatus, atque heic ipſe terribili adſidens vultu, eorum omnium, qui vim mihi inlaturi ingrediebantur, libidinem coërcuit, exſtinxitque [8]. Aſt ut miſerum hunc, quem jacentem heic obſervas, per ſummam audaciam, & petulantiam huc ingredientem, & probrum in me meditantem cognovit; tum vero illi non, ut aliis ſociis, cohibita ſolum libidine, vitam permiſit, ſed ob ſingularem ejus impudentiam, anteaquam mutiret, anteaquam mihi adpropinquaret, ipſum ſubito e vivis ſuſtulit, atque ut vides, exanimem proſtravit.

Seriem exponit.

8

Ad haec Judex: Ubi ergo gentium iſte eſt, qui talia auſus? Quo adpellant nomine? ediſſere. At Agnes: Id unum, quod certo ſciam, eloquar. Oblatum mihi a Deo Angelum, qui pudorem, pudicitiamque meam ſervaret, vindicaretque a contumelioſa improborum vi. Quodnam autem huic ſit nomen, quoniam rogare auſa non ſum, dicere nullatenus poſſum.

Tum Judex: Dabo omnem dictis fidem, ea tamen conditione, ut quem

Praeſidis votis adquens,

pro tua caſtitate adſervanda ſublatum dieis a Deo tuo, eum tuis ipſa ad Deum precibus exeites a morte miſerum adoleſcentem. Neque enim is ullo te aut adfecit detrimento, ut ipſa modo teſtabaris, aut probroſo inceſſit verbo. Cui Agnes: Eccum, inquit, eccum, adſtantem mihi etiamnum, qui me hactenus cuſtodivit Angelus. Hic fortaſſe veſtros fugit oculos, quod caeco ſiris animo, obſirmatoque: at me in Deum verum credentem, Deum ipſum meum nefario homini vitam efflagitare neutiquam taedet.

Deum orat, & ſubito mortuus vitae reſtituitur.

Inter haec procidit oratura, & vix ſuſtulerat ſupplices ad Deum manus, vix intenderat puriſſimam in Deum mentem, quum ſubito, qui jacuerat, mortuus adoleſcens veluti e graviori ſomno excitari viſus eſt, erigere ſeſe, ſtare, ſpirare, vivere.

At Magicae id artis vitio vertente turba,

Haec oculis plane ipſi ſuis intuentes, & pertinax Judex, & quotquot aderant prodigii ſpectatores, terrore conciti, permotique ſunt admiratione perquamvehementer. Neque tamen, his viſis, aut reſipuerunt impii, aut oculos, ad cognoſcendam Verbi Dei virtutem, ſuſtulerunt: perdita enim omnino erant voluntate, & tenebricoſiſſimo homines intellectu, vitioque vertebant Magicarum artium, quae Caeleſti, Divinaque virtute contigerant, portenta. Quorum errori quum facile adſentiretur multitudo univerſa, Virginem morte multandam clamabat.

S. Agnes flammis damnatur,

Adnuit Judex, & B. Agnetem flammis damnavit: quo in ſupplicio dum ex Judicis ſententia conſumeretur, gratias agebat Deo ſuo, quam poterat, maximas, quod & nullum accepiſſet integritatis ſuae detrimentum, & digna fuiſſet habita, quae, tamquam puriſſima Deo hoſtia, immolaretur: profitenſque ad poſtremum uſque ſpiritum Chriſti fidem, glorioſiſſimi Martyrii palma inſigniretur *.

Inter quas Deo gratias agit, & fidem profitetur.

9

ADNO-

ADNOTATIONES.

(1) **C**Onſonat Sanctus Auguſtinus ſerm. 273, aliaa 101. de diverſ. cap. 6., ubi haec de S. Agnetis nomine: *Beata Agnes Sancta ... Virgo, quae quod vocabatur erat. Agnes Latine Agnam ſignificat, Graece caſtam. Erat quod vocabatur, merito coronabatur*. Hinc Graecis Ἁγνὴ, *Hagne*: Latinia vero *Agnes*, *Agne*, & *Agna* dicitur.

(2) Menologium Baſilianum, & Synaxarium Syrorum impudicaa fuiſſe tradunt eas feminas, quae religionis ergo ad S. Agnetem turmatim confluxiſſe heic dicuntur. Abſit tamen, ut integerrima Virgo Agnes hujuſmodi muliercularum conſuetudine fuerit unquam uſa.

(3) *Lenonem* Graeci in Menaeis die 21. Januarii, & 5. Julii Πορνοβοσκὸν adpellant, quod nomen Syriacus interpres retinuit. Unde magis magiſqua haec Sanctae Agnetia Acta ex fuſiori, quam deſideramus, narratione Graeca fuiſſe concinnata, nobis perſuademus.

(4) Vulgata Acta Latina, Sanctam Agnetem omnino nudam expoſitam fuiſſe, narrant, ſed capillia ſuis, ne conſpici poſſet, tectam divinitus.

(5) Locus, in quem tracta eſt Sancta Agnes, ut ejus Virginitas violaretur, quique proinde Sacroſanctus fuit ſemper habitus, ad fornicea Circi Agonalis exſtitiſſe, nullus dubitat. Porro in fornicibus ſpectaculorum manere conſueviſſe publica ſcorta oſtendit ex graviſſimia veterum Scriptorum teſtimoniis Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum die 21. Januarii. Inde ipſa *fornicandi* vox ducta.

(6) Hunc Sanctus Aldelhelmus Anglorum Epiſcopus lib. 2. de laudibus Virginitatis cap. 6. *Procopium* adpellat, quem & Praefecti Urbia filium fuiſſe, & Agnetem in uxorem petiiſſe, vulgata Acta referunt. Verum improbabile omnino videtur, quod Praefecti filius ganeonibua ſa comitem publicitus addiderit: ſecus enim adoleſcens dignitate adeo inſignis, potiundae Virginia ſpe illectus, non omnium poſtremus, ut de eo homine Acta ferunt, ſed primua quidem in lupanarium irruiſſet.

(7) In Menaeia die 21. Januarii. Ταῦτα μαθὼν ὁ Ἄρχων παρέςησαν τὴν ἁγίαν, ἤγαγον δὲ καὶ τὸν νεκρὸν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Non cohaeret ſyntaxia. Melius, ac ſimilius vero Syriacus Scriptor, Praeſidem ad Virginem perrexiſſe, ait, admiratione rei auditae perculſum: nam & judicii ordo poſtulabat, ne cadaver ad Tribunal adferretur, ſed potius in loco caedis a Judice obſervaretur.

(8) Chriſtianaa Virgines ſcortatoribus illudendas paſſim fuiſſe traditas, ſed earum pudorem divinitus ſervatum, liquet vel ex Actis SS. Martyrum Petri; Andreae, Pauli, & Dionyſiae Virginis, quae Godefridus Henſchenius ad pervetuſtos quinque Codd. MSS. conlata edidit die 15. Maii; tum vero ad alios plures Codd. MSS. recenſita, & emendata Theodoricus Ruinartua ſuae Sincerorum Actorum Martyrum Collectioni inſeruit, ubi haec de Dionyſia Virgine: *Tu igitur ſacrifica, ne turpiter te illuſam vivam incendam*, ait ibidem Proconſul Optimus nomine. *Dionyſia reſpondit: Deus meus major eſt, quam tu; ideoque minas tuas non timeo ... Tunc Proconſul tradidit eam duobus juvenibus corrumpendam... Juvenes erga acceptam caſtiſſimam Dei puellam duxerunt ad ſuum hoſpitium. Cumque uſque ad mediam noctem inſiſterent, ut ei vim turpitudinis inferrent, marceſcebat cupiditatis eorum libido. Circa autem mediam noctem quidam ſplendidus juvenis adparuit eis, illuminans totam domum. Illi vero timore percuſſi magno ceciderunt ad pedes mundiſſimae puellae. At illa elevavit eos dicens: Nolite timere, iſte eſt enim tutor meus, & cuſtos, pro eo quod vobis a nequiſſimo Judice ſum tradita. At illi rogabant, ut intervenires pro eis, ne quid eis mali contingeret, &c.* Quod & S. Baſilius lib. de vera Virginit. confirmat: *Quum*, inquit, *ferveret perſequutionis immanitas electae Virgines propter Sponſi fidem ad illudendum impiis hominibus traditae, corporibus inviolatae perdurarunt: eo, ſcilicet, cujus gratia id perferebant, impiorum conatus in earum carne irritas arguente, & integra earum corpora non ſine prodigia, & virtute cuſtodiente.* Hinc Tertullianus in Apologetico, ſic Gentiles increpat: *Proxime ad lenonem damnando Chriſtianam, potius quam ad leonem, confeſſi eſtis labem pudicitiae apud nos atrociorem omni poena, & omni morte reputari: necquidquam tamen profuit, exquiſitior quaeque crudelitas veſtra, illecebra eſt magis ſectae &c.*

(9) Congruit Menologium Baſilianum, nec non Synaxarium Syrorum, & Menaea Graecorum die 21. Januar. & 5. Julii, ubi ſic legitur: Γοητείας καὶ ἐπαοιδίας ἐγκλήματι συλληφθεῖσα. Διὸ πυρὶ παραδοθεῖσα ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέδωκε. *Magiae, & Incantationis crimine arceſſita, ideo igni tradita, in eo ſpiritum Deo tradidit.* Ad diem vero 21. Januarii additur: μετὰ ἢ τὸ καταπαῦσαι τὴν πυρὰν, Φιλόχρισοί τινες ἐν κρυπτῷ λαβόντες τὸ τίμιον αὐτῆς λείψανον ἐντίμως ἐνέθεντο. *Flammis deinde reſidentibus, Chriſtiani quidam clam venerandas ejus Reliquias colligentes honorifice condiderunt.* At Latina Acta habent: *gladio percuſſam*.

ADMONITIO

In Martyrium Sancti PROCOPII.

Acta SS. MM. Palæſtinorum Chaldaice ab Euſebio conſcripta.

EX Actis Sanctorum Martyrum Palaeſtinorum, quorum hiſtoriam conciſam, jejunamque exhibet nobis Graecus Euſebii Caeſarienſis Epiſcopi Liber, de Martyribus Palaeſtinae inſcriptus, quaeque tamdiu Eruditi Viri deſiderarunt, ex vetuſtiſſimo Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano I. integra heic decem nunc primum in lucem prodeunt; Acta nimirum SS. *Procopii*, *Alphaei*, *Zacchaei*, *Romani*, *Timothei*, *Apiani*, *Hedeſii*, *Agapii*, *Theodoſiae* Virginis, & *Petri Abſelami*. Ea autem quoniam & laudato de Martyribus Palaeſtinis Libro adprime conſentiunt, & Euſebii venam, atque ingenium undequaque ſpirant, germanum ipſius Euſebii foetum eſſe, nemo inficiari poteſt; id praeſertim luculentiſſime confirmantibus his, quae ſingulis Actis praefiguntur, verbis: *Anno Perſequutionis, quae diebus noſtris excitata eſt &c.* Diocletianeae etenim Perſequutionis, in qua Martyres, de quibus agimus, paſſi ſunt, tempore Euſebium, utpote Caeſarienſis Eccleſiae tunc Presbyterum, in ea quidem urbe, Palaeſtinae praecipua, perpetuo fere permanſiſſe, & continuis hortationibus populares ſuos ad Martyrium inſtruxiſſe, eorumque Paſſionis hiſtoriam conſcripſiſſe, liquet ex ejus vita, quam ſub ipſius Hiſtoriae Eccleſiaſticae initium edidit Henricus Valeſius, vir ſacrae antiquitatis ſtudio, & ſumma eruditione clariſſimus.

Græca S. Procopii hiſtoria, quae in lib. de Martyribus Palæſtinæ habetur, cōtracta, atque trūcata.

Porro Graecam S. Procopii, Martyrum Palaeſtinorum in Diocletianea Perſequutione caeſorum anteſignani, hiſtoriam, quae in laudato de Martyribus Palaeſtinae Libro habetur, ab alia fuſiori, atque explicatiori fuiſſe contractam, atque truncatam, certum exploratumque eſt: nam quae ad patriam, vitaeque inſtitutum pertinent, omittere nunquam conſuevit Euſebius. Hanc vero ex perantiquo Codiee Monaſterii Muſeiacenſis omnium primus vulgavit laudatus Valeſius in Notis ad caput I. libri Euſebii de Martyribus Palaeſtinae, quem ad octavum ejus Hiſtoriae Eccleſiaſticae librum adjecit, eandemque, ad tres Codd. MSS. primum ſcilicet Bibliothecae S. Germani, alterum Corbejenſis Monaſterii, tertium vero Bibliothecae Colbertinae conlatam, in ſuam ſincerorum Actorum Collectionem retulit Theodoricus Ruinartus. Cui quum paucis exceptis, quae a Graeco, Latinove Interprete interpolata fuerunt, quaeque in Adnotationibus huic Martyrio ſubnectendis perſtringemus, adamuſſim reſpondeat Chaldaicus noſter Codex, eundemque omnino ordinem praeferat, de illius quidem ingenuitate, atque authoritate dubitare non licet. Imo vero quum S. Procopius Sacrorum librorum e Graeco in Syriacum ſermonem in Eccleſia Scythopolitana Interpres dicatur, plane inde colligitur,

Chaldaicum ſeu Syriacum idioma Palaeſtinis vernaculum.

Syriacum, ſeu Chaldaicum idioma Palaeſtinis tunc vernaculum fuiſſe; atque adeo ejuſdem Procopii, quemadmodum & aliorum Martyrum in Palaeſtina coronatorum, Acta Syriace, ſeu Chaldaice ab Euſebio fuiſſe primum exarata, eademque haec ipſa eſſe, quae prae manibus habemus, omnino tenendum eſt. Neque enim veriſimile eſt, Euſebium, quam in uſum popularium ſuorum, & in ovium ſibi concreditarum ſolatium ſcribebat, Martyrum hiſtoriam iis literis conſignaſſe, quas non omnes callerent.

S. Procopii memoria, & cultus apud Latinos.

Procopium autem Martyrem colunt Latinorum Martyrologia tam vetera, quam recentiora die 8. Julii, his ferme ubique verbis. *In Palaeſtina Sancti Procopii Martyris, qui ſub Diocletiano Imperatore ab Scythopoli ductus Ceaſaream, ad primam reſponſionum ejus confidentiam a Judice Flaviano* (ſeu ut habet hodiernum Martyrologium Romanum) *Fabiano, capite caeſus eſt*. Quibus quidem verbis Procopium noſtrum Lectorem, & Exorciſtam deſignari, nemo eſt, qui non videat, quem & Synaxarium Graecum a Sirmondo editum commemorat eodem die 8. Julii: *Paſſio*, inquit, *S. Procopii Exorciſtae in Caeſarea Palaeſtinae*. At in reliquis Graecorum Faſtis eo quidem die S. Procopius celebratur, ſed

Et apud Græcos.

Magnus Martyr, & *Copiarum Dux* dicitur, cujus Acta admodum prolixa habent Lipomanus, & Surius, ſtylum & ingenium Metaphraſtae referentia; ex quibus deſumtum eſt ejus encomium, quod ad praeſignatum diem 8. Julii exhibet Menologium Baſilianum. Eſt autem hujuſmodi: *Certamen S. Magni Martyris Procopii. Magnus Martyr Procopius*

pius in Urbe Aelia Chriſtiano patre, matre pagana natus, imperante Diacletiano, poſt patris obitum a matre educatus, eidem Diacletiano oblatus eſt, ut ad honores promoveretur. Qua re Alexandriae Dux creatus, illuc mittitur, non modo hoſtibus bellum inlaturus, verum etiam Chriſtianis. Domum itaque ſuam pergens, audiit vocem e Caelo lapſam, dicentem: Adoleſcens, deſine pugnare adverſus ſervos meos, ne moriaris. Oſtenſa inſuper ipſi eſt Crucis figura. Quamobrem Scythopolim profectus, aurificem ad ſe venire juſſit, eique praecepit, ut ſecundum oſtenſam ſibi figuram, Crucem effingeret; quam deinceps geſtavit. Quum vero de Saracenis trophaea retuliſſet, atque domum rediiſſet, a matre ad Imperatorem delatus eſt, quod Chriſtianus eſſet. Idcirco variis cruciatibus adfectus, patratis ab ipſo miraculis non modo alios complures ad Chriſti fidem convertit, verum etiam matrem ipſam, & aliquot mulieres, cum quibus capite plexus, ad Deum migravit. Eadem fere leguntur in Menaeis excuſis, & in Menologio Slavo-Ruſſico, in quo tamen perperam Procopius dicitur *paſſus a Licinia ſub Conſtantino*: & in Synaxariis Syrorum, Copiitarumque, nec non in Menologio MS. Ecclcſiae Conſtantinopolitanae; quod videſis apud Bollandianos. Ex Novella autem Manuelis Comneni Imperatoris vacabat apud Graecos Tribunal die 8. Julii ob Feſtum Magni Martyris Procopii. Sub cujus etiam nomine, praeter Eccleſiam apud Scythopolim conſtructam, cujus meminit Cyrillus in vita S. Sabae, tres olim Conſtantinopoli exſtitiſſe, teſtantur Codin. Orig. CP. 18. 36. & Cang. in CP. Chriſtiana lib. 4. Sect. 6. n. 83. & 84. Quarum quidem prior a Conſtantino Magno aedificata eſt, tum a Zenone inſtaurata: altera vero a Juſtiniano, quam incendio abſumtam reſtituit Antonina Beliſarii vidua; tertia demum a Conſtantino Pogonato, qui obiit A. C. 685.

Eccleſiae ſub ejus nomine.

An duplex Procopius.

An vero Procopius Scythopolitanae Eccleſiae Lectur & Exorciſta, cujus Martyrii hiſtoriam heic proferimus, idem ſit cum eo, quem Graeci, Syri, & Coptitae *Magni Martyris*, & *Exercitus Ducis* nomine concelebrant, haud convenit inter Martyrologos. Et Baronius quidem ad annum 308. Procopium Lectorem ab Exercitus Duce diſtinguendum eſſe putat: *Quia* inquit, *ille momentaneo ferme Martyria ſublatus eſt: iſte autem longo certamine fatigatus, plurima meruit de diverſis tormentis ſtipendia.* Baronium ſequuntur Valcſius loc. cit. & Ruinartus in Admonitione praevia ad Paſſionem S. Procopii Lectoris pag. 352. At Molanus, & Bollandiani contendunt, evincuntque, Procopium Martyrem, cujus hiſtoriam Euſebius conſcripſit, & quem Latini colunt, ipſum eſſe, quem Graeci Μεγαλομάρτυρον, ſeu *Magnum Martyrem* dicunt. His adſtipulatur Tillemontius, qui etſi non diſſiteatur, forte exſtitiſſe Procopium Copiarum Ducem, cujus hiſtoriam cum Procopio Euſebiano Graeci confuderint, ut ſaepe alias eos feciſſe compertum eſt; ejus tamen Acta a Lipomano, & Surio edita merito reprehendit, atque refellit; utpote quae oppleta ſunt iis, quibus falſa Acta ſcatere ſolent, & ſpeciem referunt potius tragoediae, quam verae hiſtoriae; ut Bollandus ad diem 19. Maii adfirmaverat. Ad haec adcedit, quod eorum author multo poſterior Diocletiano videtur, quum hiſtoriae illorum temporum ſit valde ignarus. Edictum enim ejuſdem Diocletiani contra Chriſtianos ante Perſicum, & Aegyptiacum bellum ponit, imo & ante Caeſares creatos Galerium, & Conſtantium. Praeterea Procopium juvenem a Diocletiano Exercitus Ducem creatum, & Alexandriam miſſum ſcribit, ut non modo hoſtibus, verum etiam Chriſtianis bellum inferret: quod eſſe contra Romanorum inſtituta objicit Tillemontius in Notis ad Acta S. Febroniae, ubi Lyſimachus quum annorum eſſet viginti, a Diocletiano in Orientem ad Chriſtianos perſequendos cum militibus miſſus dicitur. Magiſtratus enim Romani non commendabant Juvenibus, neque Chriſtianorum perſequutiones certis perſonis mandabant, ſed ordinariis Praefectis, & Magiſtratibus. Neque demum opus erat militibus ad eam rem, quum ſatis eſſent praeſidiis inſtructae Provinciae. Quare neutiquam adſentimur Baronio, qui Graeca Procopii Acta originalia eſſe contendit, & ante Julianum Apoſtatam ſcripta; quod nempe author ſe ait vidiſſe ſtatuam Chriſti Paneade ab Haemorrhoiſſa Evangelica poſitam, quam Julianus confregit. Id enim verſutus author ex Euſebio ad verbum deſcripſiſſe videtur, ut commentitium ſcilicet ſuum opus ratum apud poſteros faceret: ipſiſſima quippe verba in Euſebii Hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 18. leguntur; ubi tamen nulla de Procopio Exercitus Duce ſit mentio. Quis autem adduci poteſt, ut credat, Euſebium, quum peculiarem de Martyri-

bus

bus Palaeſtinae librum ſcriberet, illum ſilentio praetermiſiſſe, qui tum officii praeſtantia, & mira converſione, tum prodigiis innumeris, & immaniſſimorum cruciatuum tolerantia, ſi Actis Graecis fides adhibenda, praecipuus ſupra ceteros ejuſdem Provinciae fuiſſet? Tametſi enim Paneades aliquando in Phoenicia locetur, Acta tamen apud Lipomanum, & Surium diſerte tradunt, illum paſſum in Palaeſtina; praeſertim quum Romanum Antiochiae Martyrio perſunctum, quia tamen Palaeſtinus erat, non putaverit Euſebius omittendum.

Ceterum ſi quis facta Procopii Metaphraſtenſis, & Euſebiani inter ſe conferat, nihil poteſt eſſe diverſius: nam Metaphraſtenſis Procopius, quem Graeci colunt, Dux Exercitus a Diocletiano factus eſt, additis mandatis, ut Chriſtianos ſuppliciis exagitaret. Δοῦκα τῆς Ἀλεξανδρείων πεπόηκεν, ὃς ἐνζλας ὑφ' τῦ Βασιλέως τῆς Χριστιανῆς τιμωρηᾶται δεξάμενος ut Graeci legunt in Menaeis die 8. Julii. Deinde Crucis conſpecto ſigno ſibi in aëre adparente, auditaque Chriſti voce, ad Sauli & Conſtantini Magni exemplum, ad fidem converſus, a matre delatus, a Caeſareae Praeſecto Ulcio, quem Juſtum vocat Surius, diris verberibus adfectus eſt, tum ſemivivus vinculis conſtrictus, a Chriſto mirabiliter ſolutus eſt, novumque Procopii nomen accepit, quum antea *Neanias* adpellaretur τῇ δὲ τῦ Κυρίυ ἐπιστασίᾳ τῆ δεσμῶν ἐλύθη, καὶ Προκόπιος ἐκλήθη. Ad haec ad Templum adductus oratione confregit Idola. Tribunos duos Nicoſtratum, & Antiochum, matremque cum duodecim aliis mulieribus ad Chriſtum convertit: denique variis, & acerbiſſimis cruciatibus vexatus, caeſis cervicibus, migravit ad Chriſtum. Cujuſmodi ſane nihil ad Procopium, cujus heic vitam, mortemque deſcriptam habemus. Atqui ſi tempora, loca, perſonarumque nomina, ac cetera, quibus hiſtoriae fides conſtat, perpendantur, nihil eſſe poteſt ſimilius. Uterque nimirum ſub Diocletiano paſſus eſt, quum ille in Italiam cogitaret, hoc eſt, primo Perſequutionis anno. Uterque Scythopoli Caeſaream abductus. Uterque, cervicibus gladio abſciſſis, caeſus eſt. Uterque patria Aelienſis, ſive Hieroſolymitanus: Euſebianus autem domicilio Scythopolitanus, a quo non videtur diſſentire Metaphraſtenſis. Graeci enim legunt ὑποστρέψας ἐν Σκυθοπόλει, poſt converſionem ſcilicet: ubi quum ſecreto curaverit fieri ſibi auream Crucis imaginem, palam fit, ibi amicos ipſi fuiſſe, notoſque opifices. Praeterea ſub Flaviano paſſus eſt Procopius Euſebii, ac ſub eodem Procopius Metaphraſtenſis. Itaque vel facta unius alteri tributa ſunt, vel tempora, & nomina alterius alteri data, vel Neaniae Martyrium Procopii nomine Metaphraſtes conſignavit, quum praeſertim mutatum Neaniae nomen Graeci narrarent. Porro ſi factis Procopianis a Metaphraſte deſcriptis certa nomina, patriam, tempora, ceteraque adjuncta demas, quibus hiſtoria a fabulis diſcriminatur, nihil reliquum erit, praeter adparitiones, conloquia, converſiones, confracta Idola, ſupplicia, aliaque ejus generis, quae a Metaphraſte plerumque excogitata Critici criminantur.

Lubens igitur in eam ſententiam diſcedo, quae unum Procopium fuiſſe cenſet, quemadmodum unum eadem die Graeci, Latini, Syri, Coptitaeque colunt: Graecorum autem Procopium Metaphraſtenſibus laciniis, tota veſte commutata, novaque perſona ſuperinducta, a Latinorum Athleta eſſe diſcriminatum. Neque heic ſilentio diſſimulanda eſt inſignis Cardinalis Baronii adlucinatio, qui quum vera eſſe agnoſcat quae de Procopio ſcribit Metaphraſtes, illum eundem eſſe putat, de quo in Martyrologio Romano die 8. Julii legitur, ſtatim a prima confeſſione eſſe damnatum: id enim cum Metaphraſte convenire non poteſt, ut ex haſtenus dictis manifeſtum eſt.

Quod autem in Actione Quarta Septimae Synodi Generalis Acta Procopii Graeca laudentur, parum referre non diffitebitur qui noverit, cujuſmodi generis Acta interdum in ea Synodo laudata ſint. Satis enim erat Patribus, in iis aliquid contineri, quod Apoſtolicam de Sacrarum Imaginum cultu traditionem adverſus Iconomachos adſerere utcumque videretur. Quamobrem ex quadraginta voluminibus, quae una die, eademque Actione IV. legendo percurſa ſunt, laudatur *Sermo S. P. N. Athanaſii* de Miraculo Crucis, quod paullo ante habitam Synodum adciderat; quem tamen Sermonem eruditi viri omnes huic Sancto Doctori abjudicant. Hinc Fronto Ducaeus in Notis ad Tomum ſextum Operum S. Johannis Chryſoſtomi agens de quibuſdam Sermonibus ei perperam

ad

adtributis: *Neque vero*, inquit, *mirum, quoſdam ex illis in antiquis etiam Synodis ſub nomine Chryſoſtomi citari, quum jam in uſu eſſent in Eccleſiis; neque ſoleant Concilia, dum teſtimonia proferunt, in Authores inquirere, aut alias quaeſtiones excutere, ab ea diverſas, quam prae manibus habent, ſed quae paſſim offeruntur, uſurpare, & quacumque ratione receptos Scriptores Haereticorum commentis opponere, quemadmodum & Apoſtoli, & reliqui Patres apocryphos libros citarunt*. Hactenus doctiſſimus Ducaeus.

Porro de anno obitus S. Procopii Martyris nullus hucuſque dubitavit, quum is expreſſus in Actis habeatur, Perſequutionis nempe Diocletianeae, cujus Edictum Nicomediae quidem menſe Martio, in Palaeſtina vero menſe Aprili promulgatum eſt, primus, quem in vulgarem Chriſti annum 303. competere, alibi ex Euſebio, & Lactantio oſtendimus. De die tamen, quo laudatus Procopius Martyr occubuit, diſcrepant Acta Latina a libro Euſebii de Martyribus Palaeſtinae: Euſebius enim *Feria quarta die* 8. *Deſii*, *hoc eſt* VII. *Idus Junias apud Romanos*, illum obiiſſe ſcribit: Acta vero Latina a Valeſio, & Ruinarto edita, *Deſii ſeptima Julii menſis, quae Nonas Julias dicitur apud Latinos*. Atqui Deſius reſpondet Junio, non Julio Romanorum; neque ullus eſt rectus ſenſus in verbis illis: *Deſii Septima Julii menſis*. MSS. duo Codices Corbejenſia ſcilicet, & S. Germani apud Ruinartum habent: *Dies erat Septima Julii menſis, quae* VII. *Idus Julii dicitur apud Latinos*. At negat ſenſum ullum germanum in his verbis eſſe Tillemontius; fatetur tamen, ſeptimam diem Julii incidiſſe in feriam quartam anno 303. idque ad Martyrologia adcedere, quae Procopium celebrant 8. Julii. Dodwellus ſeptimam Julii tuetur diſſert. Cyprian. c. 12. p. 311. ſed menſis Deſius locum habere non poteſt. Quare Martyrologiorum ſententiae interim inhaerendum eſſe cenſeo, donec, favente Deo, emendatiores, adcuratioreſque Actorum Codices inveniantur. Martyrii tempus.

ܣܗܕܘܬܐ

ܣܗܕܘܬܐ ܕܦܪܘܩܘܦܝܘܣ ܗܘܬ ܒܫܢܬ ܩܕܡܝܬܐ
ܕܪܕܘܦܝܐ ܕܒܝܘܡܝܢ .

MARTYRIUM

Sancti Procopii; *Anno I. Perſequutionis, quae diebus noſtris excitata eſt.*

Anno Christi 303 Sub Diocletiano Imp.

ܩܕܡܝܐ ܕܟܠܗܘܢ ܣܗܕܐ ܗܠܝܢ
ܗܢܘܢ ܕܒܦܠܣܛܝܢܐ ܐܬܚܙܝܘ
ܦܪܘܩܘܦܝܘܣ ܓܒܪܐ ܐܠܗܝܐ ܒܫܪܪܐ
ܕܩܕܡ ܠܣܗܕܘܬܗ ܗܘܐ : ܡܬܕܒܪ ܗܘܐ
ܦܘܪܫܘܬܗ ܒܡܣܝܒܪܢܘܬܗ ܣܓܝܐܬܐ
ܫܘܐ ܦܓܪܗ ܗܘܐ : ܘܡܢ ܟܕ ܛܠܝܐ ܗܘܐ
ܝܘܒܠܐ ܒܢܟܦܘܬܐ ܕܚܝܐ ܡܕܒܪܢܘܬܐ
ܐܠܝܨܬܐ ܠܗܘܐ ܗܘܐ . ܦܓܪܗ ܠܡܟܬܫܘ
ܡܫܥܒܕ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܐܦ ܟܕ ܚܝ
ܠܡܝܬܐ ܢܬܕܡܐ ܗܘܐ:
ܢܦܫܗ ܕܝܢ ܠܢܦܫܗ ܒܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ
ܡܣܝܒܪ

Procopii mores.

OMNIUM Sanctorum Martyrum, qui in Palaeſtina claruerint, primus [1] coronam promeruit Beatus Procopius, vir ſane Divinus; quippe qui vel anteaquam Martyrio perfungeretur, in ſingulari patientia, aequabilique tolerantia vitam traduxerat. Et ab ineunte quidem aetate moribus caſtiſſimus, corpus ſuum inedia, aliiſque ſponte ſuſceptis adflictationibus adeo proterebat, ut vivens adhuc, mortuo ſimillimus videretur: animum vero ſuum ſancto Dei verbo ita reficiebat, ut ex

eo ſuum etiam corpus confirmaret, atque mirifice recrearet. Ex pane, & aqua tantummodo victitabat, quin & ab his ad biduum, ad triduum, ad integram quandoque hebdomadam abſtinebat: Divinis praeterea evolvendis Scripturis perpetuam diu noctuque dabat operam. Quemadmodum autem morum integritati, ceteriſque, quibus cumulate adeo ornabatur, virtutibus ſingularem, qua inter aequales ſuos omnes quammaxime emineret, manſuetudinem, & animi demiſſionem; ita & eximiis, queis pollebat, Theologiae ſermonibus non exiguam in ſecularibus [2] diſciplinis eruditionem adjunxit.

Patria, & officia.

Porro Procopius genere quidem Hieroſolymitanus erat; domicilium vero in urbe [3] Beſan habebat: ac tria [4] in iis Eccleſiis obibat munia, primum ſcilicet Lectoris Sacrorum librorum: alterum Interpretis linguae Graecae [5] in Syriacam: tertium denique, in quo plurimum quidem elaborabat, Daemones ex hominum corporibus extrudebat.

Comprehenditur.

Ex urbe igitur Beſan una cum ſodalibus ſuis Caeſaream [6] in civitatem noſtram miſſus, huc ut venit, anteaquam conjiceretur in carcerem [7], & vinculis gravaretur, ab ipſo limine urbis recta ad impium Praeſidem, nomine [8] Paulinum, protruſus eſt, juſſuſque ab eo Diis litare.

Ejus confeſſio

At Procopius contenta voce, non eſſe Deos, praeter unum rerum omnium authorem, conſervatoremque, teſtatus eſt. Quae Martyris verba quum Judex, non ſecus ac vulnus in corde, aegre excepiſſet, firmumque adeo ejus propoſitum agnoſceret, a priori ſermone [9] digreſſus, ei, ut quatuor, [10] qui rerum potiebantur, Imperatoribus immolaret, praecepit. Verum Sanctus Dei Martyr iſtud quoque Praeſidis juſſum vehementer deridens, ex Homero Poëtarum Graecorum celebratiſſimo hujuſmodi protulit ſententiam.

Haud

ܒܡܠܟܘܬܗ ܕܐܢܫ ܗܘܐ : ܕܐܡܝܪ ܓ
ܕܠܐ ܫܦܝܪܐ ܣܓܝܐܘܬ ܡܪܘܬܐ ܕܡܪ̈ܘܬܐ:
ܐܠܐ ܚܕ ܡܠܟܐ ܘܚܕ ܦܘܣܩܢܐ ܢܗܘܐ:
ܘܥܕܟܝܠ ܕܡܠܬܐ ܠܫܘܠܡܐ ܠܐ ܡܛܝ
ܗܘܐ : ܦܩܕ ܥܠܘܗܝ . ܘܠܡܘܬܐ ܐܫܬܠܡ
ܘܡܚܕܐ ܕܐܬܦܣܩ ܒܣܝܦܐ ܪܫܗ ܒܗܝ ܫܥܬܐ
ܐܫܬܦܝ ܗܘܐ : ܘܐܘܪܚܐ ܕܠܫܡܝܐ
ܒܩܠܝܠܘܬܐ ܦܫܝܩܐ ܣܠܩܬ ܠܗ ܐܝܟ ܕܡܢ
ܗܘܐ .
ܗܕܐ ܗܝ ܣܗܕܘܬܐ ܩܕܡܝܬܐ
ܕܒܩܣܪܝܐ ܡܕܝܢܬܢ ܐܬܓܡܪܬ .

Haud bona res Domini plures. Herus unicus eſto,
Rex unus.

Nondum dicendi finem fecerat B. Procopius, quaſi vero Imperatores contemſiſſet, a Praeſide morti addictus, illico capite plexus eſt. Cui facilis ita, atque expeditiſſima ad Caelos patuit via. Capite plectitur.

Hoc autem primum in urbe noſtra Caeſarea Martyrium perpetratum eſt". 11

ADNOTATIONES.

(1) IN hac ſcilicet Diocletiani Perſequutione. Nam ante Procopium Martyres ſub Valeriano Caeſareae paſſos, *Priſcum* nempe, *Malcum*, & *Alexandrum*, ex ipſomet Euſebio conſtat lib. VIII. cap. 12.

(2) Chaldaicus textus Secularem Procopii ſcientiam Theologiae conjunctam non exiguam, ut vides, praedicat; quum Latina ipſius Paſſio a Valeſio, & Ruinarto edita, eandem extenuet: *In verbis*, inquit, *Divinis tantum ei ſtudium erat. Illa vero, quae extrinſecus ſunt, mediocriter attigerat*. Sed Chaldaicam, ſeu Syriacam lectionem praeferendam evincit reſponſio Procopii, qui Homerico verſu Judicia juſſa rejecit: quo certe conſilio Euſebius ſecularem illius ſcientiam memoraſſe videtur, ut eundem externis etiam Poëtarum Graecorum ſtudiis imbutum oſtendat, qui ex tempore adpoſitiſſimas ab iis ſententias promeret.

(3) *Beſan* ſeu *Bethſan*, Urbs Tribus Manaſſe, Joſ. c. 17. v. 11. cujus ſitum habes 1. Regum c. 4. v. 12. quae Stephano, & Joſepho Jud. Ant. l. 5. c. 14. Scythopolis adpellatur: Latine *Domus Dentis*, *Eboris*, *Mutationis*, vel *Dormitionis*. D. Hieronymus in Qu. Ebr. duas hujus nominis Urbes fuiſſe refert, quibus Scythas, temporibus Joſiae filii Amos Regis Judae, irruptione in Palaeſtinam facta, nomen impoſuiſſe, putat Georgius Syncellus p. 214. Porro Beſan, ſeu Scythopolis, cujus hodie vix rudera conſpiciuntur, Hieroſolymis, ex 2. Machab. lib. c. 12. ſexcentis aberat ſtadiis. Ejuſdem urbis moenibus Philiſtini poſt habitam in montibus Gelboë pugnam, corpora Saulis, & Jonathae ſuſpenderunt. Vide 1. Reg. 31.

(4) In Paſſione Latina: *Ibi Eccleſiae tria miniſteria praebebat*. Ubi Valeſius, ob paucitatem Clericorum olim in Eccleſiis, ac praecipue in parvis oppidis unum plura obiiſſe munera, obſervat in Romano, qui Caeſarienſis Eccleſiae Diaconus ſimul & Exorciſta erat. Atqui in utraque, Hieroſolymitana ſcilicet, & Beſanenſi, ſeu Scythopolitana Eccleſia Chaldaicus Codex miniſtraſſe Procopium narrat. Primis nimirum temporibus cardini non ita religioſe Clerici adfixi erant: quod alibi a nobis de Presbyteris, & Clericis *Evangeliſtis* latius eſt demonſtratum.

(5) Ad munus Interpretis recte adnotat Valeſius, apud Syros olim Divinas Scripturas Graece fuiſſe lectitatas, quas deinde Interpres Syriace redderet.

(6) Plures cum in Aſia, & Europa, tum in Africa urbes *Caeſareae* nomine ſunt inſignitae, de quibus conſule Baudrandium, & Hofmannum. Omnium vero nobiliſſima Caeſarea Palaeſtinae urbs Tribus Manaſſe, certaminis Sanctorum, de quibus agimus, palaeſtra, inter Ptolemaidem ad Boream 40. & Joppen in Auſtrum 30. mill. paſſ. ſita in litore maris Syriaci, diſtatque ab Hieroſolymis Septentrionem verſus 45. teſte Adricomio: quae & *Pyrgos*, ſeu *Turris Stratonis* Ptolemaeo, & Plinio dicitur, eo quod ejus conditor, uti legitur in Praefatione Novellae 103. fuerit Strato vir Graecus. Sed quia Herodes conlapſam inſtauravit, in gratiam Caeſaris Auguſti, illo decoravit nomine, ut Joſephus libro 4. & 15. Antiquitatum Judaicarum refert, ubi ejus magnificentiam prolixe deſcribit. Poſtmodum Metropolis Palaeſtinae, nomine *Coloniae Romanae* inſignita, quod Veſpaſiani Copias humaniter tractaſſet. Archiepiſcopali olim dignitate fulgebat, eique viginti Epiſcopi, inter quos & Hieroſolymitanus, anteaquam is in Patriarcham eveheretur, ſuberant. A Francis tertiò occupatam eripuit Beibarſus Rex Syriae, & fere univerſam, quae ſupererat, vaſtavit, ſicque hodie prorſus jacet. Pluries ea occurrit in Actis Apoſtolorum. Ibi enim Herodis nepos Agrippa ab Angelo percuſſus, eo quod non dediſſet honorem Deo, conſumtus a vermibus exſpiravit. In ea quoque urbe Cornelius Centurio a Petro baptizatus eſt, & Philippus Diaconus cum quatuor filiabus virginibus habitavit. Eadem creditur Agabi Prophetae patria: ab Euſebio, Theophilo, aliiſque praeclaris Viris illuſtrata. Heic a Gentibus Ju-

Judaei omnes ad XXM. occiſi, quam cladem ulturi, dum vicos Syrorum vaſtabant, gentes in ſe exaſperarunt, A. C. 66. Origenes heic docuit, A. C. 222. Ibi Synodus habita propter Paſchatis celebrationem ſub Theophilo, & A. C. 334. ob Athanaſium Tyrum translata: de qua videſis Tom. 2. Concil.

(7) Conſonat Euſebius in libro de Martyribus Palaeſtinae: *Antequam carceris periculum feciſſet &c.* uti & Paſſio Latina: *Priusquam carceris, vel vinculorum experiretur anguſtias.* Praeclare autem haec ad praepoſterum judicii ordinem, & Praeſidis immanitatem ſpectare, docet Valeſius. Solebant enim Praeſides Romani, reos, qui comprehenſi fuerant, & conſpectui ipſorum exhibiti, prius carceri mancipare, ac deinde per otium interrogare. Sic in Actis S. Fructuoſi legitur: *Et ut venerunt, mox praecepit, eos Praeſes recipi in carcerem.* Idem habetur in Paſſione Felicis Tubizacenſis Epiſcopi: *Cumque Felix Epiſcopus ibidem adveniſſet, & eidem Praefecto oblatus fuiſſet, juſſit, eum in carcerem recipi.*

(8) *Paulinum.* Hunc Acta Latina *Flavianum* adpellant, Martyrologium vero Romanum *Fabianum.* Orta videtur varietas a Chaldaica, ſeu Syriaca Scriptura ſine punctis vocalibus. Porro convenit Latina Paſſio cum Syriaca, quamquam expreſſius Syriaca *Portas Urbis* memoret, quum Latina *A Portis* habeat. Ceterum, ut recte advertit Valeſius, multa heic omiſſa ſunt in Graeco Euſebii textu, quae ex Actis illis Latinis, imo adcuratius ex Syriacis, quae prae manibus habemus, ſuppleri oportet. Nam quum Euſebius heic diſerte dicat, Procopium ſtatim a primo ingreſſu oblatum eſſe Judici, non addit, unde venerit, ubi captus, & quo productus ſit: quod tamen minime ſilentio involvendum erat. Praeterea aliorum quidem Martyrum, qui in eo libro commemorantur, genus, & patriam adcurate refert Euſebius; ac ſi quis forte illorum Eccleſiaſtici honoris gradum aliquem obtinuerit, id diſtincte notare ſolet. In hoc vero, qui omnium Palaeſtinae Martyrum princeps, atque anteſignanus fuit, nihil horum heic ab Euſebio obſervatum videmus. Id tamen non Euſebii, ſed librariorum culpa factum eſſe, credibile eſt: nam in his Actis, quae ab Euſebio conſcripta eſſe, ſuperius oſtendimus, cuncta haec manifeſtiſſime declarantur. Primo enim ex eiſdem diſcimus, Procopium patria fuiſſe Hieroſolymitanum: habitaſſe vero Scythopoli, & in utriuſque urbis Eccleſia Lectorem, atque Exorciſtam fuiſſe, & Sacras Scripturas, quae Graeco ſermone in Eccleſia legebantur, plebi, quae Graece neſciret, vernacula, ideſt, Syriaca lingua interpretatum fuiſſe. Deinde quibus moribus, quanta vitae ſeveritate jam inde a puero fuerit, in ipſis Actis ſtudioſe refertur. Poſtremo captus quidem dicitur Scythopoli, adductus vero in urbem Caeſaream, & ab ipſis portis recta ad tribunal Judicis tractus. Hoc quidem ultimum legitur etiam in Martyrologio Bedae, Uſuardi, Adonis, Rabani, & Notkeri his verbis: XIII. *Iduum Julii Natale Procopii in Palaeſtina, qui ab Scythopoli ductus Caeſaream, ad primam reſponſionis ſuae confidentiam, irato Judice Flaviano, capite caeſus eſt.*

(9) *A priori ſermone digreſſus.* Hinc emendanda eſt Latina Paſſio, quae hunc Euſebii textum ita reddit: *Conſcientia ſaucius, conſenſit ejus ſermoni.*

(10) Euſebius in Martyribus Palaeſtinae: *τοῖς βασιλεῦσι τέσσαρσι.* Paſſio Latina: *Ut vel Regibus ſacrificaret.* At Martyris reſponſio, & Homericus verſus ad plurativum illum numerum Imperatorum aptius refertur, ad Diocletianum, nempe, Herculium, Galerium, & Conſtantium Chlorum, qui Romanum Imperium ſimul gerebant.

(11) In Latina Paſſione haec verba in ſine ſubjecta ſunt: *Deſii ſeptima Julii menſis, quae Nonas Julias dicitur apud Latinos, primo anno, quo adverſus nos fuit Perſequutio. Hoc primum in Caeſarea Martyrium conſummatum eſt, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui honor, & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.* Ex quibus corrigenda eſt ejuſdem Paſſionis Latinae inſcriptio, ubi dicitur, paſſus eſſe Procopius IV. Nonas Auguſti. Ac Notam quidem illam temporis, pro Euſebiano more, in Chaldaico Codice fuiſſe praetermiſſam, non inficior: Librario autem inutile etiam viſum eſt, quum in Syrorum uſum librum ſcriberet, Romanorum Kalendarum habere rationem. Ea tamen verba: *Regnante Domino noſtro &c.* addita cenſeo ab ipſo Latino Scriptore, ut clauſulam temporibus ſuis uſitatam adponeret; de qua vide Mabillonii librum de re Diplomatica. Adjecta autem videtur haec formula, quum Paſſio conſcripta eſt in uſum Eccleſiaſticae Lectionis, ut ſcilicet in Sacris conventibus recitaretur.

ADMONITIO

In Martyrium SS. ALPHAEI, ZACCHAEI, & ROMANI.

Horum Actorum epitome apud Euſebium in lib. de Martyribus Paleſt. imperfecta.

HOrum Sanctorum Martyrum hiſtoriam conciſam pariter, jejunamque exhibet nobis Graecus Euſebii Caeſarienſis textus in libro de Martyribus Palaeſtinae, eandemque prorſus fortunam experta eſt, quam prior Procopii, ex latiori, ſcilicet, narratione in brevem ſummam contracta. Atqui priorem illam Latina, quae ſuperfuit, verſio

ſio ſupplevit: haec autem ſuppleri aliter non potuiſſet, niſi, ſavente Deo, Chaldaicus noſter Codex e tenebris Aegypti vindicatus emerſiſſet in lucem. Ex quo plane diſcimus, priores duos Martyres, Zacchaeum nempe, & Alphaeum natalibus clariſſimos fuiſſe, necnon gentilitia cognatione conjunctos: & quamvis diverſis in locis, una tamen, eademque die, Novembris, ſcilicet, decima ſeptima, anno Perſequutionis Diocletianeae primò exeunte, qui, ut ſuperius oſtendimus, in 303. vulgaris Chriſtianae Aerae annum competit, cum Romano Martyrium perpeſſos: & Alphaeum quidem antea Caeſareae Lectorem, Exorciſtam, & Divini verbi praeconem egiſſe, Zaccbaeum Gadarenſis Eccleſiae Diaconum, Romanum vero cujuſdam Caeſarienſis pagi Diaconum, & Exorciſtam.

Martyrii tempus.

SS Alphaei & Zacchaei memoria & cultus in Eccleſiae Faſtis.

Porro Alphaeum, & Zacchaeum, ſub cujus nomine inſignem olim Eccleſiam, circa annum Chriſti 434. erectam, Antiochiae exſtitiſſe, literis proditum eſt, colunt Latini in ſuis Faſtis xv. Kal. Decembris: quo quidem die tum in Actis hiſce Chaldaicis, tum in libro Euſebii de Martyribus Palaeſtinae, coronati dicuntur. At Graeci in Menaeis eoſdem Martyres laudant die ſequenti, hoc eſt, XVIII. Novembris, iiſque ſocium adjungunt *Michaeam* quemdam, quem *Theodotam* vocat Florentinius. Unde autem Michaeae, ſive Theodotae notitiam hauſerint, nos prorſus latet; aliiſque propterea id divinandum relinquimus, quum nulla hujuſce nominis Martyrum mentio, vel apud Euſebium, vel apud reliquos Scriptores coaevos habeatur.

Celebrior S. Romani memoria apud SS. Patres.

Romani tamen memoriam & in Latina, & in Orientali Eccleſia celebriorem fuiſſe, praeter antiqua quaeque, & recentiora Menologia, Synaxaria, ac Martyrologia, quae illum die 18. Novembris commemorant, & Eccleſiam, Viennae in Galliis, circa A. C. 420. ſub Paſchaſio Epiſcopo, eidem dicatam, ubi etiamnum Romani Feſtum cum Officio ſub ritu duplici celebratur, quod & Antiochiae temporibus S. Johannis Chryſoſtomi ſolemniter agebatur, probant Sanctorum Patrum Opuſcula in ipſius laudem conſcripta, Chryſoſtomi, nempe, Theodoreti, Euſebii Emiſſeni, ſive Eucherii Lugdunenſis, Prudentii, & aliorum; de quibus videſis Ruinartum in Admonitione praevia ad ejus Martyrium, & Baronium in Notis ad Martyrologium Romanum die 18. Novembris. Euſebius quoque Caeſarienſis hujus beati Viri ſeriem Martyrii, oratorie tamen, deſcribit in libro 2. de Reſurrectione, & Aſcenſione Chriſti; quem librum una cum aliis ejuſdem Euſebii Opuſculis e duobus MSS. Codicibus erutum Latine tantum edidit Jacobus Sirmundus. Quin & fuſiora ejuſdem Martyris Acta exhibet Mombritius, ſed quae ingenium Metaphraſtae referunt; quaeque idcirco medica manu, ut ſcite adnotat Ruinartus, aliquot in locis indigere videntur. Ex quibus deſumta plane ſunt cetera S. Romani Elogia, quae tam in Menologiis Graecorum, & in Syrorum Synaxariis, quam in Martyrologiis Latinorum, & apud Petrum de Natalibus ad praeſignatum diem XVIII. Novembris leguntur.

An duplex Romanus.

Etſi autem Euſebius noſter loc. cit. & Johannes Chryſoſtomus tom. 1. Orat. 43. unum agnoſcant Romanum Palaeſtinum, Antiochiae ſub Diocletiano Martyrio perfunctum; Graeci tamen in Menaeis duos diſtinguunt Romanos Martyres, alterum Caeſarienſem Diaconum, cujus latiorem Martyrii hiſtoriam, ab eodem Euſebio Chaldaice, ſeu Syriace conſcriptam, ex Cod Nitrienſi Vaticano I. heic proferimus, quem Antiochiae ſub Diocletiano paſſum dicunt: alterum, qui ab Aſclepiade Praeſecto damnatus eſt eadem in urbe, ſub Galerio. Et unum quidem Romanum hunc poſtremum commendant Prudentius Hymno 10. περὶ Στεφάνων, Euſebius Emiſſenus, quiſquis ille fuerit, ſermone 50. tom. 1. Bibliothecae Patrum, Author Orationis 48. quae S. Johan. Chryſoſtomo perperam tribuitur, necnon Acta a Mombritio vulgata, & ex iis ſequiores Martyrologi fere omnes: quem & Antiochenum civem, atque Monachum fuiſſe narrant, & una cum puero interemtum. Graecorum Menaeis adſtipulatur Cardinalis Baronius, in laudatis ad Martyrologium Romanum Notis autumans, duos exſtitiſſe Romanos, ex quibus unum Prudentius, aliique deinceps Scriptores conflarint: quam ſententiam duabus potiſſimum rationibus conatur probare. Prima eſt Martyrii cauſſae diverſitas. Romanus enim, quem Euſebius laudat, paſſus eſt, quod eos, qui ad Deorum delubra properabant, averterit: alter vero, quod Praeſectum, in Eccleſiam Chriſtianorum ingredi volen-

volentem auſus fuerit impedire. Alterum Baronii argumentum repetitur ex Euſebii, & Chryſoſtomi ſilentio, qui nihil de infante habent, quem alii cum Romano interfectum adfirmant. Verum doctiſſimus Valeſius, cui conſulto ſuccinunt Ruinartus, ac Tillemontius, a Graecorum Menaeis, eorumque fautoribus diſſentit, unumque Antiochiae, Diocletiano imperante, Romanum, de quo loquitur Euſebius, Martyrio perfunctum fuiſſe, demonſtrat: *Quum enim*, inquit in Adnotationibus ad Caput 2. de Martyribus Palaeſtinis, *uno, eodemque die ambos eſſe paſſos, eodemque Martyrii genere perfunctos, Graecorum Menaea fateantur (utrique enim praeciſam linguam adfirmant, utrumque poſt abſciſſionem linguae loquutum; tandemque in carcere ſtrangulatum eſſe conſentiunt) quis non videt, fruſtra ab illis diſtingui duos Romanos? Miror tamen, ſententiam hanc placuiſſe Baronio in Notis ad Martyrologium. Certe ſi duo ejuſdem nominis fuere Romani Martyres, & ſi ambo eodem die Martyrium paſſi ſunt Antiochiae, cur Euſebius hoc loco unius dumtaxat mentionem fecit? Dicet fortaſſe aliquis, Euſebium in hoc libro de ſolis Palaeſtinae Martyribus loqui inſtituiſſe, atque idcirco ſolius Romani Diaconi meminiſſe, quippe qui Palaeſtinus eſſet. Verum Euſebius alibi quoque hujus Martyris mentionem fecit: in ſecundo, ſcilicet, libro de Reſurrectione, & Aſcenſione Chriſti, ubi Romani Martyrium luculente, & Oratorie deſcribit his verbis: In Antiochenorum illa urbe Romanus quidam extitit Martyr, &c. Vides hic etiam, unum dumtaxat Romanum ab Euſebio agnoſci, qui Martyrium Antiochiae perpeſſus ſit*. Hactenus Valeſius, & recte quidem. Nam ratio, cui innititur Baronius, utriuſque, ſcilicet, Romani Martyrii cauſſae diverſitas, a vero prorſus abludit; certum quippe, exploratumque eſt, Diocletianeam, ſeu Maximianeam Perſequutionem, cujus primo exeunte anno Romanus Martyr occubuit, ab Eccleſiarum everſione initium ſumſiſſe. Qui igitur Prudentius, Author Orationis 48. quam in tomum 1. Operum S. Johan. Chryſoſtomi inſeruit Fronto Ducaeus, & Acta Mombritiana, quibus incaute ſubſcribit Baronius, adfirmare non dubitaverint, Romanum ideo fuiſſe comprehenſum, quod Praefectum in Chriſtianorum Eccleſiam irrumpentem avertere conatus eſt? *Quidam ex Officio Praefecti*, ferunt illa Acta, *nunciaverunt, ei dicentes: Romanus, nomine Monachus, perſuaſit populo, & omnibus Eccleſiaſticis, ut reſiſtentes prohibeant, te Eccleſiam introire. Audiens haec Praefectus, mox praecepit exhiberi eum &c.* Sublestum itidem eſt alterum Baronii argumentum, quo duos fuiſſe Romanos Martyres contendit, ex eo nimirum, quod alter ſolus, alter unacum infante paſſus dicatur. De hoc enim puero, qui in nonnullis Latinorum Martyrologiis *Barulas*, in Breviario Toletano *Theodulus* vocatur, in Menaeis autem, & in Menologio Baſiliano, necnon in Synaxariis Syrorum anonymus eſt, ne verhum quidem apud probatos illorum temporum Scriptores occurrit. Omnium vero primus, qui immaturum hunc Martyrem laudavit, Aurelius Prudentius fuit. At quis Prudentii Hiſpani, trecentis fere ab obitu Romani annis ſcribentis, authoritatem aut Euſebio Caeſarienſi Scriptori adcuratiſſimo, earumque, quas tradidit, rerum teſti oculato, aut Johanni Chryſoſtomo, civi Antiocheno, & ferme coaequali, praetulerit, qui nullam de eo puero mentionem faciunt?

Acta S. Romani apud Mombritium interpolata.

Nec nobis quidquam negocii faceſſunt Acta Metaphraſtenſia a Mombritio edita, utpote quae oppleta ſunt iis, quibus falſa Acta ſcatere ſolent, & quorum futilitas ſeſe ultro legentibus prodit. Inter cetera enim Romanum *Monachum* fuiſſe narrant, & *non ſolum civitatis Antiochiae, ſed & patriae virum priorem*. Porro Monachorum nomen, atque inſtitutum anno Chriſti 303. quo Martyrium Romanus perpeſſus eſt, tum Orientalibus, tum Occidentalibus populis ignotum omnino fuiſſe, Eccleſiaſtica nos docet hiſtoria. Praeterea dies, quo in rogum conjiciendus erat Romanus, ibidem adſignatur decimus octavus Novembris: quamvis autem ex iiſdem Actis, nonniſi aliquandiu poſt occubuerit, eodem tamen die 18. Novembris Martyrium conſummaſſe dicitur. Quare corrigendos eſſe cenſeo pleroſque Martyrologos, qui commentitiis ejuſmodi Actis inhaerentes, & Romanum adpellant Monachum, & ejus memoriam ad diem 18. Novembris differunt. Neque audiendus eſt Florentinius, qui S. Romanum, cujus hiſtoriam Euſebius cap. 2. de Martyribus Palaeſtinae ſcribit, diverſum eſſe ab eo, quem idem Euſebius in Sermone 2. de Reſurrectione laudat, contendit ad 18. Decembris, hunc adpellans Caeſarienſem Diaconum, illum vero Monachum, quum in Martyrologio ſuo legeret:

geret: *In Antiochia civitate Romani Monachi*. Nam praeterquamquod nullibi Romanus ab Euſebio Monachus dicitur, nemo certe ſibi facile perſuadebit, niſi certiora adferantur argumenta, duos fuiſſe ejuſdem nominis, & dignitatis Martyres, qui in eadem civitate, eadem die, atque eodem mortis genere necati fuerint; ut recte ex Valeſio concludit Ruinartus.

An Diocletianus Imp. Romano Martyrium ſubeunte, Antiochiae adeſſe potuerit?

Reſtat tamen, ut Actorum noſtrorum, Diocletianum Imperatorem, Romano agonem fortiter perſerente, Antiochiae praeſentem fuiſſe, adſeverantium fidem, quae a nonnullis fortaſſe in dubium revocari poterit, confirmemus, & objecta quaeque paucis diluamus. Et mihi quidem, ſi quis uſquam alius, dignus hic vindice locus videtur. Nam Valeſius, & Ruinartus, qui Romani hiſtoriam in Graeco Euſebii libro de Martyribus Palaeſtinae tantummodo legerant, haec ejuſdem Euſebii verba perpendentes: *Quum miniſtri, qui rogum accenſuri erant, Imperatoris ſui forte praeſentis judicium exſpectarent*: ubi, ut vides, Imperatoris nomen deſideratur; Galerium Caeſarem, non autem Diocletianum illum fuiſſe, exiſtimarunt: *Tunc enim*, inquiunt, *Diocletianus Nicomediae morabatur*. Hanc autem Nicomediae moram his argumentis conficit Valeſius: Certe hoc anno, quo coepta eſt Perſequutio, menſe Aprili Diocletianus una cum Galerio degebat Nicomediae; ut teſtatur Euſebius in lib. 8. Sed & aliquanto poſt coeptam Perſequutionem, tunc quum Nicomedienſe Palatium de Caelo tactum conflagravit, Diocletianus ibidem verſabatur; ut docet Conſtantinus in Oratione ad Sanctorum Coetum. Quare Antiochiae adeſſe non potuit, tunc quum Romanus ignis ſupplicio condemnatus eſt. Id enim contigit circa initium Perſequutionis; occiſus quippe eſt Romanus decimo quinto Kal. Decembris, quum aliquot menſibus in carcere detentus fuiſſet; quemadmodum teſtatur Euſebius. His rationum momentis adcedere putat Ruinartus ſuffragium Prudentii Hymno X. περὶ Στεφάνων; ubi cecinit:

Galerius urbis forte Romanae ſtatum
Ductor regebat, ut refert antiquitas,
Immitis, atrox, aſper, implacabilis,
Edicto late mundum in omnem miſerat,
Chriſtum negaret quiſqui mallet vivere.

Miror tamen virum eruditum Ruinartum, levibus hiſce conjecturis indulgentem, non advertiſſe mentem ad locum Lactantii de Mortibus Perſequut. cap. 17. quo ſententiam ſuam confirmare maxime potuiſſet: ait enim Lactantius, poſteaquam propoſita Edicta, commotamque Perſequutionem deſcripſiſſet: *Hoc igitur ſcelere perpetrato Diocletianus, quum jam felicitas ab eo receſſiſſet, perrexit ſtatim Romam, ut illic Vicennalium diem celebraret, qui erat futurus ad* XII. *Kalendas Decembris*. Diocletianus igitur, quum Vicennalibus Romae adeſſet, non potuit Antiochiae eſſe XV. Kal. Decembris, quo die ignis Romano parabatur eo ipſo anno, primo ſcilicet excitatae Perſequutionis: biduo, nimirum, iter Nicomedia Romam emenſus eſſet, quod vix pennis uſus conficere potuiſſet.

Refelluntur Valeſii, & Ruinarti fundamenta.

Atqui Chaldaicus noſter Euſebii Codex Diocletianum Antiochiae praeſentem diſertis verbis exprimit: *Quo majorem Judex apud Diocletianum Imperatorum principem, qui Antiochiae tunc aderat, iniret gratiam*. Quam lectionem ut vindicemus, primo refellenda ſunt Valeſii, & Ruinarti argumenta, tum locus Lactantii cum Euſebio conciliandus. Et quidem ratio temporis, a Valeſio putata, Euſebio non refragatur. Enimvero nihil repugnat, ut Diocletianus Aprili menſe Nicomediae degeret, Novembri vero Antiochiae adeſſet: quod ipſe Valeſius de Galerio inficiari non poteſt. Nam Galerius ſimul cum Diocletiano Nicomediae morabatur, quum Edicta contra Chriſtianos propoſita ſunt, deinde etiam quum Palatium Nicomedienſe conflagravit, cujus incendii invidiam in Chriſtianos rejiciens Galerius: *Aderat ipſe, & inſtabat, nec patiebatur iram inconſiderati Senis deflagrare*, inquit Lactantius; *ſed quindecim diebus interjectis, aliud rurſus incendium molitus* eſt. Haec autem Nicomedienſis mora nihil obſtitit, quominus Galerius Antiochiae, Romano certante, praeſens eſſet, ſecundum Valeſii, & Ruinarti ſententiam. Quare igitur quod Galerius potuit, non potuit Diocletianus? Ut qui menſe Aprili, aut Majo Nicomedia diſceſſiſſet, Novembri adeſſet Antiochiae.

Pru-

Prudentius autem Galerium nominat, non tamquam Antiochiae praeſentem, ſed tamquam Urbis, vel Orbis imperium tenentem, ut legenti planum eſt. Potius vero Galerium nomine adpellavit, quam aut Diocletianum, aut Maximianum Herculium, aut Conſtantium, ut metro ſerviret, ac praecipue quia Perſequutionis illius author, & inventor Galerius fuerat.

Lactantius cū Euſebio conciliatur.

Conciliandi autem Lactantii cum Euſebio expeditiſſima omnium ratio eſt, ſi dicamus, Diocletianum triumphantem Romam iniviſſe, & Vicennalia ibidem celebraſſe non ipſo delati Imperii die, ac menſe, ſed aliquanto ſerius. Cujus quidem conjecturae multae ſunt, ac ſatis probabiles rationes. Nam Conſtantini Vicennalia, ut ipſe obſervat Valeſius ex Chronico Euſebii, acta primum ſunt Nicomediae, proximo autem poſt anno edita ſunt Romae. Itaque impune ſtatui poſſe videtur, Vicennalia toto vigeſimi anni ſpatio celebrari potuiſſe, atque alibi quidem citius, alibi ſerius, intra tamen vigeſimi anni orbem. His ſemel conſtitutis, facili negocio controverſia tranſigitur: potuit enim Antiochiae Diocletianus Vicennalia celebrare xv. Kal. Decembris, quo die damnatus eſt Romanus ad flammas, deinde Romae, juncta cum Vicennalibus Perſici triumphi celebritate. Hinc autem efficitur, ut minime triumphaverit ante nonum Conſulatum: non enim commode potuit Romam pervenire ante Kalendas Januarias. At ſi dicamus, illum nono in Conſulatu triumphaſſe, propius ad hiſtoricorum teſtimonia de abdicato Diocletiani Imperio adcedemus. Enimvero hiſtorici omnes ita poſt triumphum, actaque Vicennalia depoſitam ab eo purpuram referunt, ut non diu poſtea hoc factum eſſe ſignificent. Aurelius Victor: Celebrato, inquit, Regni vigeſimo, valentior curam Reipublicae abjecit. Neque illud a veri ſimilitudine alienum eſt, quodquum Imperium abdicare in animo haberet Diocletianus, inſigni celebritate Vicennalem adminiſtrationem claudere voluerit, actoque de victis Perſis triumpho, celebratiſque Vicennalibus perſonam depoſuerit.

Neque obſtat, quod in nono Conſulatu non concurrant initia vigeſimi anni, quae ex adcuratiorum Chronologorum ſententia, cadunt in xv. Kal. Octobris anni 303. Diocletiano octies Conſule. Nam, ut oſtendit Pagius in Diſſert. Hypatica, Decennalia, & Vicennalia ſaepe anteverſa, ſaepe etiam dilata ſunt. Quamobrem Valeſius quum loc. cit. ex Martyrio Romani 17. Novembris conſtare videret, primam Diocletianei Imperii diem cadere debere in menſem Novembrem, (paſſus enim ille dicitur, dum Vicennalia agerentur) fatendum ait, vel in Chronico Alexandrino, quod Natalem diem Imperii Septembri adfingit, mendum haerere, vel ſerius acta fuiſſe Decennalia Antiochiae. Dilationem igitur Ludorum non rejicit, quam ego potius anticipationem puto, ſi acta Romae Vicennalia reſpiciamus. At, inquies, Lactantius tradit, Diocletianum *ſtatim* Romam Nicomedia perrexiſſe, ut non potuerit tam longo tractu Antiochiam primum, deinde Romam ſe conferre. Sed verba ejuſmodi *ſtatim*, *mox*, *cito*, & his ſimilia in Scriptoribus Epitomarum ſaepe annorum ſeriem tranſmittunt. Sic inter ceteros Paulus Oroſius lib. 7. *Licinius*, inquit, *repentina rabie ſuſcitatus, omnes Chriſtianos e Palatio ſuo juſſit expelli. Mox bellum inter Licinium ipſum, & Conſtantinum efferbuit*; quod, ſcilicet, non niſi aliquot poſt annos excitatum eſt. Nihil itaque obſtat, quominus Diocletianus, anteaquam Romam ex Aſia ſe conferret, ibidemque Perſici triumphi ſolemnitatem una cum Vicennalibus ageret, Antiochiae xv. Kal. Decembris, Romano Martyrium ſubeunte, & praeſens fuerit, & Vicennalia ediderit; ut in Chaldaicis hiſce Actis Euſebius luculentiſſime teſtatur.

Digitized by Google

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܐܠܦܝܘܣ: ܘܙܟܝ: ܘܕܪܘܡܢܘܣ ܗܟܢܐ ܕܗܘܬ ܒܫܢܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܪܕܘܦܝܐ
ܕܒܝܘܡܬܢ ܝܙ ܒܬܫܪܝ ܐܚܪܝ .

MARTYRIUM

Sanctorum ALPHAEI, ZACCHAEI, & ROMANI *Anno primo Perſequutionis, quae diebus noſtris excitata eſt* XVII. *Novembris*. Anno Chriſti 303. Sub Diocletiano Imp.

ܟܕ ܩܪܒ ܕܝܢ ܒܩܣܪܝܐ ܡܕܝܢܬܐ
ܥܕܢ ܗܘܐ ܥܐܕܐ ܗܘ ܕܒܥܣܪܝܢ ܫܢܝܢ
ܠܡܠܟܐ ܡܬܥܒܕ ܗܘܐ. ܘܫܘܒܩܢܐ ܕܟܠ
ܚܛܗܝܢ ܠܟܠ ܐܢܫܝܢ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܗܘ
ܡܬܝܗܒܝܢ ܗܘܘ: ܗܓܡܘܢܐ ܕܝܢ ܕܠܟܠܗ
ܗܘ ܐܦܪܟܝܐ ܕܐܬܪܢ ܘܫܠܝܛܗܘܢ ܐܣܝܪܐ
ܕܒܒܝܬ ܐܣܝܪܐ ܫܪܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
ܘܡܦܩ ܐܦ ܠܟܠܗܘܢ ܒܥܐܕܐ ܕܡܠܟܘܬܐ
ܕܡܠܟܐ ܥܒܕ ܗܘܐ. ܠܣܗܕܐ ܕܝܢ ܕܐܠܗܐ
ܐܝܟ ܕܠܩܛܘܠܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܡܢ ܦܠܓܘܬܐ
ܘܡܬܠܝܢ ܒܫܢܕܐ ܕܡܫܢܝܐ ܡܪܝܪܐ
ܐܢܝܢ ܗܘܐ ܘܡܫܢܩ ܗܘܐ .

ܘܟܕ ܕܝܢ ܐܚܕ ܕܐܬܠܘ ܗܘܐ ܡܫܡܫܢܐ
ܕܥܕܬܐ ܕܓܕܪܐ ܡܕܝܢܬܐ: ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܐܡܪܐ ܕܡܫܝܚܐ ܡܢ ܓܙܪܐ ܐܬܚܛܦ ܒܗ
ܦܩܪܗ ܚܒܠܐ ܒܫܫܠܬܐ ܐܣܝܪܝܢ ܗܘܘ:
ܟܕ ܕܝܢ ܫܡܗ ܗܘܐ ܙܟܝ ܕܗܘ ܡܢ
ܡܣܡܟ ܠܗ ܒܩܘܡܬܗ ܕܗܘ ܟܕ ܡܫܡܫܢܐ
ܡܫܬܟܚܐ ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ: ܘܡܫܡܫܢܘ
ܒܒܐܡܐ ܗܘ ܡܬܩܪܒ ܗܘܐ. ܘܟܕ
ܠܒܝܬ ܕܝܢܐ ܩܪܝܒ ܗܘܐ ܠܐ ܗܘܐ
ܒܡܘܕܝܢܘܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܡܫܬܒܗܪ ܗܘܐ:
ܘܟܕ ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ ܠܩܕܡܝܗ ܕܕܝܢܐ
ܕܝܢ ܐܡܪ ܗܘܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܡܕܡ ܠܐ ܫܦܝܪ
ܐܡܪ ܗܘܐ: ܠܓܠܥܕܝܢ ܘܡܢܓܕܝܢ ܐܫܬܠܡ
ܗܘܐ ܒܣܪܩܐ ܕܦܪܙܠܐ ܕܠܐ ܚܘܣܢܐ ܡܢ
ܒܬܪ ܬܫܢܝܩܐ ܣܓܝܐܐ ܡܥܒܕ ܗܘܐ. ܘܒܬܪ
ܠܒܝܬ ܐܣܝܪܐ ܐܫܬܕܝ ܗܘܐ: ܘܐܬܡܢ
ܠܠܝܐ ܘܐܝܡܡܐ ܒܚܕܘܬܐ ܢܦܫܗ ܒܩܝܣܐ
ܕܐܪܒܥܐ ܐܬܩܛܝܢ ܗܘܐ .

ܐܠܦܝܘܣ

ACCIDIT in urbe Caeſarea, quum Vicennalia [1] Imperatorum, in quibus criminum venia [2] capri- vis promulgari conſueverat, adpropinquarent, ut Provinciae noſtrae Praefectus celebritatem illam praeveniens, eos quidem omnes, qui in carcere detinebantur, manumitterer, indulgentiamque Imperatorum vel facinoroſis hominibus imperrirerur: Sanctos vero Dei Martyres, ceu homicidis pejores, ipſiſque ſepulcrorum expilatoribus infeſtiores, variis, iiſque ſaeviſſimis cruciatibus adficerer. — *Perſequutionis atrocitas.* 1 2

Tum ZACCHAEUS, Gadarenſis [3] Eccleſiae Diaconus, velut innocens ovis de grege, ereprus eſt, graviſſimiſque collum catenis conſtrictus. Eo autem nomine hic fuerat a ſuis inſignitus, quod & corporis habitu, & animi indole illi, quem Evangelium laudat, Zacchaeo eſſet ſimillimus. Ad Tribunal itaque ductus ſanctiſſimus Martyr, quoniam in Chriſti confeſſione gloriabarur, praeſentique animo Dei verbum coram Judice enunciabat, quaſi vero nefandum quidpiam dixiſſet; primo quidem diriſſimis mulrarus eſt flagellis, tum pectinibus ferreis per ſummam crudelitatem dilaniatus; demum in carcerem conjectus, numella ad quatuor foramina diſtentos habens pedes, diem, noctemque hilaris tranſegit. — *S. Zacchaeus Diaconus cõprehenſus.* 3 — *Diriſſime caeditur.* — *In carcerem conjicitur.*

Simile cruciatuum genus ALPHAEUS quo- — *S. Alphaei genus & officia.*

quoque, vir deſideriorum, pertulit. Is praeclaro ex genere Eleutheropolitanus, in Eccleſia Caeſarienſi Lectoris, & Exorciſtae locum obtinebat 4. Anteaquam vero Martyrium ſubiret, & Divini verbi praeconem agebat: quo quidem munere ſtudioſe adeo, atque libere fungebatur, ut maxima in ejus fide omnibus fiducia eſſet. Id potiſſimum deinde in cauſſa fuit, quare inſignem Martyrii palmam conſequererur.

Divinum ejus ſtudiū, & animi excelſitas.

Nam quum omnium ferme animos pavorem, timiditatemque tum temporis invaſiſſe cerneret, pleroſque adeo, torrentis veluti impetu abreptos, e ſcopulis in nefarium Idolorum cultum dare ſeſe praecipites; eorum vicem commiſeratus, ipſum ſe, diligentiamque ſuam, & magnanimitatem, tamquam firmiſſimum Juſtitiae aggerem, impietatis eluvioni objicere conſtituit. Sponte igitur ſua in medium ingentis illius turbae proſiliens, eos, qui, ex animi abjectione, fuerant in errorem delati, & verborum ſtimulis, & confeſſionis a Servatore noſtro editae declaratione ab Idolorum victimis abduxit.

Ad tribunal raptatus.

Verum haec quum Alphaeus confidentiſſime ageret, ab iniquitatis ſatellitibus comprehenſus eſt, ac, veluti facinoroſus homo, ad Tribunal raptatus. Porro Divina, quae tum adhibuit reſponſa, & validiſſima, quibus fidei ſuae veritatem confirmavit, argumenta, quae ſceleſtum Judicem impulerunt, ut illum in vincula, atque in tenebras abripi juberet, per tempus referre non licet.

Inde in vincula conjectus.

Iterum Judici ſiſtitur, ac ſaeviſſime dilaceratus in carcerem cum Alphaeo retruditur.

Aliquot tamen poſt dies magnanimus Chriſti Athleta rurſus ad Tribunal educitur; atque illic diriſſimis totum ejus corpus plagis dilaniant, & latera pectinibus reſcindunt, tum in eundem, quo Alphaeus Martyr, ipſius conſanguineus, adtinebatur, carcerem contrudunt: ubi lignea numella ad diem, noctemque diſtentus eſt.

[illegible]

Ter-

[illegible]

Tertio demum ambo ſimul Judici ſiſtuntur, a quo juſſi Imperatoribus litare: Unum, reſpondent, nos Deum, univerſorum Imperatorem, agnoſcimus, atque hunc dumtaxat colimus. Vixdum haec dixerant, quum ambo Juſtitiae Dei pugiles, ex iniqui Judicis ſententia, cervicibus plexi ſunt. Atque ita ambo ſimul in triumphantium Martyrum numerum adſcripti, praeclara pro agone fortiter geſto corona redimiti ſunt, & ad eum, quem unum confeſſi fuerant, cuique toto vitae ſuae curſu unice inhiaverant, feliciter evolarunt.

Tum ambo ſimul ad Judicem producuntur.

Eorum Confeſſio.

Cervicibus pleɛtuntur.

Eodem quoque die ROMANUS Antiochiae pro Chriſti confeſſione Martyrio perfunctus eſt. Hic autem genere Palaeſtinus, in quodam pago, qui Caeſareae urbi ſuberat, Exorciſtae [r] 5 & Diaconi munera obibat, & non ſecus, atque Martyr Alphaeus, eos, qui ob Tyranni timorem in praerupta erroris, ac Daemonum cultum delapſi fuerant, gravitate verborum, atque comminatione a Sacro Idolis faciendo abvertebat, tremendum Dei Judicium iiſdem in mentem revocans. Porro excelſo adeo erat Romanus animo, robuſtoque, ut a nemine arceſſitus, in trepidantium Chriſtianorum coetum ultro immiſerit ſeſe, & ante Judicem [s] ſteterit. 6 Quem ubi edicentem Chriſtianis audiit, ut Idolis immolarent, omneſque tanta pereitos formidine animadvertit, ut Judici mox obſequuturi viderentur, ſeſe nullatenus continere potuit ſtudioſiſſimus Chriſti Martyr, quin eos, ex altiſſimo veluti montis culmine in abyſſum tenebricoſiſſimam praecipitatos, & commiſeraretur, & Divini cultus doctrina ipſe, tamquam lux, illuſtraret, contenta voce inclamans: Quo quo tandem, infelices homines, vos agi ſiniris? Atqui non animadvertitis, unumquemque veſtrum ad animam ſuam in inferos detrudendam

S. Romani patria & officiũ.

Ejus animi excelſitas.

 dam

dam perduci ? Oculos, obſecro, mentis in Caelum adtollite, & ſupra fluxas hujus ſeculi res, & caducas ſuſpicientes, Servatorem omnium Deum animo contemplamini. Nolite traditum vobis a Conditore veſtro veritatis praeceptum perfringere, eique errorem, ac tenebras anteponere: ſed hujuſmodi Daemonum cultum, ceu atheorum impietatem, habentes, juſtum Dei judicium vobis in memoriam reducite.

Ignis ſupplicio damnatur.

Haec dum enixa voce, excelſo animo, tranquilloque ore imperterritus Athleta proferebat, a militibus correptus eſt, juſſu Judicis, qui illum ignis ſupplicio damnavit, & dictam a ſe ſententiam, quo majorem apud Dio-
7 cletianum [7] Imperatorum principem, qui Antiochiae tunc aderat, iniret gratiam, quamcitiſſime confici mandavit. Viderat enim impius ille multos ſermonibus Martyris excitatos ad veri Numinis cultum redire.

Sed litam a Judice damnatione inhibês Diocletianus ei linguâ praecidi jubet.

Continuo Romanum per mediam
8 urbem ad ſupplicii locum rapiunt ſatellites, jamque ignem [8] feſtinabant: ſed quum interim rem cognoviſſet Diocletianus, latam a Judice damnationem inhibuit, quod Martyris in Fide conſtantiae ea omnino impar ſibi videretur; novumque adeo acerbiſſimum ſupplicii genus in Romanum immitis Imperator decrevit; ei, ſcilicet, ut lingua prae-
9 cideretur [9]. Exſecata illico eſt forti viro lingua; at vehementiſſimus ipſius in Deum amor neutiquam abſciſſus. Quare ab univerſorum Rege Deo egregium conſequutus eſt certaminis praemium, majori, nempe, quam antea virtute auctus. Tunc vehementi omnes admiratione obſtupefacti ſunt, quod Sanctus Dei Martyr, etſi lingua mu-
10 tilus, expeditiſſime tamen [10] loqueretur, & ſua liberius, quam antea, gloriaretur fide, quaſi verò lateri adſtitiſſet ſuo ipſe, quem confitebatur, Chriſtus:

Sine qua loquitur expeditiſſime

ܒܗܘ ܕܐܦ̈ܘܗܝ ܒܣܝܡܝܢ ܦܨܝܚ ܗܘܐ
ܡܚܕܝܢܘܬܐ ܚܝܪܐ ܘܚܙܐ ܒܝܕܥܘܗܝ
ܘܫܐܠ ܫܠܡܗܘܢ ܗܘܐ : ܘܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ
ܠܡܠܦ ܡܚܕܪ ܗܘܐ ܘܠܗ ܒܠܚܘܕܘܗܝ
ܢܪܚܡܘܢ ܒܟܠܗ ܠܒܗܘܢ ܡܦܝܣ ܗܘܐ :
ܘܠܐ ܫܠܐ ܘܐܘܕܝܬܐ ܠܡܪܝܐ ܕܬܕܡܪ̈ܬܐ
ܘܢܡܘܣܐ ܡܪܩܥ ܗܘܐ : ܘܥܡ ܣܟܘܠܬܢ̈ܐ
ܠܫܪܪܬܐ ܦܬܪ ܗܘܐ ܠܐ ܫܠܐ ܕܡܫܝܚܐ
ܠܡܟܪܙ ܕܥܒܕܗ ܗܟܢܐ ܡܬܟܪܙ ܗܘܐ
ܘܒܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ ܐܬܪܡܝ ܗܘ ܕܐܦ ܒܗ
ܚܒܝܫ ܗܘܐ : ܘܒܦܘܩܕܢܐ ܕܐܡܦܪܛܘܪܐ ܢܓܝܕ
ܚܒܝܫ ܗܘܐ ܬܘܒ ܒܩܘܠܐ ܒܚܡܫܐ ܢܩ̈ܒܝܢ
ܕܪ̈ܓܠܘܗܝ ܐܬܦܫܛ ܘܡܢܒܬܪܟܢ ܒܚܢܩܐ ܕܨܘܪܗ ܒܗ
ܣܗ̈ܕܐ ܒܣܘܥܪܢܐ ܕܐܘܡܢܘܬܐ ܕܫܠܡܘ
ܗܠܝܢ ܠܗ ܡܫܒܚܘܗܝ : ܘܡܢ ܒܝܬ ܙܟܝ
ܣܗ̈ܕܐ ܐܓܘܢܐ ܕܒܝܘܡܐ ܕܒܗ
ܣܗܕܘܬܗ ܐܫܬܡܠܝܬ .
ܘܗܢܐ ܐܦ ܥܠ ܕܦܠܣܛܝܢܝܐ ܐܬܝܠܕ
ܘܐܬܡܢܝ ܥܡ ܣܗ̈ܕܐ ܕܝܢ ܡܢ ܕܝܠܢ ܒܦܠܣܛܝܢܝ̈ܐ
ܗܘܐ ܕܝܢ ܣܗܕܐ ܕܣܗܕܘܬܐ ܕܒܐܬܪܗ ܒܡܕܝܢܬܐ ܡܢ ܐܢܛܝܘܟܝܐ .

ſtus : ita hilari, jucundoque adſpectu neceſſarios circumſpiciens ſuos, ſalutanſque, & verbum Dei edocere, &, ut ipſum unice diligerent, colerentque, adhortari pergebat. Neque interea tamen aut immortales prodigiorum Authori gratias habendi, aut Divinam legem intelligentibus inculcandi, aut perfectum, abſolutumque Chriſti opus praedicandi finem faciebat. Quapropter rurſus in carcerem conjectus eſt : tum juſſu Imperatoris in numella ad quinque [11] foramina ibidem diſtentus, ſublimeque elatus, fractis demum laqueo faucibus, eodem, quo laudati ex Zacchaei domo Martyres, die agonem conſummavit.

In carcerem conjectus

In numella diſtenditur. 11

Fractiſque demũ laqueo faucibus Martyr occumbit.

Et hic quidem, utpote Palaeſtinus, inter patriae noſtrae Martyres jure a nobis recenſitus eſt, tametſi Martyrium Antiochiae ſubierit.

ADNOTATIONES,

(1) PLuratlvus numerus *Imperatorum*, heic expreſſus, mirifice confirmat Pagii ſententiam de Vicennalibus celebratis ad XII. Kal. Decembris, quo die Maximianum Caeſarea dignitate auxerat Diocletianus : ita ut celebritas illa communis utriqua Imperatori videretur.

(2) Recte ad hunc Euſebii locum in Martyribus Palaeſtinae adnotat Valeſius, moris fuiſſe apud Romanus, ut in Quinquennalibus, Decennalibus, ac Vicennalibus Imperatorum, leviorum criminum rei vinculis ſolverentur, miſſa ad hoc Imperatoris lege, quam indulgentiam vocabant. Vide titulum in Codice Theodoſiano de indulgentiis criminum, & Caſſiodorum lib. 11. ſub finem, ubi exſtat formula indulgentiae, quam emittebat Praefectus praetorio.

(3) Deſideratur in Graeco Euſebii textu S. Zacchaei officium : de quo in Menologio die 18. Novembris haec leguntur : *Commemoratio SS. Michaeae, Zacchaei Diaconi Gadarenſis Eccleſiae, & Alphaei. Ductus eſt B. Zacchaeus ad Tribunal, ferreum, & grave in collo habens vinculum, &c.* Quae, ut vides, Actis noſtris adamuſſim reſpondent. *Gadara* autem, quae & *Gadaris*, & *Gadora*, urbs Palaeſtinae, alias in dimidia Tribu Manaſſe trans Jordanem, poſtea in Trachonitide, in monte ſita, quem, ut ſcribit Plinius lib. 5. c. 18. Hieromace, vel Hieronis, & Hippodion fluvius praeterfluit, ad cujus etiam radices, teſte Hieronymo, aquae calidae erumpunt, balneis deſuper aedificatis. Olim Epiſcopalis erat ſub Scythopolis Metropolitano : nunc penitus exciſa eſt, ejuſque parietinae *Gaddi* vulgo dicuntur.

(4) Nihil itidem de S. Alphaei praeclaro genere, & Officiis habet laudatus de Martyribus Palaeſtinae liber : quod tamen nunquam Euſebius omittere conſuevit. Atque adeo librum illum ab amanuenſibus Graecis interpolatum fuiſſe, ut ſaepe alias eos feciſſe, compertum eſt, veriſimilius mihi videtur. Porro *Eleutheropolis* Alphaei patria, urbs Palaeſtinae olim Epiſcopalis ſita in Tribu Juda 8. mill. ab Ebrone in occaſum, & 22. ab Hieroſolyma Gazam verſus. Ab hac, tamquam celebri loco, multorum locorum diſtantias metitur D. Hieronymus in loc. Ebr. tametſi nulla ejus mentio in ſacris Literis occurrat.

(5) *Exorciſtarum* duplex olim fuit in Eccleſia uſus, ut obſervat Valeſius. Nam & ad purgandos Daemoniacos, & ad Catechumenos adhibebantur. Nec vero ſemel dumtaxat exſufflabantur, atque exorcizabantur Catechumeni : ſed poſt ſingulas Catecheſes diſcincti, & excalceati deducebantur ad Exorciſtam, ut ab eo purgarentur. Quo de more videſis Chryſoſtomum

in

in Homilia 1. ad Illuminandos tom. 1. & Cyrillum Hieroſolymitanum in Procatecheſi ad Illuminandos.

(6) Hunc *Aſclepiadem* vocant Acta apud Mombritium, & Prudentius in Hymno.

(7) Henricus Valeſius in Notis ad librum Euſebii de Martyribus Palaeſtinae, & Ruinartus, non Diocletianum, ſed Galerium Caeſarem Antiochiae tum adfuiſſe contendunt. Verum de his in Admonitione noſtra huic Martyrio praefixa fuſius diſſeruimus.

(8) In libris de Reſurrectione, & Aſcenſione Chriſti, quos ſub Euſebii noſtri nomine Jacobus Sirmundus Latine tantum in lucem emiſit, nulla alia ratione fultus, ut ipſe in Praefatione fatetur, quam quod in duobus mss. Codicibus Euſebii Caeſarienſis nomen praeferebant, ignis, quo abſumendus erat Romanus, caelitus extinctus perhibetur, his verbis: *Quum autem adunarentur ſarmenta, & cannae, ad velocitatem utpote flammae, vel quod igni apta videntur ad incenſionem, imponebatur autem vivens immolatio in igne. Haec quum ita agerentur, non autem longe abeſſet civitas, ut teſtaretur veritati. Et forte quia quidam de Judaeis, aut alii homines dicebant: Ubi eſt eorum Deus? Forte proferentibus Judaeis tres pueros, & dicentibus, quia ſub nos ſalvabantur a flamma fornacie ardentis: iſti autem ardent. Atqui Caeli Dominus jubet nubibus coronari Caelum. Adimpleas autem ſinus nubium grandine, & imbre admodum vehementi, & addens ventos ad velocem emiſſionem eorum. Neque enim accendi flammam permittit, vehementiorem oſtendens hanc virtutem, quam apud Babyloniam.* Cujus tamen miraculi nulla tum in libro de Martyribus Palaeſtinis, tum in Menologiis, & Synaxariis fit mentio.

(9) Conſonat liber de Martyribus Palaeſtinae, & Graecorum Menologium, quod die 18. Novembris iſtam ſupplicii commutationem ſic refert: *Itaque ſponte Judicem adiens, ſtatim ignis ſupplicio condemnatur. Quod quum cognoviſſet Diocletianus, ignis quidem poenam removit, ſed linguam excidi juſſit.* Diſcrepat autem ſecundus de Reſurrectione liber, in quo res ita narratur: *Fit turbela non levis. Nuntiatur Tyranno, quia Martyre tradito igni, Caelum indignatum eſt, & quia Caeleſtis Rex ſuos, qui in terra habentur, defendit. Haec quum audiſſet Tyrannus, & quum valde injuriam defenderet ſuam factam per linguam, jubet Judici, jam non debere jurgari eum ad Deum: ſed iſtum, quem liberavit Deus, dimitti debere. Et noſter igitur Ananias, velut ex igne, dimittitur. Judex autem blandiens Tyranno... invenit neſcio quid novum adverſus Sanctum, addens admirationem admirationibus. Quid enim fecit? Praecipit linguam, qua fuerat loquutus in hominem, eo quod non negaverat Deum, incidi.* Haec Liber ille. Quae tamen a veriſimilitudine prorſus abludere, vel ipſe Valeſius fatetur, etſi Chaldaicum hunc Euſebii Codicem non viderit. Quare libenter ſubſcriberem Caveo, qui Hiſt. Liter. par. 2. praedictos de Reſurrectione, & Aſcenſione libros, ſive Homilias a Syrmundo ſub nomine Euſebii Caeſarienſis editas, potius Emiſeno, quiſquis ille fuerit, adjudicat.

(10) Mirari profecto ſubit, omiſſum eſſe ab Euſebio in libro de Martyribus Palaeſtinae ingens hoc miraculum, hominis, ſcilicet, poſt linguae praeciſionem adhuc loquentis: quod Scriptores ferme omnes, qui S. Romani meminerunt, eleganter exaggerant. Id tamen non Euſebii, ſed librariorum Graecorum culpa factum eſſe omnino tenendum eſt, a quibus & multa alia, notatu quidem digniſſima, eo in libro praetermiſſa ſunt, quae Euſebius in Chaldaicis, ſeu Syriacis hiſce Actis diſertiſſime ſcribit; ut legenti planum eſt.

(11) *Ad quinque foramina.* Graecus Euſebii textus de Martyribus Palaeſt. habet: *Solus ad quatuor uſque puncta diſtentos habens pedes.*

ADMONITIO

In Martyrium Sancti TIMOTHEI.

S. Timothei hiſtoria multo contractior apud Euſebiū in lib. de Martyr. Palaeſt.

Ejus memoria apud Orientales una cum SS. Agapio, & Thecla.

SAnctum Timotheum Gazenſem, cujus Martyrii hiſtoriam hiſce quidem Actis, quae ex Chaldaico Codice Nitrienſi Vaticano I. proferimus, omnino conſonam, multo tamen contractiorem, ſcribit Euſebius in libro de Martyribus Palaeſtinae Cap. 3. una cum SS. Martyribus Agapio, & Thecla, Graeci, Syri, & Latini in ſuis Faſtis concelebrant die 19. Auguſti. Et Graecorum quidem Menologium, juſſu Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris editum, hocce eos Elogio commemorat: *Certamen S. Martyris Timothei, & Sociorum, Glorioſus Chriſti Martyr Timotheus in Gaza Palaeſtinae civitate natus, quum doctrina, & moribus omnibus eſſet numeris abſolutus, pietatem edocebat. Detentus itaque ſtetit coram Gazae Praefecto: & interrogatus, ſeque Chriſtianum confeſſus, Chriſti oeconomiam, ejuſque propter nos peregrinationem, & Incarnationem Theologice exponens, vapulavit crudeliter; cunctiſque tormentorum generibus vexatus, ac nullo modo cedens,*

Digitized by Google

cedens, igni traditus, finem accepit. Eadem die, eademque in urbe Agapius, & Thecla, qui in carcere detinebantur, quod in nomine Chriſti docerent, multoſque ex infidelibus ob errore revocarent ad Dominum, & baptizarent, coram Praefecto adſtantes, neque ut Idolis facrificarent, inducti, ſed ſartam, tectamque Dei dilectionem ſervontes, belluis objecti, Martyrii coronam retulerunt. Menologio Baſiliano conſonant Menaeum Chiffletii, Taurinenſe Bollandianorum apographum, Menologium Sparwenfeldianum Slavo-Ruſſicum: necnon Menaea magna impreſſa, quae & hoſce addunt Verſiculos, a Bollandianis emendatos, & ſic latine redditos:

Πυρεῖον ἡ κάμινος ἐν μέσῳ φέρων
Βρώματι Τιμόθεον εὔοσμος μάλα.
Ἀγάπιος τὸ δῆγμα τοῦ θηρὸς φέρει
Καὶ ψυχοδήκτην δάκνεται θὴρ καρδίαν
Ἔμοιγε κλῆσις Θέκλα, πατρὶς Βυζίη,
Γάζης τόπος θέατρον, ἆθλος θὴρ διώκων.

Medios per ignes flammo Timotheum vorans,
Quo ſit thymiama odore redolenti fragrat.
Agapius avidae ſuſtinens morſum ferae,
Animas vorantem lancinat morſu feram.
Thecla mihi nomen, Byzie patria, locus,
Gaza eſt palaeſtroe, praelium fera perſequens.

Eadem ferme habent Synaxaria Syrorum, in quibus Agapius, & Thecla ܫܕܝܢ ܠܐܪ̈ܝܘܬܐ *leonibus objecti*, dicuntur.

Verum etſi Menologium Baſilianum, & reliqua Graecorum, Syrorumque Tabulae B. Theclam cum S. Timotheo recte conjungant, utpote quae eodem die ad beſtias damnata, nuſquam alibi ex earum dentibus incolumis evaſiſſe, ab Euſebio dicitur; falluntur tamen, dum S. Agapium eodem die, eodemque, quo Thecla, mortis genere Gazae adſectum perhibent. Nam Agapius, ut ex ejuſdem Actis infra a nobis exhibendis adparet, nonniſi duobus ab obitu Timothei, & Theclae annis, quarto ſcilicet hujuſce Perſequutionis anno, die 20. Novembris, Caeſareae feris objectus, ſequenti vero die praeceps in mare datus, coronam obtinuit. *Perperā Agapius cum S. Timotheo conjungitur.*

Eorumdem Sanctorum Martyrum memoriam recolit & Galeſinius, qui magnam Martyrologii ſui Romani partem ad fidem Menaeorum concinnavit, in haec verba: *In Palaeſtina, Sanctorum Martyrum Timothei, Agapii, & Theclae. Fuit Timotheus, genere nobilis, & vitae religione, dicendique laude uſque adeo praeſtans, ut mognus pietatis doctor, magiſterque exſtiterit. Quamobrem comprehenſus, judicio ſiſtitur apud Urbanum Praeſidem: a quo rogatus de fidei noſtrae Myſteriis, divine reſpondit. Itaque primo horrendum in modum caeſus, poſt variis excruciatus ſuppliciis, poſtremo in ignem poſitus, inſigniter coronatur. Agapius item, ac Thecla, tormentis ambo graviter adfecti, pro Chriſti fide viriliter pugnando, feris exponuntur: quarum ictibus confecti, Martyrii palmam tulerunt.* Quibus autem ex monimentis Timotheum genere nobilem fuiſſe, Galeſinius acceperit: quod nullibi Euſebius, aut ſequiores Martyrologi ſcribunt: nos prorſus latet. Ex his autem, quae in Menaeis de S. Timotheo leguntur ἄλλως idest, *Genus*, ſeu originem *traxit e Palaeſtino*, non ſequitur, eum fuiſſe nobili genere natum, ut recte obſervant Bollandiani in commentario praevio ad ejus Martyrium die 19. Augusti. *Et apud Latinos.* *Corrigitur Galeſinius.*

Galeſinio cerebroſior eſt Sirletus, quando in Menologio ſuo locum, ac genus Martyrii confundens, deque omnibus, & ſingulis eadem omnino referens, haec tradit. *Eodem die* (xix. Auguſti) *commemoratio Sanctorum Martyrum Timothei, Agapii, Theclae: qui apud Gazam ſub Urbano Praeſide Chriſtianam fidem profeſſi, verberibus, & aliis tormentorum generibus, ferarum dentibus expoſiti, Martyrii palmam acceperunt.* Hodiernum tamen Martyrologium Romanum adcuratiori eoſdem Martyres Elogio ſic commemorat: *In Palaeſtina Sancti Timothei Martyris, qui in Perſequutione Diocletiani ſub Urbano Praeſide, poſt multa ſuperata ſupplicia, lento igne combuſtus eſt. Paſſi ſunt etiam ibidem Thecla, & Agapius: illa feris expoſita, eorum dentibus laniata tranſivit ad Sponſum: Agapius vero plurima tormenta perpeſſus, ad majora certamino fuit dilatus.* *Et Sirletus.*

Cete-

Mortis tẽpus.

Ceterum tam Martyrologium Romanum, quam reliqui Latinorum, Graecorum, Syrorumque Faſti, quos hucuſque laudavimus, perperam SS. Timothei, & Theclae Feſtum die XIX. Auguſti recolunt: nam Chaldaica haecce Acta, omni quidem exceptione majora, utpote ab Euſebio Caeſarienſi, authore adcuratiſſimo, & coaequali conſcripta, eorum Martyrium diſertiſſimis verbis contigiſſe ajunt die vigeſima prima menſis Maji, anno Perſequutionis Diocletianeae ſecundo ineunte, qui in annum Aerae vulgaris 304. recta competit, quum ea Perſequutio inchoata ſit anno 303. menſe Martio; ut alibi a nobis latius eſt demonſtratum. Ac proinde vehementer adlucinatur Eminentiſſimus Baronius, dum in ſuis Annalibus S. Timothei Paſſionem ad annum 303. revocat.

Baronii adlucinatio.

ܣܗܕܘܬܐ

[illegible]

Anno Christi 304. Sub Diocletiano Imp.

MARTYRIUM

S. TIMOTHEI, Anno ſecundo Perſequutionis, quae diebus noſtris excitata eſt, XXI. Maji, Gazae.

Perſequutio aucta.

ALTERO Perſequutionis anno, vehementior adverſus nos Tyrannorum furor, atque immanitas erupit. Flaviano [1] id temporis in Palaeſtinae Praefectura Urbanus fuerat ſuffectus, quum iterum ab Imperatore Literae in Chriſtianos datae ſunt, prioribus longe quidem ſeveriores. In illis enim ſoli Eccleſiarum Dei Rectores ſacrificare jubebantur: in iſtis vero crudeliſſimum mandatum in cunctos ferebatur; ut omnes [2] ſcilicet ubique locorum, ac gentium viri, feminaeque cum filiis ſacrificia, ac victimas inanimatis ſimulacris offerrent. Atque hujuſmodi erant Tyrannorum Edicta, qui ſupremo omnium Regi inſanientes bellum intentabant.

S. Timotheus comprehẽſus.

Quum itaque iniquiſſimam Imperatoris voluntatem perditi adminiſtri exſequutioni mandarent, Beatus TIMOTHEUS [3], non quod ullius ſibi conſcius eſſet flagitii: ſanctiſſimam enim, in quam nulla caderet reprehenſio, exegerat vitam; ſed quod fictis ex ſilice numinibus cultum detrectaſſet, apud Gazam [4] Palaeſtinae civitatem ad Urbanum Prae-

In vincula cõjicitur.

[illegible]

[illegible]

Praefectum deductus eſt, atque homicidae inſtar, facinoroſique hominis, in vineula conjectus. Quamquam autem & omni virtute praeditus eſſet Timotheus, & morum praecipue integritate, ſanctiſſimaque totius vitae ratione ita excelleret, ut ipſius animus ad Deum adeedere videretur; innumeras tamen plagas, & contumelias ab illius urbis indigenis, vel anteaquam Judici ſiſteretur, pertulit: ſunt enim Gazenſes in Idolorum cultu omnium pugnaciſſimi. Tum vero ad Urbanum traductus, hujus quoque immanitatem fortiſſimus Juſtitiae vindex ſua vicit virtute, audaciamque plane retudit.

Varie tortus.

Gazenſes in Idolorum cultu omniū pugnaciſſimi.

Sceleſtus vero Judex omne tormentorum genus in Martyrem effundens, univerſum ejus corpus flagris lacerari juſſit, mox latera acutis, robuſtiſque pectinibus; queis nemo mederi poſſet, diſcerpi. Quae tamen omnia admirabilis Timotheus, ſtrenui inſtar militis, ſuſtinens, agonem ſuum, lento tandem ignis ſupplicio damnatus, feliciter complevit. Porro Judex tenui, lentoque igne ipſum conſumendum eavit, eo quidem conſilio, ut ſanctiſſima ejus anima e corpore tardius, aegriuſque diſcederet; atque ita Martyr ipſe diutius excruciaretur. Verum diuturniori ille, velut puriſſimum aurum, igne probatus, & perfectam Dei Juſtitiam magnanimitate ſua manifeſtam fecit, & praeclariſſimorum Chriſti Athletarum corona eſt redimitus. Quoniam ergo totius vitae ſuae curſu ad cineres uſque Deum unice dilexit; factum inde eſt, ut ſingularibus ipſum praemiis Deus cumulaverit, fluxamque hanc, & caducam ejuſdem vitam immortali apud ſe gloria compenſaverit.

Lento tandem ignis ſupplicio damnatusMartyr occumbit.

Eodem quoque die, eademque in urbe S. Martyr Agapius, & Beata [5] Thecla a Praefecto ad beſtias damnati ſunt.

SS. Agapius & Thecla ad beſtias damnātur.

5

ADNOTATIONES.

(1) IN Actis S. Procopii, quae ſuperius exhibuimus, ex calligraphi, ut opinor, incuria *Paulinus* pro *Flaviano* obrepſit.

(2) Hinc falſi convincitur Henricus Dodwellus, vir ob eruditionem, & antiquitatis ſtudio alias clariſſimus, qui in Diſſertatione xi. Cyprianica, in ſolos Clericos Diocletianum capitali poena animadvertiſſe contendit, nec ad laicos pertinuiſſe iſtud vitae periculum, quamdiu ille Rempublicam adminiſtravit.

(3) Sub S. Timothei Martyris nomine inſignem olim in urbe Gaza Eccleſiam exſtitiſſe, atque in ea venerandas Sanctorum Martyrum Mauris, & Theae, ibidem interfectorum, Reliquias, exeunte ſeculo Chriſti quarto, poſitas eſſe, teſtatur Marcus Diaconus in Actis S. Porphyrii, Epiſcopi Gazenſis, apud Bollandianos tom. 3. Februarii, qui ſub Arcadio Imperatore claruit.

(4) *Gaza* antiquiſſima Palaeſtinae civitas, ex quinque Satrapiis Philiſtinorum, Aegyptum verſus ultima, quae olim Judae in ſortem cecidit, ut ex Bibliis conſtat: eſtque Aſcaloni proxima, ad 14. mill. paſſ. diſtans in occaſum Raphiam verſus, & 65. ab Hieroſolymis in occaſum hibernum, teſte Adrichomio. Sic autem adpellatam ſcribit Pomp. Mela, quod Cambyſes Perſarum Rex in Aegyptum proficiſcens, in ea belli opes, & pecuniam Regiam, quam *Gazam* Perſae vocant, repoſuit. Hujus urbis ambas portae fores ad verticem vicini montis detulit Samſon, poſtea oculis erutis, Gazam ductus, concuſſis templi columnis, 3000. hominum millia ſecum oppreſſit. Ab Alexandro Magno poſt bimeſtrem obſidionem capta atque diruta; dein Machabaeorum temporibus, poſtmodum ſub Conſtantino Magno reparata, & Epiſcopali Sede aucta dicitur. Ethnici heic, etiam ſub Chriſtianis Principibus, fidelibus moleſti, Juliano imperante, in Sacerdotes, Virgineſque Deo ſacras crudeliſſime graſſati ſunt A. C. 363. ut narrat Theodoretus lib. 3. c. 6. & 7. Horum Idolum *Marne*, toto Oriente celeberrimum, ſub Arcadio Imperatore A. C. 401. opera Porphyrii Epiſcopi Gazenſis deſtructum. Ipſa Gaza ſeculo 11. & 12. bello ſacro ſaepius direpta, everſaque, hodie iterum, a paucis tamen Mahometanis habitatur, habetque Principem proprium, ex Conſtantinopolitani Imperatoris arbitrio pendentem, quem امير غزة hoc eſt *Emir*, ſeu Ducem *Gazae* vocant. Vide Michaelem Nau apud Baudraudium, & Hofmannum in Lexico Univerſali.

(5) In Menaeis Graecorum ad diem 19. Auguſti (quibus ex monimentis neſcio) haec Thecla vocatur ἡ Βυζιῆτις, vel, ut in Verſiculis, qui ad ejuſdem commemorationem ibidem adjiciuntur, πατρὶς Βυζίη, patria nimirum Byzicenſis. Quid autem eo nomine, ab amanuenſibus haud dubie depravato, Menaei intelligant, an Bizuam Thraciae urbem, ut nonnulli putant, an vero Bethſan, ſeu Scythopolim, Palaeſtinae oppidum, quod mihi veriſimilius eſt, liberum unicuique ea de re judicium eſto.

ADMONITIO

In Martyrium Sancti APIANI.

Quae Lyciae urbs Apiani patria?

SAnctiſſimus Chriſti Martyr Apianus, cujus integram hiſtoriam, ab Euſebio Caeſarienſi Chaldaice conſcriptam, ex Codice Nitrienſi Vaticano I. heic proferimus, in Lycia (non vero in Lydia, uti perperam ſcribunt Graeci, & Syri in Synaxariis ſuis) Aſiae minoris regione ad mare Mediterraneum, haud procul ab Inſula Rhodo, nobili genere natus, Berytum Phoeniciae urbem Archiepiſcopalem ſub Patriarcha Antiocheno, in ora maris Syriaci inter Byblum ad Arctos 34. & Sidonem ad Auſtrum 30. mill. paſſ. ſitam, apud antiquos ob Scholam Juris Civilis celebratiſſimam, ſtudiorum ſuorum, Caeſaream vero Martyrii ſortitus eſt palaeſtram. Qua autem in urbe Lyciae in lucem editus ſit Apianus, quem Graeci, Latinique *Apphianum*, & *Amphianum* adpellant, nihil certi ex Actis noſtris deduci poteſt. In Graeco quidem Euſebii de Martyribus Palaeſtinae textu apud Valeſium iſta leguntur: Εἴ τις ἄρα Παγὰς ἐπίςαται τῆς Λυκίας οὐκ ἄσημον πόλιν: *Si quis ergo Pagas novit, urbem Lyciae non obſcuram*. In aliis MSS. apud Bollandianos iſtae voces ἄρα & Παγὰς in unam conflantur, & dicitur Ἀραπαγὰς, & per contractionem Ἀρπαγὰς, & Ἀραγὰς. Verum hujuſmodi loca neque in Lycia, neque in Lydia reperiuntur, Henricus Valeſius in ſuis ad hunc locum adnotationibus conjecit quidem

dem oculos in urbem Lyciae Epiſcopalem *Araxam*; at Henſchenio magis adridet *Patara* urbs item Lyciae Epiſcopalis, oraculo Apollinis olim celebrata, quae ſita eſt in ora maris Pamphilii prope oſtia fluminis Xanthi, unde facilis fuit navigatio tam Berytum, quam Caeſaream. Sed liberum unicuique hac de re judicium eſto.

Eumdem beatum Apianum Beryti a S. Pamphilo Martyre ad pietatem fuiſſe inſtru- A B. Pamphilo, non vero ab Euſebio Caeſareae divinas literas edoctus.
ctum, tradunt Graecorum Menaea, & Menologium Baſilianum, necnon Synaxarium Syrorum, ac Menologium a Card. Sirleto editum. Simeon vero Metaphraſtes in ejuſdem Apiani Martyrio, quod ex Euſebio ſe deſcripſiſſe profitetur, quodque autographis hiſce Actis adamuſſim fere reſpondet, non Beryti, ſed Caeſareae Sacris Literis a B. Pamphilo ipſum fuiſſe eruditum adfirmat. *Quum enim*, inquit apud Lipomanum & Surium die 2. Aprilis, *Amphianus nobiſcum* (Caeſareae ſcilicet cum Euſebio) *in Divinorum rerum ſtudiis verſaretur, & in Sacris Literis a Magno Martyre Pamphilo exerceretur, non vulgarem ad virtutem habitum adeptus eſt, ex quo ſibi ad Martyrii palmam aditum patefecit.* Eadem ferme ſcribit Euſebius in Chaldaicis, ſeu Syriacis Actis, quae prae manibus habemus: *Heic vero* (Caeſareae) *nobiſcum eadem in domo verſatus, in eo totus erat, ut & Caeleſtem hauriret animo robuſtiorem in dies ſapientiam, & praeclarum beati Pamphili Martyris, a quo Sacris initiabatur Literis, vivendi inſtitutum aemularetur; atque ita ad praeſtantiſſimum Martyrium obeundum ſe compararet.* Quare errat Valeſius, qui in Euſebii vita, ubi de Pamphilo Presbytero: *Celeberrimam*, inquit, *Scholam, ac Bibliothecam inſtituit Caeſareae. Cujus Scholae Magiſter primus fuiſſe videtur Euſebius. Certe Euſebius in libro de Martyribus Palaeſtinae diſerte ſcribit, Apphianum, qui tertio perſequutionis anno Martyrium conſummavit, in urbe Caeſarea ſacris literis a ſe eruditum fuiſſe.* At eo in libro Euſebius nihil aliud ſcribit, quam [illegible] ἦ ἡμῶν αὐτοῖς ἅμα: *Ibi nobiſcum verſatus &c.* Syriacus autem textus diſerte docet, a Pamphilo edoctum fuiſſe divinas literas Apianum.

Porro etſi Apianus alio loco & tempore, quam frater Hedeſius, Martyrium per- Ejus memoria & cultus,
peſſus ſit, Graeci tamen, ac Syri utriuſque ſimul memoriam recolunt 2. Aprilis, quo die Euſebius tum in Graeco, tum in Chaldaico textu Apiani ſolius mortem conſignat. Et Menologium quidem, juſſu Baſilii Imperatoris editum, diem 2. Aprilis a laudatis Apud Orientales.
Martyribus ita auſpicatur: *Certamen Sanctorum Martyrum Apphiani, & Aedeſii. Apphianus, & Aedeſius Chriſti Martyres, ex matre fratres. Maximiano imperante, ex Lydiae regione ortum duxerunt. Quum autem Berytum veniſſent, Chriſti fidem a Pamphilo Martyre edocti ſunt. Unde comprehenſi, ad Praeſidem civitatis adducti fuerunt. Et primum quidem Apphianus palam & libere Chriſtum praedicans, in facie percuſſus fuit, atque in terram corruens, militum pedibus proculcatus eſt: lignoque ſuſpenſus, calcium ictibus tumefactus fuit, & diſruptus. Permanens autem adhuc conſtanter in Chriſti confeſſione, in profundum maris projectus, ibi vitam abſolvit. At vero Aedeſius condemnatus, ut in aeris metallis effodiendis puniretur, miſſus eſt Alexandriam: ubi quum quodam die urbis Praeſidem vidiſſet acriter in Chriſtianos deſaevientem, accurrens illum virga percuſſit. Unde multis prius cruciatibus vexatus, in mare demum demerſus, Martyrium conſummavit.* Eadem ferme habentur in Menologio Card. Sirleti, & in reliquis Graecorum Menaeis tam manu exaratis, quam excuſis, quae & hocce diſtichon praemittunt.

Τὸν Ἀμφιανὸν ὁρῶν λαβόντα στέφος,
Ἔσπευδεν Αἰδέσιος θανεῖν προθύμως.
Partam Amphiano fratri coronam intuens
Aedeſius, illi commori feſtinavit.

Graecis conſentiunt Syri, dum in Synaxario ſuo ad praeſignatum diem 2. Aprilis iſta legunt: [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

Certamen Sanctorum Chriſti Martyrum Amphiani, & Aedeſii ex matre fratrum. Iſti ex Lydia oriundi, quum Berytum veniſſent, & a Pamphilo Martyre morum probitatem, atque religionem edocti eſſent, Urbano Praeſidi ſeſe obtulerunt. Et primum quidem Amphianum conſidenter Chriſtum praedicantem percuſſerunt in facie milites, humique proſtratum pedibus conculcarunt, mox pedibus ejus oleo unctis ignem ſubjecerunt, Martyrem trabi ſuſpendentes. Etſi autem tumefacta calcium ictibus ejuſdem vulnera diſrumperentur, pedeſque igne abſumerentur, majorem tamen animum ſumebat, ejuſque fides in Chriſtum magis magiſque confirmabatur. Quocirca inde elatus, & in profundam maris demerſus, Martyrii palmam ibidem obtinuit. Aedeſius vero ad metalla aeris effodienda Alexandriae damnatus, quum Hieroclem Praeſidem in Chriſtianos deſaevientem videret, nulla ſui ipſius ratione habita, eidem ſtitit ſe, & Fidem Chriſtianam libere profeſſus, illum acriter objurgavit; qui propterea plurimis cruciatibus Sanctum adfici juſſit, tum in mare projici. Atque ita Aedeſius Martyrii coronam conſequutus eſt.

Et apud Latinos.

In antiquis autem Martyrologii Hieronyminiani apographis, uti & apud Uſuardum, Adonem, Notkerum, authorem Martyrologii ſub nomine Bedae excuſi, Bellinum, Grevenum, Maurolycum, Molanum, & Caniſium S. Apianus ſeorſim quidem ab Hedeſio, ſed ad diem 5. Aprilis colitur, his ferme ubique verbis: *In Caeſarea Lyciae & Sancti Amphiani*. Ubi, nemo eſt, qui non videat, luxata eſſe verba, & copulam conjunctivam per errorem tranſpoſitam; atque ſic legendum: *In Caeſarea, & Lycia Sancti Amphiani*: quod utroque loco ei debita veneratio olim eſſet adhibita. Verum Galeſinius, & Baronius Euſebium, & Graecos ſequuti, S. Apiani feſtum ad diem 2. Aprilis retulerunt. *Caeſareae praeterea*, inquit ad IV. Nonas Aprilis Galeſinius. *in Palaeſtina Sancti Amphiani Martyris. Is quo tempore Maximinus funeſtis impietatis ſuae edictis rem omnem Chriſtianam perturbavit, divina quadam animi confeſſione, & cohortatione Praeſidem eundem ab Idolorum cultu deterruit. Quam ab cauſſam hic ab illius ſtipatoribus tota corpore infinitis plagis, quas fortiſſime ſuſtinebat, excruciatus, in carcerem truditur: poſt, aliis acerrimis adfectus ſuppliciis, quum eandem pietatis confeſſionem libere exprimeret demum medio mari in altiſſimos vortices projectus, inſignem Martyrii palmam tulit*. Hodiernum vero Martyrologium Romanum: *Caeſareae in Palaeſtina Natalis Sancti Amphiani Martyris, qui in perſequutione Maximini quum Urbanum Praeſidem Idolis immolantem arguiſſet, ſaeve dilaniatus, ac pedibus lino in oleum intincto, eoque incenſo, abvolutis acerbiſſime cruciatus, demum in mare demerſus, tranſiens per ignem, & aquam eductus eſt in refrigerium*. Hactenus Martyrologium Romanum.

Martyrii tempus.

Ceterum quem in vulgaris Aerae annum inciderit tertius hujuſce perſequutionis, ac ſimul primus Imperii Galerii Maximini annus, quo Martyrem occubuiſſe Apianum noſtrum, tradit tum in hiſce Actis, tum in Graeco de Martyribus Palaeſtinae libro Euſebius, controverſia non levis eſt inter Martyrologos. Hujus autem nodi expediendi ratio tota deſumi debet ex tempore, quo Diocletianus purpuram depoſuit; ſiquidem, nemine diffitente, poſt abdicatum a Diocletiano Imperium Maximinus ſtatim fuit Caeſar renunciatus. Porro communis Eruditorum ſententia fuit, anteaquam aureus Lactantii de Mortibus Perſequutorum liber e tenebris vindicatus in lucem emergeret, Diocletianum A.C. 304. Imperium abdicaſſe: cujus quidem ſententiae authores fuerunt Euſebius in Hiſtoria, Zoſimus lib. 2. Idacius in Faſtis, & Scriptor Chronici Alexandrini. Ve-

Quo anno Diocletianus purpuram depoſuerit?

rum

rum eo Lactantii libro vulgato omnibus patuit, anno tantum ſequenti eundem Imperatorem novo exemplo, ut habet Eutropius, vitam privatam amplexum eſſe. Nam teſte Lactantio ibid. capp. 12. & 18. Diocletianus Ravennam anno 304. ut nonum iniret Conſulatum, Roma perrexit, tranſactoque aeſtivo tempore, inde Nicomediam reverſus eſt, ubi propter adverſam valetudinem nonniſi Kalendis Martii A. 305. in publicum prodiit, ac demum duobus poſt menſibus, Kalendis ſcilicet Maii eadem in urbe Imperium abdicavit: quo quidem die Maximinus Caeſarea dignitate auctus eſt. Hine vero plane liquet, primum Maximini annum cum annis Chriſti 305. & 306. concurrere; atque adeo S. Apianum Anno Aerae vulgaris 306. paſſum fuiſſe, utpote qui die 2. Aprilis, anno tertio perſequutionis, cujus edictum Nicomediae A. 303. Menſe Dyſtro, ſeu Martio promulgatum eſt, Martyrium conſummaſſe dicitur.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܐܦܝܢܘܣ ܒܚܕܥܣܪ ܒܢܝܣܢ ܒܩܣܪܝܐ ܡܕܝܢܬܐ.

MARTYRIUM

Anno Chriſti 306.

Sancti APIANI, *Die XI. Aprilis, Caeſareae.*

ܚܘܝܐ ܠܝܛܐ ܚܪܡܢܐ ܡܪܝܪܐ
ܘܛܪܘܢܐ ܕܠܐ ܪܚܡܐ ܡܟܣܝܡܝܢܘܣ
ܪܫܐ ܕܝܢ ܫܘܠܛܢܐ ܕܪܗܘܡܝܐ ܐܚܕ
ܗܘܐ. ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܐܝܟ ܗܘ
ܕܥܡ ܐܠܗܐ ܒܡܪܚܘܬܗ ܕܢܬܟܬܫ
ܐܬܛܝܒ ܗܘܐ: ܘܬܩܝܦ ܡܢ ܩ̈ܕܡܝܐ
ܕܪܕܦܘ̈ܗ ܒܪܕܘܦܝܐ ܥܠܝܢ ܡܬܚܪܐ
ܡܪܝܪܐ ܥܠܝܢ ܡܩܠ ܗܘܐ. ܘܡܬܠܚܡܢܐ ܕܠܐ
ܒܪܚܘܪ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܒܡܕܝܢܬܐ
ܥܡܪܝܢ ܐܫܕܝ ܗܘܐ. ܘܣܓܝܐܐ ܡܢ ܡܕܡ
ܕܒܕܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ ܠܟܠ ܐܬܪ ܐܬܟܒܪܘ.
ܐܝܕܐ ܩܪܝܒ ܡܠܬܐ ܐܝܟ ܕܫܦܝܪ
ܕܬܫܬܥܐ ܥܠ ܚܝܠܐ ܐܠܗܝܐ ܕܚܘܒܐ
ܠܛܘܒܢܐ ܐܦܝܢܘܣ. ܗܘ ܕܒܥܠܝܡܘܬܗ ܘܠܐ
ܠܥܣܪܝܢ ܫ̈ܢܝܢ ܡܛܝܐ ܗܘܐ.
ܐܦ ܕܝܢ ܡܢ ܒܢ̈ܝܢܐ ܗܘܐ ܕܐܬܪܐ
ܕܠܘܩܒܠ ܘܡܢ ܡܪ̈ܘܡܐ ܗܘܐ ܗ̈ܢܘܢ
ܕܒܥܘܬܪܐ ܕܫܘܠܛܢܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ
ܡܫܬܡܗܝܢ ܗܘܘ: ܘܡܫܬܠܛܢܐ
ܕܐܒ̈ܗܘܗܝ ܠܡܬܪܝܘ ܒܟܪܟܐ ܡܕܝܢܬܐ
ܐܫܬܪܪ ܗܘܐ. ܘܣܒܪܬܐ ܕܥܠܡܐ
ܗܕܐ ܕܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܒܝܫ: ܠܐ ܫܒܩ
ܠܐ ܡܕܡ ܐܝܟ ܒܗܘܢ ܕܢܒܗܪ ܠܗܘܐ
ܕܢܫܝܬܐ

Perſequutio gravior ſub Maximino.

SERPENS exſecrandus, crudelis vipera, ac immitis tyrannus, impius Maximinus, Romani ſumma Imperii potitus, ab ipſo regni ſui exordio, quaſi vero bellum Deo audacter indicturus, violentius, quam ſuperiores Imperatores, perſequutioni noſtrorum incubuit; & ſaeva quaeque minitatus, tantum omnibus, qui urbem incolebant, terrorem incuſſit; ut eorum plurimi, relictis ſedibus ſuis, in incerta loca diffugerent, ſummae illius crudelitatis impetum declinaturi.

S. Apiani mores.

At in tanta truculentiſſimi Tyranni ſaevitie, in communi Chriſtianorum trepidatione quis vero jam pro dignitate aut cogitare, aut eloqui poterit, quanta roborari debuerit Divini amoris virtute beati APIANI animus; qui quum aetate eſſet adhuc imbecilli, neque enim vigeſimum adtigerat annum, & generis nobilitate plane ſingulari, non ſolum aut ab illecebris Seculi continuit ſeſe, aut abſterreri nunquam potuit a Tyranni crudelitate; ſed ipſum ſe, vitamque ſuam pro vindicanda Chriſtiani nominis gloria inhiantibus veluti tyranni faucibus diſcer-

diſcerpendam, atque devorandam, objecit.

In Lycia clariſſimis parentibus ortus,

Beryti diſciplinis ac pietate imbuitur.

Porro in Lycia clariſſimis, qui & ſumma erant rerum omnium, bonorumque adfluentia, parentibus ortus Apianus, Berytum in urbem ſtudiorum cauſſa miſſus, incredibile dictu eſt, quantum in ſecularibus diſciplinis progreſſum fecerit. Quamquam vereor, ne hoc laudis genus abs re eſſe videatur, & ab ea, quam adgredimur, de rebus ab ipſo pro Religione fortiter geſtis hiſtoria quammaxime alienum. Quis id tamen non miretur, quod in Apiano omni plane laude digniſſimum eſſe nemo infeiabitur, nobilem adoleſcentulum difficilem adeo aetatem, quam occupare ſolent & temeritas, & imprudentia, tam caſte prudenterque tranſegiſſe: in ea praeſertim urbe, in qua licentia obtinebat, atque libido, ab ipſa turpitudinis ſpecie abſtinuiſſe: in frequenti impudentiſſimorum adoleſcentulorum conſuetudine tam honeſte integreque verſatum eſſe: atque in id unum denique curam ſuam omnem contuliſſe, ut & conſilii perſpicientia, & morum gravitate ſeniorum hominum prudentiam, ſapientiamque aemularetur? In conſtanti nimirum animi aequabilitate, atque in honeſta, contentiſſimaque totius vitae ratione virtutis jecerat fundamenta, nullo infernalium hoſtium impetu conlapſura; morumque ſuorum cenſorem, ut verum Dei cultum decet, praeter ſe ipſum habebat neminem.

In patriam redit.

Mox relicta paterna domo Caeſaream venit,

Quum autem Secularium ſtudiorum curriculum abſolviſſet, in patriam reverſus eſt: at ſuos nactus conſanguineos moribus ſibi diſſimiles, ab eorum contubernio declinare conſtituit. Clam igitur paterna domo aufugiens, ne de ſumtu quidem ad diurnum victum neceſſario ſollicitus, nec quidquam ſecum tollens, ob ſpem, ac fiduciam, quam in Deo conlocaverat, praevio, & quaſi manu ipſum ducente Deo, in hanc urbem

ܠܡܫܬܩܘܬܐ ܐܠܨܘܗܝ ܕܢܚܐ ܡܬܚܒܠܬܐ.
ܐܦܝܢ ܡܫܬܡܗܪܢܐ ܣܗܕܐ ܕܗܘ
ܢܦܩܐ ܡܢܝܢܐ ܕܕܠ : ܘܠܐ ܠܝ ܕܒܕܡܘܬ
ܠܡܬܒܪܢܘܬܗ ܫܦܝܪ ܙܢܗ ܠܝ ܕܐܒܢܐ
ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܐܝܟ ܗܝ ܡܢ ܫܢܝܐ ܫܡܝܥܐ
ܕܢܐܢܫܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ . ܡܠܦܢܘܬܐ
ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܢܦܫܗ ܐܝܬܝܗ̇ ܗܘܐ ܘܡܬܚܙܝܢܐ
ܕܟܠ ܥܢܝܢܐ ܕܥܠܡܢܝܐ ܢܦܫܗ ܝܬܝܪ
ܗܘܐ : ܘܠܐ ܡܢ ܝܘܡܐ ܕܒܠܚܘܕܘܬܐ ܐܪܕܝ
ܗܘܐ : ܘܐܦܠܐ ܡܢ ܣܓܝܐܘܬܐ ܕܚܝܠܘܬܐ
ܐܬܓܕܪ ܗܘܐ ܘܐܬܚܒܠ : ܐܠܐ ܫܬܐܣܬܐ
ܕܫܢܝܐ ܗܘ ܠܢܦܫܗ ܠܡܫܡܫܘܬܐ
ܗܕܐ ܗܘܐ ܘܠܒܝܫܘܬܐ ܠܡܢܫܬܐ ܘܠܢܟܦܘܬܐ
ܗܕܐ ܐܝܬ ܗܘܐ : ܘܐܦ ܕܪܘܗܝ ܗܘ ܢܟܦܬܐ
ܠܡܦܪܫ ܐܠܘ ܗܢܐ ܦܪܫ ܠܟܢܫܐ ܗܘ
ܠܗ ܚܒܝܒ ܗܘܐ .

ܟܕ ܕܝܢ ܒܡܫܪܕܘܬܐ ܕܝܘܠܦܢܐ
ܐܫܬܡܠܝ ܗܘܐ ܡܢ ܒܬܪ ܡܕܝܢܬܐ ܥܒܪ
ܗܘܐ ܘܠܒܝܬܐ ܐܒܗܘܗܝ ܟܕ ܗܘܐ. ܠܐ ܕܝܢ
ܐܫܟܚ ܗܘܐ ܕܢܬܢܚ ܥܡ ܒܢܝ ܓܢܣܗ
ܡܬܠܒܒܝܢ ܒܕܘܒܪܝܗܘܢ ܠܓܠܝܗ ܠܐ ܕܫܦܝܪ
ܗܘܘ : ܗܢܝܢ ܓܝܪ ܢܦܫܗ ܘܡܢ ܥܒܕܝܗܘܢ
ܥܢܐ ܠܗ. ܘܠܐ ܐܬܒܠܠ ܠܗ ܥܠ ܢܦܫܗ
ܕܡܬܝܕܥܐ ܕܝܘܡܐ . ܘܐܦܠܐ ܢܣܒ ܗ
ܠܡܣܒܠ ܐܝܟ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܗܝܡܢܘܬܐ
ܡܣܟܠܐ ܕܐܠܗܐ . ܗܘ ܕܠܗ ܗܘܕܥ ܚܒܝܒ
ܗܘܐ . ܠܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ ܕܠܝ : ܕܟܠܗܝܢ
ܥܡܝܩܐ ܕܠܐ ܕܡܟܝܠ ܫܘܕܥܘܬܗ ܡܫܬܪܝܐ
ܗܘ ܠܐ ܫܒܩ ܗܘܐ : ܡܫܡܫ ܕܠܝ
ܒܟܝܢܬܐ ܚܝܕ ܗܘܐ . ܡܫܘܠܡܝܢ ܐܠܗܐ
ܢܦܫܗ ܕܝܠ ܗܘܐ : ܘܡܫܬܡܠܐ ܒܐܚܐ ܡܢ
ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܫܡܝܐ ܗܘ ܐܫܬܕܪ ܗܘܐ :
ܘܠܚܡܘܬܐ ܕܒܝܬܐ ܐܘܬܒ ܡܢ ܝܕܘܥ
ܚܒܪ ܗܘܐ : ܕܡܢ ܫܠܝ ܐܦ ܥܘܡܠܐ
ܕܝܗܘܕܝܐ ܡܫܬܪܝܐ ܚܝܕ ܗܘܐ :
ܘܕܐܢܐ ܕܗܘ ܟܠܠ ܕܡܢܝ̈ܐ ܘܣܕܪܐ
ܐܬܐ ܐܬܬܚܝܒ ܠܗ : ܗܢܘ ܕܝܢ ܘܠܐ
ܕܗܘܐ . ܐܘ ܗܢܘ ܕܥܡܟܢܘ ܟܠܡܕ ܡܢ
ܘܠܐ ܐܬܒܠܠ . ܐܘ ܗܢܘ ܕܠܐ ܢܬܒܥܘܗܝ ܥܠ
ܠܒܣܪܗ ܘܟܠ ܦܘܪܢܣܐ ܕܝܠܗ ܘܟܠ
ܡܫܬܪܝܢܘܬܗ

Digitized by Google

ܡܫܬܪܚܢܘܬܗ ܘܥܠ ܡܣܝܒܪܢܘܬܗ
ܘܥܠ ܡܫܡܥܬܗ ܘܥܠ ܦܘܢܝܗ ܘܥܠ
ܟܢܬܗ ܩܠܗܘܢ ܘܟܠܗܝܢ ܕܐܬܚܙܝ
ܒܠܚܘܕ ܓܒܪܐ . ܘܗܕܐ ܡܢ ܟܠܗܝܢ
ܝܬܝܪ ܡܚܘܝܢܘܬܗ ܕܛܢܢܐ ܗܘܐ ܠܗ
ܚܠܦ ܕܐܠܗܐ .

ܒܪܕܘܦܝܐ ܕܝܢ ܬܠܝܬܝܬܐ
ܕܗܘܬ ܒܝ ܫܢܬܐ ܕܡܫܬܡܫܢܘܬܐ
ܫܢܬܐ ܬܪܬܝܢ ܗܘܝ ܕܐܬܝ ܦܬܓ
ܗܘܐ : ܕܡܠܟܐ ܪܫܝܥܐ ܡܟܣܡܝܢܘܣ
ܘܡܦܩܕܝܢ ܗܘܘ ܒܗ ܠܫܠܝܛܢܐ ܕܡܕܝܢܬܐ
ܠܒܬܐ ܕܢܟܢܫܘܢ ܟܠܗܘܢ . ܘܕܒܚܐ
ܢܩܪܒܘܢ ܠܫܐܕܐ ܥܡܐ ܗܘܘ .
ܘܟܪܘܙܐ ܒܟܠ ܫܘܩܐ ܘܫܒܝܠܐ
ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܢܬܟܢܫܘܢ .
ܘܠܗܝܟܠܐ ܕܦܬܟܪܐ ܟܕ
ܡܬܟܢܫܝܢ ܓܒܪܐ ܘܢܫܐ ܘܛܠܝܐ
ܘܡܬܟܢܫܐ ܕܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܠܟܢܫܐ
ܗܘܐ : ܘܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ
ܗܘܐ : ܘܡܢܝܢ ܗܘܘ ܩܠܗܘܢ ܒܫܡܗܘܢ
ܕܟܠ ܐܢܫ ܘܐܢܫ . ܘܟܕ ܗܘܐ
ܡܬܩܪܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܠܟܠ ܐܢܫ
ܡܢܗܘܢ ܗܘܐ : ܗܘ ܡܢܐ ܠܟܠ
ܐܢܫ ܡܐܬܐ ܕܪܒܐ ܘܩܢܛܪܘܢܐ ܕܡܢ
ܒܝܬ ܠܒܝܬ ܡܚܕܪ ܗܘܘ ܠܐܬܪܘܬܐ
ܘܦܩܕ ܗܘܐ : ܟܕ ܐܢܫ ܕܠܡ ܕܒܚܘ
ܘܗܘܐ ܠܐ ܐܬܪܫܡ ܗܘܐ : ܕܠܐ ܡܢ
ܕܝܠܗ ܕܚܡܫܐ ܕܒܟܠܐ ܢܬܕܢ ܗܘܐ
ܕܫܒܩ ܗܘܐ . ܘܒܗܕܐ ܕܝܠܗ
ܕܐܦܝܢܘܣ ܕܐܬܐ ܐܬܡܨܝ ܗܘܐ :
ܘܡܢ ܥܠܝ ܠܣܗܕܘܬܐ ܡܬܩܪܝ
ܡܢ ܗܘܐ . ܟܕ ܠܐ ܡܢ ܐܢܫ ܠܘܬ
ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܐܬܬܩܦ . ܘܟܕ
ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܬܬܘܕܝ ܗܘܐ
ܕܢܕܥܢ : ܘܩܪܒ ܡܛܠ ܗܘܐ
ܐܦܝܢܘܣ ܢܦܫܐ ܡܬܟܢܫ ܕܡܕܝܢܬܐ
ܐܝܟ ܗܘܐ . ܕܡܢ ܢܦܫܐ ܠܗܘܢ
ܕܦܬܟܪܐ ܢܣܒܘܗܝ ܗܘܐ . ܘܐܬܬܩܢ
ܢܦܫܐ ܘܡܫܟܚܐ ܘܡܫܘܝܐ ܕܐܠܗܐ .
ܕܢܦܠ ܡܢ ܐܝܕܗ ܠܗ ܡܚܕܐ
ܗܘܐ :

bem noſtram pervenit, ubi inaeſtimabilis glorioſi Martyrii corona ipſum praeſtolabatur. Heic vero nobiſcum eadem in domo verſatus, in eo totus erat, ut & Caeleſtem hauriret animo robuſtiorem in dies Sapientiam, & praeclarum beati Pamphili Martyris, a quo Sacris initiabatur literis, vivendi inſtitutum aemularetur; atque ita ad praeſtantiſſimum Martyrium obeundum ſe compararet, quod quiſquis oculis vidit, fieri nullo modo poteſt, quin obſtupuerit; quiſquis vero auditione acceperit, admirerur neceſſe eſt adoleſcentis fiduciam, libertatem, conſtantiam, patientiam, ſapientiam, prudentiam, ſermones, reſponſa ad Judicem, ac prae ceteris audaciam, quae Divini, quo flagrabat, ſtudii certiſſimum fuit argumentum.

Et apud Euſebium habitat,

Sacris literis a B. Pamphilo initiatur.

Nam quum tertio perſequutionis, quae diebus noſtris excitata eſt, anno impii Maximini Literae perveniſſent, quibus Rectores urbis jubebantur, operam dare; ut omnes Daemonibus ſacra facerent: quumque praecones per cunctas Civitates inclamarent, ut viri ſimul ac mulieres cum filiis ad Idolorum fana convenirent; atque idcirco Chiliarchae, & Centuriones per domos, vicoſque vagantes oppidanorum cenſum agerent, & ſingulos inde nominatim citarent, ut eos ad ſacrificandum, prout ipſis imperatum fuerat, compellerent, omnibus ubique locorum acerbiſſimo hujuſmodi turbine concuſſis, ipſe ſanctiſſimus veritatis Martyr Apianus, nemini communicato conſilio, & nobiſmetipſis, quibus cum eodem utebatur domicilio, prorſus inſciis, praeſtantiſſimum adgreſſus eſt facinus, quod ſermonibus pro merito celebrari nequeat. Ad Urbanum Provinciae Praefectum, tunc forte libantem, clam univerſa cohorte, quae circa illum ſtabat, intrepidus adceſſit, fidentique animo comprehenſa ejus dextera, e veſtigio quidem immundum Idolorum Sacrificium omittere ipſum coëgit. Tum vul-

Atrox in Chriſtianos Edictum.

Egregia Apiani fortitudo.

Praefectum monet, ut ab Idololatria abſiſtat.

vultu, ut decet Divini honoris vindicem, ad gravitatem compoſito, tranquilloque ore hortari eum coepit, ut ab errore deſiſteret; abſurdum enim eſſe, atque flagitioſum, ajebat, hominem intelligendi vi praeſtantem, poſthabito veri ac unius Dei cultu, inanimatis ſimulacris, & nequiſſimis Daemonibus victimas offerre.

Atque heic quidem illud ſedulo eſt animadvertendum, ideo invictam Servatoris noſtri Jeſu Chriſti virtutem Apianum ad haec impuliſſe, ut & Tyranni impietas per ſummam adoleſcentuli conſtantiam reprehenderetur, & univerſis innoteſceret gentibus, eos, qui Jeſu ex animo deſerviunt, nedum minitationes ac ſupplicia non reformidare, nedum crudeliſſimum quodlibet mortis genus non perhorreſcere; ſed & mente eſſe adeo ſancta excelſaque, ut majori potius cum libertate, & ingenua atque imperterrita voce ipſos perſequutores ſuos, ubi per eos liceat, adhortentur; ut abjecto impietatis errore, Servatorem omnium ac vivificatorem Chriſtum agnoſcant.

Immania tormenta perfert.

At haec quum ſanctus Martyr Apianus geſſiſſet, illico irruunt in ipſum, qui Praefecto frequentes aderant, Daemonum adminiſtri: quaſi vero eorum animos igneus ex inferis turbo invaſerit, ita crudeliter furunt, ardent, inflammantur. Nobili ingenuoque adoleſcentulo faciem ditiſſimis contundunt plagis, proſtratum calcibus petunt: tum labia atque os fiſcella lacerant, diſrumpunt. Quibus fortiter exhauſtis, in tenebricoſum carcerem conjicitur Apianus; ubi quum ad diem, noctemque pedibus in numella diſtentis manſiſſet, poſtero die in Judicium adducitur. Ibi in tenerum juvenem novis, iiſque ſaeviſſimis cruciatibus animadverſum eſt. Et primum quidem ejus latera, uſquedum ad nervos, ad oſſa, ad viſcera ipſa ventum eſſet, ſulcari ac diſcerpi, juſſit Tyrannus; tum

ܗܘܐ : ܘܦܝܣܗ ܕܠܐ ܠܡ ܝܐܐ ܠܗ
ܕܡܢ ܚܕ ܐܠܗܐ ܕܫܪܪܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ
ܢܦܩܘܢ. ܘܠܨܠܡܐ ܕܠܐ ܢܦܫ ܘܠܕܝܘܐ
ܒ̈ܝܫܐ ܢܕܒܚ.

ܐܠܐ ܕܝܢ ܡܬܒܩܝܢܘܬܗ ܠܗܿ ܒܥܝܢܐ
ܗܕܐ ܚܝܠܗ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܚܝܢܢ
ܗܘܐ : ܘܡܛܠܗܕܐ ܚܝܠܗ ܕܝܠܗ
ܕܥܘܠܡܢܐ ܦܪܘܫܐ ܠܛܘܪܐ ܡܢ
ܠܛܠܝܐ ܐܝܟ ܗܘܐ : ܕܒܛܠܝܐ
ܕܡܬܬܚܝܢܢ ܒܠܒܗ ܢܝܚܐ .
ܕܒܬ̈ܪܗ ܥܒܕ̈ܐ ܠܐ ܒܠܝܗܘܢ ܒܝܕ
ܠܛܘܪܢܐ ܘܬܢܝܢܐ ܦܠܚܝ . ܘܟܕ ܒܟܠ
ܡܕܝܢ̈ܬܐ ܡܫܬܡܥ . ܕܗܢܘܢ ܕܦܠܚܝܢ
ܠܡܫܝܚܐ ܠܐ ܢܦܠܓܘܢ ܕܠܐ ܕܐܦ
ܒܒܝܬܐ ܫܢ̈ܝܐ ܘܡܘܬܐ ܘܡܦܩܘܢܐ
ܕܐܝܟ ܡܥܒܕܐ ܠܡܫܝܚܐ . ܐܦ
ܠܬܘܦܢܘܗܝ ܠܐ ܡܫܥܒܕܝܢ ܗܘܬ
ܕܢܚܒܠܘܢ ܢܦܫ ܗܘܘ : ܕܐܦ
ܒܐܘܪܚܐ ܕܐܦܢܘܬܗܘܢ ܢܥܝܢܘܢ
ܘܠܡܫܝܚܐ ܕܐܝܟ ܡܠܟܐ ܡܚܝܢܐ
ܢܕܥܘܢ ..

ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܐܦܝܢܘܣ ܣܗܕܐ ܩܕܝܫܐ
ܐܡܪ ܗܘܐ ܒܡܥܒܕܬܗ ܡܫܡܫܢܐ ܗܢܘܢ
ܕܫܐܕܐ ܩܠܝܠ ܕܗܝܡܢܐ ܐܝܟ ܕܡܢ
ܢܘܪܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܬܪܐ ܒܬܪܥܝܬܗܘܢ
ܥܠܝܗ ܗܘܘ : ܘܐܦ ܠܗܘܢ ܡܫܟܚܬܐ
ܡܫܚܬܐ ܡܬܚܪܫܝܢ ܗܘܘ : ܘܟܕ ܐܦܠܐ
ܠܐ ܐܚܕܐ . ܒܐܝܠܝܢ ܠܗ ܡܬܒܪܝܢ
ܗܘܘ : ܘܡܚܝܢ ܦܘܡܗ ܒܫܘܦܪ
ܗܟܝܠܗ ܡܬܡܢܥܝܢ ܗܘܘ : ܘܟܕ
ܩܠܝ ܒܠܗܝܢ ܣܦܝܪܬܗ ܡܬܡܪܕܪ
ܗܘܐ : ܩܢܝܢ ܠܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ ܚܫܘܟܐ
ܐܫܬܕܪ ܗܘܐ . ܘܟܠܗ ܘܐܡܡܐ ܐܡܝܢ
ܒܩܝܪܐ ܕܪ̈ܓܠܘܗܝ ܐܬܡܬܚ ܗܘܐ :
ܘܠܝܘܡܐ ܕܒܬܪܗ ܠܒܝܬ ܕܝܢܐ
ܐܬܩܪܒ ܗܘܐ . ܘܬܡܢ ܐܚܪܢܐܝܬ
ܗܘ ܓܒܪܐ ܥܠܝܡܐ ܒܫܘܢܩܐ ܚܕܬܐ
ܩܫܝܬܐ ܒܫܢܝ̈ܩܐ ܡܪ̈ܝܪܐ ܚܙܝ ܗܘܐ :
ܘܦܩܕ ܕܣܪ̈ܩܘܗܝ ܡܪܝܪܬܐ
ܢܦܪܩܘܢܗܝ ܥܕܡܐ ܕܠܓܝܕܐ ܘܠܓܪܡܐ
ܘܠܓܘܗ

ܘܦܘܡܗ ܐܬܡܚܝ ܘܡܚܘ̈ܬܐ ܕܫܒ̈ܛܐ ܥܠ
ܨܘܪܗ ܘܥܠ ܐܦ̈ܘܗܝ ܩܒܠ ܗܘܐ ܐܝܟܢܐ
ܕܦܪ̈ܨܘܦܘܗܝ ܡܢ ܣܘܓܐ ܐܦܠܐ ܠܝܕ̈ܘܥܘܗܝ
ܕܡܢܗ ܢܬܝܕܥ ܗܘܐ.

ܗܘ ܕܝܢ ܐܦܝܢܘܣ ܬܩܝܦ ܐܝܟ ܐܕܡܘܣ
ܒܢܦܫܗ ܘܒܦܓܪܗ ܐܬܚܝܠ ܗܘܐ
ܘܡܬܥܕܪ ܒܚܝܠܐ ܐܠܗܝܐ ܡܬܥܫܢ ܗܘܐ
ܘܡܟܒܫ : ܘܟܠ ܥܘܠܒܐ ܕܛܪܘܢܐ ܐܟܝܠܐ
ܗܘܐ ܠܗ ܠܡܘܣܪܐ. ܗܘ ܕܠܘܩܒܠ ܗܘܝܐ
ܕܫܪܟܢܐ ܐܠܐ ܡܥܠܝ ܗܘܐ : ܘܗܢܐ
ܡܥܢܝܐ ܗܘܐ ܒܦܘܡܗ : ܘܡܢ ܐܡܪܐ ܗܘ.
ܘܐܢܐ ܟܪܣܛܝܢܐ ܗܘܐ : ܘܟܕ ܡܫܬܐܠ ܠܐ
ܐܢܬ. ܠܐ ܕܡܫܝܚܐ ܗܘ ܕܡܫܝܚܐ. ܗܘ ܕܝܢ
ܕܥܒܕܐ ܡܫܠܠ ܗܠܝܢ ܒܠܚܘܕ ܥܢܐ ܗܘܐ
ܡܬܢܝܐ ܗܘܐ : ܘܡܗܝܠ ܕܥܒܕܗ ܗܠܝܢ
ܕܦܘܩܕܐ ܕܠܐ ܡܬܕܪܟܢܐ ܐܬܚܡܬ ܗܓܡܘܢܐ
ܡܬܚܡܬ ܗܘܐ : ܘܦܩܕ ܕܟܬܢܐ ܕܒܡܫܚܐ
ܕܡܫܝܚܐ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܢܠܦܦܘܢ. ܘܢܘܪܐ ܢܫܒܩܘܢ
ܒܗܘܢ : ܦܠܚ̈ܐ ܕܝܢ ܕܦܩܝܕܝܢ ܗܘܘ
ܕܐܫܟܚܘ ܠܗܘܢ ܥܒܕܘ : ܘܬܠܘܗܝ ܗܘܐ ܠܗ
ܒܪܘܡܐ ܘܥܠܝܐ. ܚܙܘܐ ܕܚܝܠܬܐ
ܠܚܙܝܐ ܗܘܐ ܒܗ ܓܙܪ̈ܐ ܡܬܩܛܥܝܢ
ܘܦܘܠܚܢܐ ܡܬܬܒܪܝܢ ܗܘܘ ܘܫܪ̈ܝܢ ܠܓܡܪ
ܦܓܪܗ ܡܬܡܪܛ ܗܘܐ : ܘܡܬܚܙܐ
ܕܡܘܬܐ ܣܓܝܐ ܥܒܕ ܗܘܐ : ܘܒܣܪܐ ܠܓܡܪ
ܡܬܢܝܐ ܗܘܐ ܕܥܝܢܝܐ ܢܩܫ̈ܝ ܗܘܐ
ܘܡܬܦܫܪ ܐܝܟ ܫܥܘܬܐ ܕܢܘܪܐ ܡܢ
ܥܠܘܗܝ ܓܡܪ ܗܘܐ. ܘܡܬܠܗܒܐ ܐܝܟ
ܕܩܢܝܐ ܝܒܝܫܐ ܐܟܠܐ ܗܘܬ :
ܘܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܬܫ̈ܢܝܩܐ ܕܥܠܘ̈ܗܝ ܡܬܚܫܒܢ
ܗܘܘ ܒܡܗܝܡܢܘܬܗ ܐܝܟ ܗܘ ܕܠܐ
ܫܟܚ ܐܢܘܢ ܗܘܐ : ܡܢ ܠܓܘ ܓܝܪ ܐܝܬ
ܗܘܐ ܠܗ ܡܥܕܪܢܐ ܐܠܗܐ : ܗܘ ܕܒܗ
ܥܡܪ ܗܘܐ. ܘܡܫܡܫܢܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ. ܗܘ
ܕܠܗ ܚܝܠܐ ܗܘܬ : ܠܟܠܢܫ ܐܝܟ ܢܘܗܪܐ
ܡܬܚܙܝܐ ܗܘܬ. ܘܡܬܠܒܫ ܠܚܝܠܐ
ܕܒܗ ܬܟܝܠܘܬܐ ܐܝܟܢܐ ܕܒܦܘܡܐ
ܡܦܬܚܐ ܗܘܐ ܡܘܕܐ ܠܐܠܗܐ ܘܠܡܫܝܚܐ
ܡܣܗܕ ܗܘܐ. ܐܦ ܡܫܝܚܐ ܕܝܢ ܠܐܦܝܢܘܣ
ܡܣܗܕ ܗܘܐ : ܒܬܕܡܘܪܬܐ ܕܚܝܠܗ ܗܘ ܕܒܗ
ܡܬܚܝܠ

tum tot flagrorum ictibus in cervicem, & os verberari; ut, corrupta penitus facie, ne ab illis quidem, qui ipſum optime noverant, agnoſceretur.

Verum firmiori, quam quod credibile eſt, animo, atque adamantino, pene dixerim, corpore Apianus Divina adjutus, roboratuſque virtute, omnes retundebat furentis Tyranni impetus; aliiſque praeterea, quibus ab eo ſubjectus fuit, acerbiſſimis poenarum generibus fortiter ſuperatis, haec illi ſemper erant in ore: Ego vero Chriſtianus ſum. Quumque interrogaretur, cujas eſſet, & apud quem habitaret, hoc unum reſpondebat: Servus Chriſti ego ſum. Impius autem Praefectus ex ejuſmodi invictiſſimi Martyris ſermonibus furentiori rabie ſtimulatus, juſſit, linum oleo madefactum S. Martyris pedibus circumponi, mox ignem ſubjici. Juſſa continuo faciunt milites, Apianum ſublime efferentes. Acerbum ſane, ac miſerum ſpectaculum! Hiat undique diſeiſſum ungulis pectus, hiant ſulcata immaniter latera, corpuſque ipſum, ad medullas uſque totum excarnificatum, triſtem refert non jam viventis hominis, ſed tabidi cadaveris ſpeciem. Flagrant interim pedes: cerae inſtar liquatur caro, diffluitque: oſſa ipſa, deficiente jam carnis pabulo, ſubit, invadit flamma, & veluti ſiccam arundinem depaſcitur. Hiſce tamen omnibus, quae in Apianum excogitabantur, tormentis ejuſdem conſtantia non potuit expugnari; intrinſecus enim adjutorem habebat Deum in ipſo inhabitantem. Chriſti autem praeſentia, unde vires animumque ſumebat, omnium oculis ceu lumen patebat: ac proinde tanto erat praeditus robore, tanta fiducia inſtructus, ut aperto ore, contentaque voce gratias Deo ageret, & Chriſto teſtimonium perhiberet. Sed & Chriſtus Apiano vicifſim teſtimonium reddebat, per admirabilem virtutem ſuam, qua ille tantopere corroborabatur,

Ejus Confeſſio.

tur; ut in publico theatro poſitus, eos omnes, qui ſpectatores aderant, in magnam admirationem traduceret.

Ejus conſtantia.

At B. Martyris perſequutores, veluti crudeles Daemones, inſaniebant furebantque, tantam ejus in vera Domini ſui doctrina conſtantiam cernentes. Et dentibus quidem in eum frendebant; in ſeipſis vero conrabeſcebant, percontantes, quiſnam eſſet, unde oriundus, & ubi moraretur; urgenteſque, ut litaret, & iniqui Judicis voluntati morem gereret. Ille autem oculos in ipſos conjiciens, ac veluti proſtratos victoſque Daemones aſpernans, nullo eos dignabatur reſponſo; ſed haec tantummodo uſurpabat: Chriſtum unice Deum profiteor, Deum unice agnoſco ejus Patrem. Victis itaque, animiſque cadentibus adverſariis, rurſus in vincula detruſus eſt Chriſti Athleta.

Chriſtus Deus.

In mare mergitur.

Poſtridie autem crudeliſſimo Judici oblatus, quum in priori ſua confeſſione perſiſteret, juſſu ejuſdem, in profundum mare demerſus eſt. Prodigium vero, quod immerſum in mare Martyrem continuo ſubſequutum eſt, etſi illis fortaſſe incredibile videbitur, qui oculis ſuis haec minime conſpexerunt (ſolent enim homines majorem oculis, quam auribus adhibere fidem) quum tamen univerſi propemodum Caeſarienſes oculati hujuſce narrationis noſtrae teſtes extiterint, facere nullo modo poſſum, quin rem certe portentoſiſſimam poſterorum memoriae commendem; nulla quippe ex Civibus noſtris aetas aut ordo tam ſtupendo ſpectaculo non interfuit. Poſteaquam igitur Virum Dei, ligatis ad pedes lapidibus, in altiſſimum mare dejecerunt, tantus repente motus, tantuſque fragor non undas maris ſolum, ſed etiam Civitatem noſtram concuſſit; ut unuſquiſque prae ingenti timore manus ad Caelum extenderet, ratus univerſum locum cum incolis eo die ſubruendum. Eodemque temporis momento iratum mare, urpote

Quo ſubita tẽpeſtate cõcuſſo,

Corpus ad Urbis portam divinitus defertur.

ܘܡܥܝܢܐ ܡܩܒܠ ܗܘܐ ܠܟܠܗ ܒܣܝܒܪܘ
ܬܗ ܗܘܐ : ܟܠܗ ܡܢܥܝܢ ܗܘܐ : ܗܘ ܕܐܝܟ
ܕܒܬܐܛܪܘܢ ܪܒܐ ܟܣܝܐ ܗܘܐ ܟܕ ܩܐܡ
ܠܟܠܗ ܥܡܐ ܗܘ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ .
ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܟܡܐ ܕܫܐܕܐ ܐܝܟ ܩܛܘܠܐ
ܡܫܬܓܫܝܢ ܡܬܚܡܬܝܢ ܗܘܘ . ܘܡܬܚܪܩܝܢ
ܫܢܝܗܘܢ ܗܘܘ ܘܡܬܚܫܒܝܢ
ܡܛܠ ܣܝܒܪܬܗ ܕܠܘܬ ܝܘܠܦܢܐ ܚܕܬܐ
ܕܡܪܢ . ܘܫܢܝܗܘܢ ܥܠܘܗܝ ܡܚܪܩܝܢ ܗܘܘ
ܘܒܢܦܫܗܘܢ ܥܠܘܗܝ ܡܬܚܡܬܝܢ ܗܘܘ :
ܕܡܢܐܝܬ ܕܚܠܬܗ ܘܡܢ ܐܝܡܟܐ ܗܘ
ܘܐܝܟܐ ܥܡܪ ܘܡܬܚܦܛܝܢ ܗܘܘ
ܠܡܕܒܚܘ ܕܢܕܒܚ ܐܝܟ ܨܒܝܢܐ ܗܘܘ ܠܗ :
ܗܘ ܕܝܢ ܟܕ ܥܝܢܘܗܝ ܢܓܕ ܗܘܐ : ܐܝܟ ܕܠܐ
ܡܬܚܫܚ ܠܗܘܢ ܚܙܐ ܗܘܐ : ܐܦܠܐ
ܠܚܕ ܡܢܗܘܢ ܦܬܓܡܐ ܐܦܢܝ
ܗܘܐ : ܐܠܐ ܟܕ ܐܡܪ ܗܘܐ ܟܠ ܒܠܚܘܕ
ܡܫܝܚܐ ܗܘܐ : ܕܡܘܕܐ ܐܢܐ ܒܡܫܝܚܐ
ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܘܠܐܒܘܗܝ ܒܠܚܘܕ
ܝܕܥ ܐܢܐ : ܡܫܬܘܕܐ ܗܘܐ : ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܒܨܪ
ܠܗܘܢ ܘܡܬܚܢܟܝܢ ܗܘܘ ܒܥܠܕܒܒܘܬܗܘܢ
ܗܘܘ : ܚܙܝܢ ܐܝܟ ܕܐܬܥܠܝܘ ܐܠܘܗܝ
ܠܗܘܢ ܘܐܬܚܒܫ ܬܘܒ ܐܬܠܝܛܐ ܕܡܫܝܚܐ .
ܘܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ ܩܕܡ ܕܝܢܐ
ܩܪܒܘܗܝ ܘܟܕ ܡܢ ܬܘܒ ܒܗ ܩܡ ܒܬܘܕܝܬܗ .
ܦܩܕ ܕܢܫܬܕܐ ܒܥܘܡܩܐ ܕܝܡܐ
ܗܘܐ : ܬܕܡܘܪܬܐ ܕܝܢ ܕܗܘܬ ܒܬܪܗ
ܕܬܡܗܐ ܗܝ ܘܕܠܐ ܡܬܗܝܡܢܐ ;
ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܚܙܘ ܒܥܝܢܝܗܘܢ
ܗܕܐ : ܐܝܟ ܕܐܚܝܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܥܝܢܐ
ܝܬܝܪ ܡܢ ܒܫܡܥܐ : ܐܠܐ ܟܠܗ ܥܡܐ
ܕܩܣܪܝܐ ܗܘܐ ܣܗܕܐ ܠܗܕܐ ܬܫܥܝܬܐ
ܟܕ ܚܙܐ : ܘܠܐ ܗܘܐ ܐܢܫ ܕܠܐ
ܚܙܐ ܗܕܐ ܬܕܡܘܪܬܐ ܡܛܠ ܕܟܠ
ܓܢܣܐ . ܟܕ ܕܝܢ ܐܪܡܝܘܗܝ ܠܓܒܪܐ
ܕܐܠܗܐ ܠܥܘܡܩܐ ܕܝܡܐ ܟܕ ܐܣܝܪܝܢ
ܟܐܦܐ ܒܪܓܠܘܗܝ : ܙܘܥܐ ܪܒܐ ܘܩܠܐ
ܣܓܝܐܐ ܗܘܘ : ܘܐܦ ܐܪܥܐ ܥܡ ܡܕܝܢܬܐ
ܙܥܬ ܘܐܫܬܓܫܬ : ܐܝܟ ܕܟܠ ܐܢܫ
ܢܦܫܗ ܡܕܝܩ ܗܘܐ : ܡܛܠ ܕܥܡ ܚܪܒܐ ܕܐܬܪܐ
ܘܥܡ ܥܡܡܐ ܕܒܗ ܚܫܒ ܗܘܐ :
ܕܐܒܕ . ܘܒܗ ܒܫܥܬܐ ܡܪܓܙܐ

[illegible]

te quod Sacrum Martyris Dei Corpus ſinu ſuo continere non poterat, ipſum eructavit, & ad urbis portam depoſuit. Videre tunc erat horrendum ſpectaculum: cadaver invictiſſimi Athletae ante urbis portam poſitum: vehementiſſimum fragorem, motumque caelitus excitatum: Divinam denique indignationem graviſſimas unicuique minas intentantem. Quod quum Civibus omnibus promulgaretur, adcurrebant juvenes, viri, ſeneſque, & omnis feminarum aetas, Virgines quoque ex abditiſſimis penetralibus convolabant, ut rem tam ſtupendam cernerent. Eoque viſo miraculo, gloriam Chriſtianorum Deo dabant, Nomen Jeſu Chriſti elata voce confitentes.

Hujuſmodi fuit glorioſus invictiſſimi Apiani exitus, cujus memoria die ſecunda Aprilis celebratur.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

MARTYRIUM
Sancti HEDESII *Fratris Beati Apiani*.

Anno Christi 306. Sub Maximino.

[illegible]

S. Hedeſius Apiani frater.

IS ſimilia, quae S. Apianus, non multo [1] poſt germanus [2] ipſius frater nomine HEDESIUS pro fidei in Chriſtum confeſſione perpeſſus eſt. Hic quidem ſedulam, anteaquam frater ſuus, Divinae Philoſophiae operam dedit, in omnibus ſublimiorum mentium ſcientiis verſatus; nec Graecorum dumtaxat, verum etiam Romanorum literis erudi-

Variis ſcientiis inſtructus.

tus,

S. Pamphili diſcipulus. tus, & S. Pamphili Martyris conſuetudine diutiſſime uſus [1].

3

Poſt primam autem confeſſionem, poſt diuturnas carceris, vinculorumque moleſtias, primum ad metalla aeris, quae in Palaeſtina [4] ſunt, damnatus; quum multa deinde mala ibi pertuliſſet, dimiſſus, Alexandriam tandem in urbem ſe contulit: Ubi in Judicem nomine Heraclium [5], qui tum Praefecturam totius Aegypti tenebat, quum incidiſſet, vidiſſetque, eum iniquas in Chriſtianos ſententias ferentem, & nunc quidem Martyres Dei contumeliis per ſummum nefas adficientem, nunc ſanctas Dei Virgines Lenonibus tradentem, hujuſmodi impietatis ſpectaculum minime tolerandum ratus, idem plane, ac frater, facere, fortiſſimus Athleta decrevit. Quum enim Divino Religionis ſtudio, velut igne incenſus, ad impium Praefectum Heraclium indignabundus propius adceſſiſſet, verbis illum ſimul & factis [6] pudore adfecit. At Heraclius utraque Martyrem manu in faciem caedens, humi quidem ſupinum ſtravit; non tamen efficere potuit, ut ſanctus Dei Pugil ab ipſo coarguendo deſiſteret, vel diriſſimis verberibus a militibus multatus. Imo vero elata voce: Noli, ajebat, in famulos Dei vivi praeter omne fas & officium deſaevire. Quumque alia ejus generis plurima enunciaret, hilarique animo flagella, acerbiſſimoſque cruciatus ſuſtineret; eandem ac frater ſuus ſortitus ſententiam, in profundum mare, juſſu impii Praefecti, projectus fuit. Atque hujuſmodi quidem certamine invictiſſimus Jeſu famulus pro veritate tuenda Alexandriae perfunctus, lauream Martyrii obtinuit.

Ad metalla damnatur. — 4 *Alexandriae Judicē impiū arguit.* — 5 — 6 *Saeviſſime caeditur.* — *Ejus conſtantia.* — *In mare demergitur.*

Alter poſt Apianum in Palaeſtina Martyr nomine fuit Agapius.

[illegible]

[illegible]

ܡܫܬܠܡܐ ܕܝܢ ܗܘܬ ܣܗܕܘܬܗ ܒܝܘܡܐ ܕܬܪܝܢ ܒܢܝܣܢ ܗܘܐ .
ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܚܪܢܐ ܕܒܗܢ ܐܝܟ ܒܬܫܥܝܬܐ ܕܣܗܕܐ ܗܠܝܢ ܕܡܕܢܚܐ
ܕܐܬܟܬܒ ܗܘܐ .

ADNOTATIONES.

(1) N*On multo poſt*. Haud diſſonat Martyrologium Romanum, quum S. Hedeſii Martyrium ad diem 8. Aprilis refert, in haec verba: *Alexandriae S. Aedeſii Martyris Fratris Beati Appiani, qui ſub Maximiano Galerio Imperatore, quum impium Judicem, quod Deo dicatas Virgines Lenonibus traderet, palam argueret, a Militibus tentus, ſaeviſſimiſque adſtictus ſuppliciis in mare demerſus eſt pro Chriſto Domino*. Hinc corrigenda ſunt Graecorum Menaea, ac Menologium Baſilianum, necnon Synaxarium Syrorum, in quibus ejuſdem Martyris feſtum una cum S. Apiano fratre, ut ſuperius monuimus, die 2. Aprilis recolitur. In viam quoque reducendus eſt Henſchenius, qui ad praeſignatum diem 2. Aprilis veriſimiliter conjicere ſibi videtur, S. Hedeſium duobus, aut tribus annis ante fratrem Apianum, Martyrio fuiſſe perfunctum. Nam in hiſce Actis, quae ex Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano I. exhibemus, Euſebius diſerte docet, S. Hedeſium non multo poſt fratris necem, ineunte ſcilicet anno perſequutionis tertio, quem anno vulgaris Aerae 306. reſpondere latius oſtendimus in admonitione praevia ad S. Apiani Martyrium.

(2) *Germanus ipſius* (Apiani) *Frater*. Conſonat Graecus Euſebii de Martyribus Palaeſtinae textus, ubi Hedeſius, *tam ſecundum Deum quam ſecundum carnem Apphiani frater germanus*, dicitur. Graeci vero & Syri in ſuis Faſtis, quos ſuperius laudavimus, Hedeſium fratrem uterinum Apiani Martyris adpellant.

(3) Eadem ferme habet Metaphraſtes apud Lipomanum Tom. 7. die 2. Aprilis: *Hic*, Hedeſius, *& antequam frater ipſius ad Deum conceſſiſſet, Philoſophiae ſeſe dedit, & varias artes diſciplinaſque non Graecas ſolum, ſed Romanas didicit, dinque Pamphili diſcipulus fuit*. In Graeco autem de Martyribus Palaeſtinae Textu ſcribit Euſebius, eum *longius, quam frater Appianus, in diſciplinis proceſſiſſe*.

(4) Hinc emendanda ſunt Graecorum Menaea, & Synaxarium Syrorum, quae S. Hedeſium non in Palaeſtina, ſed Alexandriae ad metalla damnatum perhibent.

(5) Hunc *Hieroclem* Graeci vocant, innumeris Chriſtianorum caedibus inſignem, adverſus quem Euſebius noſter librum ſcripſit, Pariſiis anno 1628. Graece & Latine, Zenobio Aciajolo interprete, editum: in quo eum egregie confutat, quod ex Philoſtrati Lemnii Sophiſtae hiſtoria fuerat auſus, Apollonium Tyaeneum infantem magum Servatori noſtro Jeſu Chriſto comparare. Eumdem, ſed tacito nomine, eadem de cauſſa inſectatur Lactantius Firmianus lib. 5. Divinarum Inſtitutionum cap. 3. uti & Epiphanius, & plures alii; de quibus conſule Baronium ad annum 302. num. 58. & ſequentibus.

(6) *Verbis illum ſimul & factis pudore adfecit*. Quem locum Euſebius noſter in libro de Martyribus Palaeſtinae eodem prorſus modo explicuit: *Quumque*, inquit, *verbis ſimul & factis illum pudore, atque ignominia perfudiſſet*, &c. Porro mira eſt loci hujus inter Graecos, & Syriacum textum diverſitas; haec enim, quae a Judice Heraclio paſſus eſt Hedeſius, ab ipſo Hedeſio in Judicem facta memorant; In Menaeis quidem pugno Judicem ab Hedeſio percuſſum legimus ad diem 2. Aprilis, hiſce verbis: Ὁ δὲ Αἰδέσιος, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ κατ' Αἴγυπτον τοῖς τοῦ χαλκοῦ μετάλλοις Ταλαιπωρούμενος, ἐπειδὴ τὸν ἄρχοντα Ἱεροκλέα Τιμωρούμενον τοὺς Χριστιανοὺς ἐθεάσατο, ἑαυτοῦ ἀφειδήσας, αὐτοχείρως τὸν ἄρχοντα ἔτυψε. *Aedeſius Alexandriae in Aegypto ad fodinas aerarias miſſus, quum inter ſuas aerumnas videret, Chriſtianos ab Hierocle ſuppliciis torqueri, ſuae vitae contemtor, Praefectum ſua manu verberavit*. Atque hoc fortaſſe ad illud referri poteſt, quod Syriacus ait, *Verbis illum ſimul & factis pudore adfecit*. At Metaphraſtes etiam, quae deinde a Judice in Hedeſium facta ſunt, ab Hedeſio edita ſcribit. *Poſt hanc*, inquit, *calamitatem, incidit in Hieroclem, qui totam Aegyptum adminiſtrabat. Hunc quum in Dei Martyres injuria ſaevientem animadvertiſſet, ſanctaſque Dei Virgines tradentem Lenonibus, qui eas omni nequitia, & libidine contaminarent; nec tantam iniquitatem perferre poſſet, ſimile fraterno facinus adgreditur. Namque Divino repletus zelo procedit, & verbis ac factis Hieroclem confundit; manu enim ſua illi plagas in os infligit, humique ſupinum proſternit, & caedit, ac monet, ne audeat contra Naturae leges Dei ſervos offendere*. Menologium vero Baſilianum addit, *Praefectum ab Hedeſio virga fuiſſe percuſſum*. Sed Syriacam lectionem, narrationemque praeferendam ſuadet primo, Chriſtianorum modeſtia, deinde ſuperiora Euſebii verba, quibus ait, Hedeſium *idem plane, ac frater, facere decreviſſe*, hoc eſt, verbis, factiſque Praefectum coarguere; aliud autem, ac frater, feciſſet Hedeſius, ſi violentas etiam in illum injeciſſet manus, atque hunc ſupinum ſtraviſſet, inflicta ori ejus plaga: quod quidem abhorret a ſimilitudine veri, fieri potuiſſe contra Praefectum militari manu, praeſidioque ſtipatum. Graeca Euſebii verba ſunt: Ταυτὸν ἐγχειρήσας (ἐγχειρεργήσας) τῷ ἀδελφῷ.

ADMO-

ADMONITIO

In Martyrium Sancti AGAPII.

S. Agapii memoria & cultus,

QUem in Admonitione noſtra praevia ad Martyrium S. Timothei retulimus, una cum B. Thecla, anno hujus Perſequutionis ſecundo die 21. Maii in Urbe Gaza ab Urbano Praefecto ad beſtias damnatum, Agapius nomine, is eſt, cujus Martyrii hiſtoriam ex Cod. Chaldaico Nitrienſi Vatic. I. heic proferimus; quum enim ex ferarum dentibua incolumis evaſiſſet, in vincula conjectus, ibi duobus circiter annis detentus fuit, donec, Maximino Caeſaream conveniente, & Natale ſuum, ſive Diocletiani, a quo Caeſar fuerat conſtitutus, tamquam ſuum, ut exiſtimat Dodwellus Diſſert. Cyprian. 11. n. 78. celebrante, in Amphitheatrum productus, urſaeque voraciſſimae objectus, nec tamen exanimatus, tandem in mare praeceps dejectus eſt. Quam autem celebris ſemper fuerit cum in Orientali, tum in Latina Eccleſia Agapii memoria, jam loco citato monuimus. Graeci etenim, quibus adſtipulantur Syri, in Menaeis magnis ad XIX. Auguſti diem, hoc diſticho eumdem Martyrem celebrant.

Apud Graecos.

Ἀγάπιος τὸ δῆγμα τοῦ θηρὸς φέρει
Καὶ ψυχοδήκτην δάκνεται θηρακαρδίαν.
Agapius avidae ſuſtinens morſum ferae,
Animas vorantem, lancinat morſu feram.

Menologium quoque Baſilii Imperatoris juſſu editum ad eundem Auguſti XIX. ita Agapium commendat: *Eadem die eademque in Urbe Gaza Agapius & Thecla, qui in carcere detinebantur, quod in nomine Chriſti docerent, multoſque ex infidelibus ab errore revocarent ad Dominum, & baptizarent, coram Praefecto adſtantes, neque ut Idolis ſacrificarent, inducti, ſed ſartam, tectamque Dei dilectionem ſervantes, belluis objecti, Martyrii coronam retulerunt.* Verum ut alibi adnotavimus, nedum Menaeorum, & Menologii Baſiliani Authores, ſed & Sirletus, Galeſinius, aliique Latini Martyrologi, quos in praefata admonitione laudavimus, vehementer adlucinati ſunt, quum S. Agapium eadem in Urbe, eademque die, qua SS. Timotheus & Thecla, Martyrium conſummaſſe ſcribunt. Excipiendum tamen eſt hodiernum Martyrologium Romanum, quod ad praeſignatum diem 19. Auguſti, SS. Timotheum, & Theclam commemorans, haec de Agapio refert: *Agapius vero plurima tormenta perpeſſus ad majora certamina fuit dilatus.* Et recte quidem; nam ex authographis hiſce Actis, quibus conſonat Graecus Euſebii de Martyribus Palaeſtinae textus, manifeſtum eſt, B. Agapium non Gazae una cum SS. Timotheo & Thecla, ſed Caeſareae, quarto perſequutionis anno, qui ex dictis in 306. vulgaris Aerae annum competit, die vero 21. Novembris, Martyrio fuiſſe perfunctum.

Et Latinos

Perperam eſt SS Timotheo & Thecla eodem die celebratur.

Ejus Martyrii tempus.

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܐܓܦܝܘܣ ܣܗܕܐ ܐܪܒܥ ܠܪܕܘܦܝܐ ܕܒܝܘܡܝܢ ܒܥܣܪܝܢ ܒܬܫܪܝ ܐܚܪܝ.

MARTYRIUM

Anno Chriſti 306. Sub Maximino Imp.

S. AGAPII; Anno IV. Perſequutionis noſtrae, die XX. Novembris.

Maximini in Chriſtianos immanitas.

ANno quarto perſequutionis, quae diebus noſtris excitata eſt, feria ſexta, die vigeſima Menſis Novembris, Tyrannorum Princeps Maximinus Caeſaream in Urbem conveniens no-

ܒܫܢܬ ܐܪܒܥ ܕܪܕܘܦܝܐ ܕܒܝܘܡܝܢ
ܘܗܘܬ ܒܥܪܘܒܬܐ ܐܝܟ ܗܘܐ ܒܥܣܪܝܢ
ܒܬܫܪܝ ܐܚܪܝ ܡܟܣܡܝܢܘܣ ܛܪܘܢܐ
ܕܐܬܐ ܠܩܣܪܝܐ ܡܕܝܢܬܐ ܐܬܐ ܗܘܐ
ܘܡܬܟܬܫܘ

ܘܡܬܥܬܕ ܗܘܐ ܕܢܥܒܕ ܒܝܘܡ ܠܝܠܕܗ
ܬܐܪܐ ܒܬܐܛܪܘܢ ܚܕܬܐ ܗܘܐ: ܒܗ ܕܝܢ
ܒܙܒܢܐ ܗܢܐ ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ
ܡܬܚܙܝܐ ܥܒܕ ܗܘܐ. ܘܐܠܨܐ ܗܘܬ ܕܢܥܒܕ
ܕܚܘܐ ܠܒܠܝܐ ܕܡܠܟܐ ܘܡܠܟܘܬܗ
ܕܢܬܒܐ ܐܝܟ ܕܡܫܬܒܚܢ ܡܢ ܥܐܕܐ
ܕܥܐܕܐ ܗܢܘܢ ܕܠܦܢܐ ܢܦܩܝܢ ܗܘܘ:
ܘܡܢܐ ܗܘܬ ܗܝ ܣܒܪܬ ܗܘܬ ܚܕܬܐ
ܠܐ ܕܗܘܬ ܐܠܘܐ ܠܡܬܚܙܝܘ ܕܫܘܝܬܐ
ܢܦܩܬ ܗܘܬ. ܒܗ ܡܢ ܕܣܗܕܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܠܗܐ
ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܡܬܚܙܝܬܐ ܕܡܠܟܐ. ܚܝܘܬܐ
ܕܢܦܪܫܢ ܡܢ ܚܕܐ ܘܡܥܒܕܐ ܕܚܝܘܬܐ
ܡܥܒܕܢܐ ܕܢܡܘܣܐ ܚܕܬܐ ܘܡܚܕܝܢܐ:
ܘܡܬܚܙܝܢܐ ܕܩܘܠܝܠܐ ܕܩܝܬܪܐ ܘܕܐܬܟܠܬܐ
ܘܡܬܦܠܓ ܘܢܦܫ ܒܬܐܛܪܘܢ ܠܫܡܥܐ
ܦܩܘܕ ܗܘܐ: ܡܬܚܙܝܢܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܦ
ܗܢܝܢ ܒܟܠܗܝܢ ܕܐܝܟ ܗܘܐ ܕܡܬܥܒܕ ܕܥܕ
ܘܡܬܥܡܠܝܢ ܕܐܝܟ ܩܠܝܠ ܬܫܒܘܚܬܐ ܬܗܘܐ
ܗܘܐ: ܗܢܝܢ ܟܠܗܝܢ ܠܐ ܩܒܠ ܡܟܝܠ ܕܢܗܘܐ
ܠܚܬܝܬܘܬܐ ܕܟܠܗ: ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܡܢܐ
ܕܥܒܕܐ ܕܝܢ ܐܠܗܐ ܡܬܚܫܒ ܗܘܐ ܡܢܝܢ
ܕܢܣܒ ܗܘܐ ܒܠܬܐ ܘܡܣܝܒ ܠܝܬܝܬܘ.
ܠܡܣܒܪܬܐ ܐܝܟ ܗܘܐ ܗܢܐ
ܕܝܢ ܠܬܐܘܪܐ ܕܐܠܗܐ ܕܚܟܝܡܐ
ܘܕܥܒܕܬܐ ܦܪܝܫܬܐ ܗܘܐ ܡܬܡܟܟܢܘܬܐ
ܘܡܬܡܟܟܘܬܐ ܟܠܗ ܘܦܝܠܝܐ ܕܥܒܕܗ
ܐܓܦܝܘܣ ܠܐܬܘܣ ܗܘܐ: ܗܘ ܕܝܢ ܕܥܡ
ܬܩܠܐ ܠܚܝܘܬܐ ܕܫܘܝܬܐ ܐܫܬܕܝ:
ܐܝܟ ܕܐܡܪܢܢ ܒܡܐܡܪܐ ܕܩܕܡܝܢ:
ܢܦܩ ܗܘܐ ܠܗ ܦܪܝܣ ܘܡܬܚܙܐ
ܒܬܐܛܪܘܢ ܒܡܬܚܙܝܬܐ ܐܦܢܝܢ ܠܗ ܠܚܠܝܨ
ܐܓܦܝܐ ܐܓܦܝܘܣ: ܘܟܠܢܐ ܒܗ ܒܚܙܬܐ
ܡܬܒܪܟ ܠܐ ܗܘܬ: ܠܐ ܗܘܐ ܡܬܟܬܒ ܕܢܣܒ
ܠܡܚܟܐ ܒܗ ܗܘܐ ܒܗ. ܐܠܐ ܒܟܬܒܐ
ܕܦܘܪܥܢܘܬܐ ܐܝܬܘܗܝ ܦܫܝܩܝܢ ܗܘܬ.
ܗܕܐ ܕܝܢ ܚܕ ܩܛܠܐ ܠܡܪܗ
ܩܛܠ ܗܘܐ ܥܒܕܗ ܕܗܘܐ ܗܘܐ ܡܢ
ܠܚܝܘܬܐ ܕܫܘܝܬܐ ܐܫܬܕܝ ܗܘܐ:
ܡܢ ܐܘܪܒܢܘܣ ܗܝܦܪܟܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܠܗܕܐ
ܒܟܬܒܐ ܢܦܩ ܗܘܐ: ܗܟܢܐ ܕܝܢ ܐܝܠ
ܠܗܕܐ

novum aliquod ſpectaculum univerſo populo in amphitheatro exhibendum indixit, quod Natalem ſuum eo die celebrare decreviſſet. Res autem poſtulare videbatur, ut mirandum quoddam ſpectaculi genus excogitaret, quod & Imperatoris ſolemnia atque praeſentiam deceret, & habitas antea celebritates quaſlibet praecelleret. Jam vero ecquodnam aliud fuiſſe putas novum hoc magnificentiſſimi & feſtiviſſimi ſpectaculi genus, quam quo ſanctus Dei Martyr beſtiis devorandus produceretur? O inuſitatum enimvero ſpectaculum! Alias enim, ſi quando Imperatores adveniſſent, id moris erat, ut lepidiores comediae recitarentur; ut ludi novi, inauditique concentus fierent; tum vero etiam ut inter ſeſe deſaevientes ferae, & gladiatorum conflictationes communi omnium voluptate, ac plauſu obſervarentur. Impius autem Maximinus, Deo, ejuſque ſervis inimiciſſimus, non novam aliquam ſuperioribus jucundiorem, quae ſuas ornaret ferias, celebritatem adinvenit; ſed in id totus incubuit, ut nequiſſimam voluntatis ſuae libidinem expleret, innocentiſſimorumque hominum ſanguine exſatiaret.

Sua ergo actus impudentiſſima contra Deum rabie, in medium amphitheatrum adduci juſſit Martyrem Chriſti, nomine AGAPIUM, omni quidem juſtitiae genere exornatum, & animi abjectione ac continentia inprimis fulgentem, quem una cum B. Thecla ad beſtias fuiſſe damnatum, in ſuperiori Sermone retulimus. Circumducitur itaque ſolemni cum pompa in ſtadio beatiſſimus Agapius, praeeunte tabella, in qua nulla niſi Chriſtianum nomen inſcribebatur ſupplicii cauſſa. *S. Agapius in ãphitheatrum adducitur.*

Atque heic certe ſilentio non praetermittendum, quemdam ſuimet heri interfectorem ſervum per id temporis ad beſtias itidem ab Urbano Praefecto fuiſſe damnatum. Ex quo quidem intelligitur,

tur, adhibitum in Agapium Martyrem judicium, inlatamque ipſi necem vivam quandam ſententiae paſſioniſque Servatoris noſtri imaginem retuliſſe. Uterque enim tum Agapius, tum ſervus morti adjudicati: ſervus quidem, quod perpetraſſet heri caedem; Agapius vero, quod in Domini ſui univerſorum Regis conſtiriſſet teſtimonio. Attamen qui impium Urbanum Palaeſtinae Praefectum longe antecellebat ſcelerum immanitate, trueulentiſſimus Maximinus & inultum & ab omni vel levioris ſupplicii genere abſolutum dimiſit improbum homicidam; maximamque accepit animo voluptatem, quum Martyrem Dei innocentiſſimum ab urſis, & rigribus dilaniatum videret.

Vixdum ergo per ludibria, atque irriſiones actus, in ſtadium pervenerat Agapius, quum haec ipſi oblata conditio: A morte & cruciatibus eum liberatum iri, quotieſcumque de ſua diſcedens ſententia, Deum abnegaret. Verum ille univerſam turbam conreſtatus:

Ejus conſtātia & confeſſio.

Vos adpello, ait, quotquot certaminis hujus ſpectatores adeſtis, nullius me criminis cauſſa, ſed ob ſolam, quam profiteor, Divinam Chriſti doctrinam in hoc adduci ſupremum vitae periculum. Unum ramen habeo, quod vos orem, atque obſecrem, velitis & vos generatim omnes, unicum dumtaxar Deum, caeli, terraeque conditorem & agnoſcere, & agnitum colere. Ceterum quaecumque mihi inferunrur ſupplicia, ea ego pro hoc nomine lubentiſſimus ſuſcipiam. Haec Sanctus Martyr in amphitheatro ſumma vocis contentione enunciabat. At impius Tyrannus ira, atque indigna-

Feris objectus.

tione inflammatus, feras in ipſum imperavit, quibus ſtrenuus Athleta alacri pede, animoque plane invicto obviam occurrens, devorandum ſe urſae impavidus obrulit. Quoniam aurem tametſi ejus morſibus peſſume dilaniatus, fortiſſimus Agapius adhuc ſpirabar, in carcerem reportatus eſt: ubi quum ad diem vixiſ-

ſet,

ܠܚܘܝܐ ܕܡܘܬܐ ܕܕܝܢܗ ܘܕܚܫܗ
ܕܦܪܘܩܢ : ܣܒܪܬ ܠܟ ܗܕܐ ܡܛܠ ܕ
ܟܕ ܡܫܬܒܩ ܗܘܐ . ܘܐܣܝܪܐ ܡܩܛܠ ܡܩܛܠܐ
ܗܘܐ ܗܘܐ : ܠܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܕܝܢܐ
ܕܐܪܒܥܘܗܝ ܗܘܐ ܗܢܘܢ ܕܢ ܗܘ
ܕܡܕܒܪܢܐ ܕܦܠܣܛܝܢܐ ܟܕ ܟܕ ܐܝܟܐ
ܗܘܐ: ܡܟܣܝܡܝܢܘܣ ܕܝܢ ܥܡܝܩܐ ܠܐܪܒܥܘܗܝ
ܣܓܝ ܒܒܝܫܘܬܗ ܝܬܝܪ ܗܘܐ : ܘܠܗܘ
ܩܛܘܠܐ ܕܩܛܠ ܗܕܐ ܡܢ ܡܘܬܐ ܣܒܪܗ
ܗܘܐ ܘܡܢ ܐܪܥܢܝܬܐ ܣܛܪܗ ܗܘܐ :
ܘܠܣܗܕܐ ܕܐܠܗܐ ܕܝܢ ܣܓܝܐܐ ܕܡܢ ܢܡܪܐ
ܘܕܐܒܐ ܡܬܐܟܠ ܗܘܐ ܚܙܐ ܣܓܝ ܚܕܝ ܗܘܐ .
ܡܢ ܒܬܪ ܗܝ ܕܐܬܒܙܚ ܗܘܐ
ܒܒܢܝܐ . ܥܒܕܘܗܝ ܠܐܣܛܕܝܘܢ ܐܥܠܘܗܝ
ܗܘ ܐܓܦܝܣ ܩܪ ܕܐܬ ܩܪܝܒ ܗܘܐ
ܟܠܗܘܢ ܘܡܢ ܐܪܥܢܘܬܗ ܢܫܬܒܩ. ܡܢ
ܡܘܬܐ ܘܫܢܕܐ ܢܦܘܩ: ܗܘ ܕܝܢ ܠܟܠܗ
ܥܡܐ ܡܣܗܕ ܗܘܐ ܘܐܡܪ : ܐܘ ܐܢܫܐ
ܬܢܢ ܕܐܝܟܢܐ ܠܐ ܗܘܐ ܡܛܠ ܥܠܬܐ
ܒܝܫܬܐ ܠܐܝܟܢܐ ܗܘܐ ܐܬܐ : ܗܘܕܐ
ܐܢܐ ܠܡ ܕܡܛܠ ܝܘܠܦܢܐ ܕܐܠܗܐ :
ܘܕܝܠܝ ܡܫܬܒܩ ܐܢܐ ܕܠܘܬ ܐܠܗܐ
ܒܠܚܘܕ ܒܪܝܐ ܕܫܡܝܐ ܘܕܐܪܥܐ
ܬܕܥܘܢ ܘܬܣܓܕܘܢ : ܘܟܠ ܕܐܬܐ ܥܠܝ
ܡܫܢܝܢܐ ܫܡܥܐ ܒܚܕܘܬܐ ܕܪܥܝܢܝ
ܡܩܒܠ ܐܢܐ ܠܗ ; ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܗܘ
ܣܗܕܐ ܩܕ ܒܩܠܐ ܪܡܐ ܡܢ ܓܘ ܐܣܛܕܝܢ
ܩܥܐ ܗܘܐ ܗܘ ܕܝܢ ܡܣܩܬܐ ܘܪܘܓܙܐ
ܠܛܘܪܢܐ ܒܝܫܐ ܐܬܡܠܝ ܗܘܐ : ܘܦܩܕ
ܕܚܝܘܬܐ ܢܫܕܘܢ ܥܠܘܗܝ : ܗܘ ܕܝܢ
ܐܬܠܝܛܐ ܓܢܒܪܐ ܕܩܠܝܠܐ ܘܡܠܒܒܘܬܐ
ܕܪܓܠܘܗܝ ܠܚܝܘܬܐ ܕܢܫܘܬܐ ܕܠܐ ܕܚܠܐ
ܐܝܬ ܗܘܐ : ܘܐܬܠܝܗ ܚܕܐ ܕܒܘܪܬܐ
ܐܟܠܬܗ ܗܘܬ . ܘܡܛܠ ܢܦܫܗ ܠܗ
ܡܦܪܦܪܐ ܗܘܬ : ܘܟܕ ܚܝܝܢ ܗܘܐ
ܠܒܝܬ ܐܣܝܪܐ ܐܥܠܘܗܝ ܘܗܘܐ ܚܕ ܝܘܡ
ܚܝ ܗܘܐ : ܘܠܒܬܪܗ ܕܝܘܡܐ ܗܢܐ
ܐܬܐܠܝ ܗܘ ܘܐܬܪܡܝ ܒܝܡܐ ܐܥܡܩܘ
ܗܘܐ : ܢܦܫܐ ܕܝܢ ܕܝܠܗ ܐܬܦܠܛ ܒܛܐܒ
ܢܦܩܐ ܗܘܬ ; ܘܠܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ
ܕܠܗܘܢ

ܕܠܐܬܡܢܥ ܦܬܓܡܐܗ ܗܘܐ ܐܝܟ
ܗܘܬ ܡܢܗ ܡ̈ܠܐܟܐ ܩܕܝܫܐ ܕܣ̈ܗܕܐ
ܡ̈ܢ ܐܬܡܢܝܬ.
ܗܟܢܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܬܟܬܫܗ
ܚܝܠܬܢܐ ܕܐܓܦܝܣ
ܢܨܝܚܐ.

ſet, poſtridie adpenſis ad pedes lapidibus, corpus quidem ipſius praeceps in mare datum eſt; Anima vero per aërem volitans, ad regnum Caelorum, quo ipſe properabat, contendit, & in Angelorum, atque ſanctorum Martyrum ſocietatem recepta eſt. Tum in mare demerſus Martyr occubit.

Hujuſmodi vero fuit fortiſſimum inclyti Agapii Certamen.

ADMONITIO

In Martyrium S. THEODOSIAE Virginis.

Sanctae Theodoſiae Virginis Tyriae hiſtoriam Martyrii, poſt Euſebium Caeſarienſem, qui lib. de Martyribus Palaeſtinae cap. 7. conſona omnino Chaldaicis hiſce Actis, quae ex Codice Nitrienſi Vaticano I. exhibemus, multo tamen contractiora refert, plures Latini Scriptores literis conſignarunt. Anonymus in primis, a Bollandianis tom. 1. Aprilis laudatus, *Acta Vitae ac Martyrii* ejuſdem edidit, quae licet ante octingentos annos exarata fuiſſe Bollandiani ipſi exiſtiment, eaque ex MSS. Trevirenſi S. Maximini, Antuerpienſi S. Bernardi ad Schaldim, & alio Chriſtinae Reginae Sveciae, necnon ex MSS Belfortiano, Budecenſi, Rottendorfienſi, & Romano Eccleſiae Lateranenſia, cujus meminit Aringhus lib. 1. Romae ſubterraneae cap. 16. num. 31. & Baronius in Notis ad Martyrolog. Rom. die 2. Apr. deſcripta habuerint; eadem tamen omittere maluerunt, veriti, ne ex Actia aliorum Martyrum, ac forſan alterius Virginis, etiam Theodoſiae dictae, ſint plurima adſuta, aut inſerta. Et ſagaciſſime quidem eorum interpolationem atque depravationem ſubodorati ſunt doctiſſimi Bollandiani, quibua nedum ſincera hujus Martyris prolixiora Acta, nunc primum in lucem heic emergentia, videre contigerat; in iis etenim Latinis Actia S. Theodoſia dicitur ab Angelis e profundo maria in terram reducta, & ſaxum, cui adligata fuerat, manu portaſſe, dein iterum comprehenſa, & in amphitheatro Leoni, Leopardo, Urſo, Tauro, aliiſque beſtiis objecta, ſed ſemper illaeſa: demum ibidem capite plexa, inſtar columbae aureae Caelos aſcendiſſe, & parentibus adparuiſſe. Porro nihil eſt inconcuſſum magis tum ex libro de Martyribus Palaeſtinae, tum ex Chaldaicia hiſce Actis, ab Euſebio oculato teſte conſcriptis, quam in mare ſemel demerſam B. Theodoſiam, ſuum illic Martyrium conſummaſſe. Pari proinde animadverſione perſtringendi ſunt Joninus Mombritius tom. 2. Vincentiua Bellovacenſis lib. 12. Speculi hiſtorialis cap. 67. & Petrus de Natal. lib. 4. Catalogi cap. 25. apud quos exploſa commenta & recuduntur & adprobantur. Nec fucum facere debet, quod in illis Actis Theodoſia perhibeatur *in Caeſarea Palaeſtinae paſſa*; ac propterea ipſa dicenda, cujus Martyrium Euſebiua conſcripſit. Enimvero quamquam idem Paſſionis adſignetur locus, quidni cetera conficta ſunt, quum praeſertim ea genuinis, & authographis hiſce monimentis convellantur? Noviſſime autem, ineunte ſcilicet ſeculo XVI. opera Franciſci Nigri Veneti Loritae, & Protonotarii Apoſtolici in lucem prodiit *feliciſſimum Theodoſiae Virginis de Tyranno trophaeum, ad feliciſſimam Victoriam Columnam, Piſcariae Marchioniſſam*. Verum tantum abeſt, ut Scriptor hic religioſiſſimus Hiſtoriae ſuae authoritatem comprobet; ut ne ſontes quidem, unde eam hauſerit, indicet. Quin, ut cetera praeteream, quorum futilitas ſeſe ultro legentibus prodit, miracula ejuſdem Martyris recenſens, tradit num. 4. eam Venetiis in multis tam

Latina S. Theodoſiae Acta, quae hactenus prodierunt, refellitur.

Monachorum, quam Monacharum Coenobiis ſumma devotione quotannis celebrari ab anno 1440. ad eum, quo iſta ſcribebat, annum 1513. Attamen Henſchenius, qui rei veritatem exquiſivit, nullum a Venetis de cultu Theodoſiae idoneum accepit reſponſum. Demum Baronius loco cit. quamdam S. Theodoſiae Virginis Tyriae Vitam in Bibliotheca Vallicellana adſervari adfirmat, quae ad Codicem noſtrum Chaldaicum adcedere videtur; quum concinnatae ab eodem Baronio S. Theodoſiae ad diem 2. Aprilis commemorationi, quam mox proferemus, adprime conſentiat. Valeſius quoque & Ruinartus copioſiora Paſſionis ejuſdem Virginis Acta in variis MSS. Codicibus, quoa neutiquam deſignant, ſe legiſſe teſtantur.

Corrigitur Galeſinius, qui duas Theodoſias commentus eſt.

Verum quaecumque illa ſint, certum tamen eſt Latina illa Acta duas potiſſimum fingendi Theodoſias Galeſinio, nonnulliſque aliis recentioribus Martyrologis auſam praebuiſſe. Nam quum Ado ad diem 2. Aprilis cum iiſdem Latinis Actis ſcripſiſſet, S. Theodoſiam *primum in mare merſum, dein beſtiis fuiſſe projectam Caeſareae in Cappadocio*. Et Uſuardus eodem modo paſſam dixiſſet *Coeſareoe in Cappadocia*, ſed ſubmerſionem in mari omiſiſſet, inde Galeſinius duas commentus eſt Theodoſias, alteram Caeſareae in Cappadocia capite plexam, alteram Caeſareae in Palaeſtina in mare demerſam. At id commentum jam exſufflavit Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum die 2. Aprilis. Quum enim, inquit, nomen, aetas, ſpontanea Fidei profeſſio, tempus perſequutionis, dies Martyrii, nomen Praefecti ac loci ſimul conveniant, exploratumque ſit ex Euſebio, Urbanum Praeſidem, ſub quo tum in noſtris tum in Latinis Actis Martyrium perpeſſa perhibetur B. Theodoſia, temporibus perſequutionis Diocletiani, ad ſuum uſque obitum Palaeſtinae Praefecturam adminiſtraſſe, una tantum dicenda eſt Theodoſia, eademque Palaeſtina, non vero Cappadox. Nam & quum in mare conſtet eſſe demerſam, quonam pacto haec Caeſareae Cappadociae fieri potuerunt, quae a mari longiſſime in meditullio ejus provinciae ſita eſt? Praeterea nedum Graecorum Menaea, & Baſilii Imperatoris, nec non Cardinalis Sirleti Menologium nullum de Capitis abſciſſione, aut de Cappadocia habent verbum; ſed & utrumque genuinis hiſce Actis ab Euſebio exaratis pleniſſime exploditur, quae litem, ſi qua eſſet, ſatis ſuperque perimerent.

S. Theodoſiae memoria & cultus apud Graecos.

Illuſtrem autem hanc Virginem, & Martyrem variis diebus Graeci concelebrant. Et primo quidem die 2. Apr. ut in MSS. Menaeis Pariſienſibus Cardinalis Mazarini, & Chiffletianis; item in Menaeis excuſis, & in Menologio Cardinalis Sirleti, quod tamen *Theodorom*, pro Theodoſia perperam ſcribit. Deinde vero ad diem 3. ejuſdem menſis laudatum Menologium Baſilianum, Menaea Taurinenſia Regis Sardiniae, & Mediolanenſia Bibliothecae Ambroſianae elogium ejuſdem Virginis ex Euſebio decerptum, referunt. Tertius demum dies ipſius feſto apud Graecos adſignatus, XXIX. Maii eſt, iſque prae reliquis videtur celeberrimus. Nam fuſiori encomio memoratur in Menologio Baſiliano, MS. Synaxario Claromontano Soc. Jeſu, in Menaeis excuſis & manu exaratis, in quibus totum quoque Officium Eccleſiaſticum, cum ſuis Odis, & Hymnis de eadem Martyre peragitur; item apud Maximum Citheraeum, & Cardinalem Sirletum: quae videſis apud Bollandianos ad praeſignatum diem 2. Aprilis.

Et apud Latinos.

At Latinorum Martyrologia antiqua S. Theodoſiae memoriam recolunt die 3. Aprilis, ex quibus quatuor Apographa S. Hieronymi iſta habent: *In Coeſarea Palaeſtinae Natalis S. Theodoſiae Virginis*. Quae eadem ad dictum diem leguntur in MSS. Attrebatenſi, Tornacenſi, Laetienſi, & aliis. In Rabani autem Martyrologio fuſiora quidem, ſed ex commentitiis Latinis Actis pleraque deſumta haec referuntur. *III. nonas Aprilis Natale Theodoſiae Virginis, quoe poſſa temporibus Imperatorum Diacletiani & Maximioni in Civitate Caeſarea, ſub Urbano Praefecto. Nam quum haec relictis parentibus, confugiſſet ad carcerem, ubi Chriſti Confeſſores clauſi erant, tento eſt o militibus, & ducta od Tribunal Judicis Urbani. Quae coram ipſo odſtans, nec adulotionibus ejus decepta eſt, nec minis territo, ſed ſapientia Dei repleto, falſos Deos gentilium diſputondo coram Praeſide confutabat. Inde & a Tyranno nervis ligata & flagellis caeſa non potuit vinci. Poſtea ei adhibita ſunt varia tormenta, hoc eſt, ſartagines ignitae, leones, & beſtioe, ex quibus nullam maculam poſſa eſt. Deinde in mare demerſa; ſed per Dei auxilium inde liberata, noviſſime gladio capite*

pite abſciſſo, obdormivit in pace, & complevit Martyrium ſuum, honorifice a Chriſtianis ſepulturae tradita. Hactenus Rabanus. Romanum autem Martyrologium adcuratiori quidem encomio S. Theodoſiae memoriam ad diem 2. Aprilis revocat in haec verba: *Ibidem* (Caeſareae) *Paſſio S. Theodoſiae Virginis Tyriae, quae in eadem perſequutione, quum Sanctas Confeſſores, ante tribunal ſtantes, publice ſalutaſſet, atque rogaſſet, ut quum ad Dominum perveniſſent, ſui recordarentur, a militibus tenta, & ad Urbanum Praeſidem ducta, ejus juſſu, lateribus & mammis, ad interiora uſque dilaniatis, in mare tandem projicitur.* Haec Martyrologium Romanum, quae, ut vides, Actis noſtris adamuſſim reſpondent.

Porro S. Theodoſiae corpus, aut inſignem ejus partem fuiſſe ex Palaeſtina Conſtantinopolim aliquando translatum, ejuſque rei memoriam die 29. Maii ſolemnius celebrari in omnibus Menaeis, & Synaxariis Graecis, ex eo ſuademur, quod hujus S. Virginis celeberrimus fuerit in ea Urbe cultus, ſingulari totius Officii Eccleſiaſtici prolixitate commendatus; Menaea etenim & Synaxaria hucuſque laudata ad uſum ferme Conſtantinopolitanarum Eccleſiarum, ut recte obſervat Henſchenius, fuerunt conſcripta: quo fit, ut in propriis illius Urbis feſtis ornandis, explicandiſque latius verſentur. Proprium autem hoc fuiſſe Conſtantinopolitanis feſtum, colligitur etiam ex Ephemeride metrica unicum ſolum quot diebus Sanctum proponente, quae ad praeſignatum diem 29. Maii ſic habet. **Ejus Corporis Translationes variae.**

Εἰκάδι ἐν δ' ἐνάτῃ Θεοδοσίην πόντος ἔμαρψε

Vicena nona merſa eſt Theodoſia ponto.

Unde autem fuiſſet Conſtantinopolitanis ita proprium hoc feſtum, idque alio quam obiti Martyrii die, niſi ex occaſione translati eo Corporis, vel, ut advertit Baronius, propter alicujus Eccleſiae in honorem Theodoſiae, ibidem conſtructae, dedicationem? Moſchi quoque, ſive Rutheni, Faſtos Sacros Conſtantinopoli mutuati, hunc ibidem celebrem cultum confirmant, dum in ſuis Tabulis unicam Theodoſiam iſto die Maii repraeſentant. At Sammarthani tom. 4. Galliae Chriſtianae ſacra Theodoſiae Lipſana ſibi vendicant, quum in enumeratione Abbatum Dervenſis Monaſterii de eorum XXII. Rogerio ſic loquuntur: *MDVIII. includit quadam ſcrinio Corpus S. Theodoſiae Virginis olim huc adlatum a S. Berchario*, qui Martyr occubuit anno 685. die 16. Octobris. Hanc tamen Translationem longe poſterius factam fuiſſe cenſet Sauſſajus in Martyrologio Gallicano ad hunc diem. Verum nec ipſe Sauſſajus aperit, a quo acceperit quae de Reliquiis ejus Martyris Leodium & Dervum advectis narrat; nec ullum in Breviariis, aut Martyrologiis Leodienſibus impreſſis ac manuſcriptis adparet iſtius ſingularis cultus veſtigium, quem Sauſſaii verba tamquam notiſſimum indicant. Exploratum item eſt S. Theodoſiam Virginem & Martyrem, cujus Corpus Bononiae apud Moniales SS. Trinitatis adſervatur, aliam omnino eſſe a noſtra, etſi ejus feſtum eodem die 2. Aprilis ibidem peragitur; quum ipſius Corpus nonniſi anno 1622. eo Roma ſit translatum. Nec denique Tamajo Salazario, viro cetera clariſſimo, fidem adhibemus, qui ex Pſeudodeſtrichronico ſcribit S. Theodoſiae Reliquias A. C. 430. in Hiſpanias fuiſſe delatas; eam quippe Translationem vel ipſi Hiſpani, eruditione ac doctrina praeclari, ad fabulas amandant.

Ceterum S. Theodoſiam Virginem die 2. Aprilis fuiſſe comprehenſam, die vero Dominica, quae anno Perſequutionis quinto, ad quem ejuſdem Martyrium refert Euſebius, & cui ex alibi dictis annus Chriſti 307. reſpondet, in 6. Aprilis diem cadebat, in mare demerſam ad Chriſtum migraſſe, Acta noſtra diſerte tradunt. Unde corrigendus eſt Graecus Euſebii de Martyribus Palaeſtinae textus, ubi ejus Martyrium *die 2. menſis Xanthici, quod eſt ante diem 4. nonas Aprilis, ipſa Dominicae Reſurrectionis die* contigiſſe legitur; quum anno 310. ut ex Tabulis Paſchalibus liquet, non vero 307. ad quem ex Euſebio revocandum eſt Theodoſiae Martyrium, in 2. Aprilis diem Dominica Reſurrectionis inciderit. **Martyrii tempus.**

ܣܗܕܘܬܐ

MARTYRIUM

S. THEODOSIAE Sacrae Deo Virginis.

Anno Chriſti 307. Sub Maximino.

S. Theodoſia Virgo Tyria.

ANno Quinro Perſequutionis, quae noſtris hiſce temporibus longe lateque propagata eſt, die ſecunda Aprilis, Divina & Sancta quaedam ex Virginibus Chriſtianis Tyriis puella, quae erſi duodevigeſimum nondum adtigerar aetatis annum, virture ramen erar adulta ac plane virili, Sanctos, qui a Praefecto, inſenſiſſimo Chriſtiani nominis hoſte, vincti in foro detinebantur, Confeſſores per ſummam magnanimitarem inviſere non dubitavir. Ad eos ut venir, ipſos primum quidem valere juſſit; tum vero quum ea immineret jam hora, qua Judici ſiſterentur, enixe admodum rogavit, ut quando optatiſſima potiti jam fuiſſenr Gloria, ipſam ſe ſuis apud Deum precibus adjuvarent.

SS. Cōfeſſores in foro detentos inviſit.

Eorum precibus ſe commēdat.

Haec dum pie adeo, honeſteque eloquebatur Virgo, quaſi vero ſanctiſſima legum Jura perfregiſſet, comprehenſa, & vincta continuo eſt a ſatellitibus, atque ad Praefectum Urbanum raptata. Ille vero acſi ab innocentiſſima Virgine fuiſſet injuriis adfectus, vehementi in ipſam exarſir indignarione, eique Idolis litandum edixit. Verum invictum, conſtanremque conrra minitationes ſuas experrus Virginis animum homo, feris quidem immanior, atrociſſima in ipſam ſupplicia decrevit. Latera, & mamillas ferreis pectinibus, uſquedum nuda extarenr oſſa, & viſcera pene ipſa diffluerent, crudeliſſime dilaniari mandavit.

Inde ad Praefectum raptata,

Fruſtra ad litandum Idolis tentatur.

Immaniſſime caeditur.

Inrerea tamen quum acuriſſimis hujuſmodi cruciatibus diſtraheretur, ne muti-

ܠܐܠܗܘܬܐ ܠܡܣܓܕ ܣܓܝ ܥܠܝܗ̇ ܗܘܬ :
ܘܡܥܩܐ ܗܘ̇ ܒܥܒܕܐ ܫܘܢܐ ܗܘܬ : ܐܦܠܐ
ܓܝܪ ܗܘܐ ܠܗ̇ ܡܬܚܙܝܐ ܕܡܝܬܐ : ܡܢ
ܕܝܢ ܦܘܩܕܢܐ ܦܬܟܪܐ ܘܡܬܬܢܝܢ ܐܦܝܣܗ̇
ܘܫܦܝܪܘܬܐ ܦܪܨܘܦܐ ܘܒܢܝܢܐ ܫܒܝܚܐ
ܗܘܬ : ܦܪܝܫܐ ܗܘܬ ܡܢ ܣܘܥܪܢܗ̇
ܐܦ ܥܝܢܐ ܕܗܘܢܗ̇ : ܘܡܢ ܥܕܢܐ
ܠܘܩܒܠܗ ܐܡܪܐ ܗܘܬ : ܡܢܐ ܗܟܢܐ
ܐܢܬ ܐܘ ܫܛܝܐ ܘܠܐ ܚܙܐ ܐܢܬ ܕܗܐ
ܡܕܡ ܕܒܝܕ ܗܕܐ ܕܐܢܫܝܬ ܫܠܝܛܘܬܟ
ܗܝ ܐܢܫܝܬܗ ܘܬܘܬܒܪܬܐ ܕܢܦܫܝ :
ܕܐܫܬܟܚܬ ܕܐܬܠܝܬܗܘܢ ܕܒܟܘܠ
ܬܕܝ ܕܐܠܗܐ ܡܬܦܠܓ ܕܐܬܐܠܒܬ ܠܐ ܐܢܐ
ܡܬܒܣܡܐ ܗܘܝܬ ܕܟܕ ܦܪܝܫܐ ܐܢܐ ܡܢ
ܣܢܝܩܘܬ ܒܫܘܒܚܐ ܐܬܬܦܪܣ : ܘܚܢܝ
ܕܗܘܐ ܒܡܘܬܐ ܦܬܐ ܫܡܝܐ ܐܢܐ ܡܣܬܟܠ
ܦܘܪܥܢܐ ܕܡܬܩܒܠ : ܘܡܢ ܕܠܗ ܢܣܒ
ܠܠܗܐ ܡܘܕܝܐ ܐܢܐ ܕܐܫܬܘܝܬ ܕܐܫܬܘܬܦ
ܐܦ ܠܗܘܢ ܠܡܬܩܒܠܘ ܫܘܒܚܐ ܕܗܢܘܢ ܕܡܢ
ܥܠܝ ܦܬܓܡܐ ܕܒܐ ܗܘܬ : ܗܘ ܕܝܢ
ܕܫܡܥ ܗܘ ܗܢܐ ܕܡܢ ܐܠܗܐ
ܠܐ ܐܫܟܚ ܕܢܦܩܘܕ ܐܝܟ ܫܪܒܐ ܕܗܕܝܢܐ
ܒܥܠܬܐ ܗܘ̇ ܠܐ ܒܬܫܡܫܬܐ ܕܢܦܩܘܕ
ܒܝܡܐ ܕܢܘܪܐ ܚܒܝܫܐ ܗܘܐ : ܘܡܦܩܕ
ܕܢܣܬܠܩ ܒܝܡܐ ܗܢܘܢ ܕܐܬܐܫܬܒܩ
ܠܡܘܬܐ ܐܝܟ ܕܦܩܕ .

ܟܕ ܕܝܢ ܥܒܪ ܡܢ ܕܝܢܐ ܕܒܬܘܠܬܐ ܐܬܐ
ܠܗ ܥܠ ܣܗܕܐ ܕܡܘܕܝܢ ܗܢܘܢ ܕܗܘܘ
ܥܠܬܐ ܠܡܬܘ ܕܢܚܡܝܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܢ .
ܘܟܠܗܘܢ ܫܪܫܐ ܠܡܬܠܝܘ ܕܢܫܝܢ
ܕܐܦ ܒܬܫܢܝܩܐ ܐܚܪܢܐ ܗܘܬ : ܟܕ
ܡܕܡ ܠܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܘܐܦܠܐ ܐܬܕܝܢܘ
ܘܫܕܪ ܐܢܘܢ ܠܡܛܠܠܘ : ܡܢ ܕܝܢ
ܠܡܛܠܠܐ ܕܩܘܦܐ ܕܒܦܠܣܛܝܢܐ ܕܠܗܘܢ
ܗܘܬ : ܐܬܟܝܠܝܢ ܘܐܬܬܠܝܘ ܕܠܗܘܢ
ܗܘܝܢ ܗܘܘ ܒܐܦܪܗ ܒܬܘܠܬܐ ܗܕܐ
ܥܠܝܐ ܕܐܬܚܝܠܬ ܘܒܐܘܠܨܢܗ ܕܝܠܗ̇
ܥܛܦܬܐ ܕܢܦܫܗ ܘܚܝܠ ܕܡܬܚܡܠܐ ܗ
ܗܟܢܐ : ܕܐܬܠܚܡ ܕܡܢ ܟܕ ܕܝܢܐ
ܕܐܬܠܡܬ ܠܦܘܩܕܢܐ ܡܫܠܡܢܐ .

ܘܗܘܬ

mutibat quidem, tenello alioquin corpore puella: imo vero perditiſſimo Praefecto, qui ipſam nondum intermortuam videns, ad Idolorum cultum etiamnum provocabat, compoſito ad hilaritatem formoſiſſimo ore ſuo, ſublatiſque in Caelum oculis, hujuſmodi dedit reſponſum, quo & voluntatis ſuae conſtantiam, & ingenii vim ſignificaret: Urbane, quam miſere deſipis, qui nec hoc ipſum videas, per tuam hanc immanitatem, quod dilatum aegrius ferebam, ſummum meum bonum me feliciter tandem eſſe adſequutam! Exultare adeo jam plane ac gloriari mihi fas eſt, quod ex immenſa Dei Optimi Maximi dignatione cum eorum Martyrum cruciatibus communicem, quos certe niſi in ſuppliciis fuiſſem aemulata, fruſtra ad gloriam conſectari ſtuduiſſem. Intuere in me, Urbane, & vide, quam ſuaviter in deſtinatam mihi mercedem ego geſtiam, & quantas habeam Deo gratias, qui hunc mihi honorem impertitur, ut quos patronos ad pugnam exoraveram, iis praeire poſſim ad gloriam! Ad haec ſeſe ab imbelli puella deriſum intelligens impius, rabie quidem contabeſcebat; quoniam vero in laniatis Virginis artubus nullum jam videbat novo ſupplicio locum, in mare demergendam pronunciavit: quod illico exſequutioni mandatum eſt.

Praefecti irridet.

In mare demergitur.

Tum in eos animadvertendum conſtituit, qui opportunam, ut diximus, profundendae vitae ſuae occaſionem forti ſapientique Virgini obtulerant, ipſoſque univerſim omnes, miſſa quaeſtione, nulliſque ulterius adhibitis ſuppliciis, ad metalla, quae in Palaeſtina ſunt, damnavit. Fuit ſcilicet illis validiſſimi munimenti loco magna puellae conſtantia, quae deſignata in eos a Tyranno ſupplicia in ſuos artus fortiter detorſerat. Vicerat enim, ſuaque virtute plane fregerat impudentiſſimi Judicis feritatem; qui propterea miſeram deinceps terroris

ple-

nam & curis diſtractam vitam agitavit.
Obtigerunt haec Caeſareae, die Dominica.

ܗܘܬ ܕܝܢ ܚܕ ܒܫܒܐ ܗܘܐ ܟܕ
ܐܫܬܠܡ ܒܩܣܪܝܐ ܡܕܝܢܬܐ ܐܬܟܠܠ.

A D M O N I T I O

In Martyrium Sancti PETRI Abſelami.

S. Petrus Aſceta.

HUic illuſtri Chriſti Athletae, cujus Acta Martyrii ex Codice I. Nitrienſi heic proferimus, *Aſcetae* nomen, quod poſtea ad Monachos translatum, tunc commune erat iis, qui relictis omnibus, vitam quoque in Urbibus ex Evangelii praeſcripto ſeveriorem agebant, adtribuit Euſebius lib. de Martyribus Palaeſtinae cap. 10. ubi glorioſum ejus Certamen breviter ſummatimque deſcribens, ipſum, uti & in Actis hiſce Chaldaicis, ex vico *Anea* in agro Eleutheropolitano ortum, & Caeſareae in Palaeſtina igni traditum perhibet. Quapropter Tillemontius Bollandum acriter reprehendit, quod ad diem 3. Januarii Acta S. Petri Balſami ab Anaſtaſio Bibliothecario Latine verſa, & a Suriu edita, exſcribens, eum licet in *Aulana* civitate cruci adfixum, unum tamen, eundemque eſſe, ac noſtrum Abſelamum cuntendat. Tillemontii argumenta ſunt, genus, & palaeſtra Martyrii longe diverſa: ſententia inſuper a Judice *Severo*, cujus nullam mentionem Euſebius fecit: ac demum Baronii de Balſamo in ſuis Annalibus ad annum 308. altum ſilentium; qui tamen ibidem Abſelamum laudat, imo vero in Notis ad Martyrolog. Rom. Balſami paſſionem ad annum 285. revocat, in quem cadere nequit Diocletianea perſequutio, qua ſaeviente, Abſelamus noſter Martyrii palmam retulit. Bollando autem idem nomen, cognominis ſimilitudo, patria communis, ac denique idem utriuſque paſſionis dies ſufficientia eſſe videntur argumenta, ut unus ab alteru minime diſtinguatur. Quo tamen ſinceritatem Actorum, quae ex Anaſtaſio profert, quaeque Baronius praecipiti ſane judicio ceu autographa amplexus eſt, utcumque vindicet, momenta Tillemontii praevertit, inquiens loc. cit. *Balſamum in crucem actum, igne forte circumpoſito fuiſſe ſuffocatum. Praeterea mirum non eſſe, eum, qui intra juriſdictionem Urbis Caeſarienſis ſit interfectus, Caeſareae occiſum dici ab Euſebio, qui eodem Capite alios captos ac peremtos ſcribit Aſcalone in eadem provincia. Deinde non dici in Actis, Aulanae occiſum, ſed comprehenſum, ac deinde Praeſidi oblatum, forte ad eum Caeſaream pertractum.* Aulanam enim civitatem, quam noſtra hac aetate prorſus ignotam adſerit Tillemontius, in Palaeſtina conlocat Bollandus, Galeſinium, & Martyrologii Romani Gallicum Interpretem, necnon Ferrarium redarguens, quod Aulanam interpretati ſint *Aulonam* vulgo *la Velona* urbem maritimam in ſinu Adriatico.

An idem ſit cum Balſamo, cujus Acta habetur apud Surium?

Ceterum quum Menaea, & Martyrologia, in quibus Balſamus cruci adfixus memoratur, eum, Maximiano, vel Diocletiano imperante, id mortis genus ſubjiſſe ſcribant; aliunde vero tam ex ejuſdem Actis apud Bollandum, quam ex laudatis Menaeis conſtet, ipſum ex agro Eleutheropolitano in Palaeſtina fuiſſe oriundum, idem omnino cenſendus eſt ac Petrus Abſelamus, quem Euſebius laudat. Quis enim adduci poteſt, ut credat, Euſebium, adcuratum adeo Martyriorum, quae Palaeſtini, furente Diocletianea perſequutione, objerunt, Scriptorem, ut S. Romani, quamquam Antiochiae paſſi, quia tamen Palaeſtinus erat, certamen ſilentio praetermittendum minime duxerit, Petri Balſami, ſi alius eſſet a Petro Abſelamo, nullibi mentionem feciſſe? Id itaque adcidit de Balſamo, & Abſelamo, quod de duobus Procopiis, & Romanis factum eſſe ſuperius monuimus; ex uno videlicet duo conflati. Baronium autem, Balſami paſſionem ad annum Aerae vulgaris 285. revocantem, erroris plane convincunt Ruinartus, & Tillemon-

lemontius, quum ea temporis ratio nullo prorſus pacto conciliari poſſit cum Imperio Diocletiani, ſeu Maximiani, ſub quibus omnes Eccleſiae Faſti illum pethibent Martyrio perfunctum. Ex ptaemiſſis porro recta conſequitur, adlucinatos fuiſſe, qui ſincera, ac genuina cenſuerunt Petri Balſami Acta, quae e Graeco in Latinum ab Anaſtaſiu Bibliothecario verſa dicuntur, quaeque ex compluribus Codicibus MSS. & impreſſis inter ſe conlatis Bollandus, & Ruinartus ediderunt; quum ea ab Euſebiano textu tum Graeco, tum Chaldaico haud parum diſcrepent, ut legenti plane conſtabit.

Porto in Graecorum Menaeis varii adſignantur dies, memoriae S. Petri Abſelami ſacri. Et primo quidem Januarii XII. in haec verba. Ὁ Ἅγιος Πέτρος Ἀβεσαλαμίτης Μάρτυς τῇ τε πίστει εὐσεβείᾳ, καὶ τῇ τε τὸ σῶμα ῥώμῃ ἀκμάζων ἐν νεότητι τῆς ἡλικίας, παῤῥησίᾳ τὸν Χριστὸν ὡμολόγησε. Ὁ γοῦν ἄρχων Ἐλευθεροπόλεως συλλαβὼν αὐτὸν, καὶ μήτε κολακείαις χαυνώσας, μήτε ἀπειλαῖς καταπλήξας, πυρὶ τελειοῦται, ἐν ᾧ τὸν στέφανον τοῦ Μαρτυρίου ἐκομίσατο; *S. Petrus Abeſalomites Martyr & fidei religioue, & corporis robore praeſtans, in flore aetatis libera voce Chriſtum profeſſus eſt. Inde a Praeſide Eleutheropolitano captus, quum neque blanditiis emolliretur, neque minis terreretur in rogum canjectus, ex eo Martyrii lauream reportavit.* Raderus tamen hunc Abeſalomitem diverſum a Petro Abſelamo exiſtimat, quod *Abeſalom*, & *Abeſſalom* ptopria ſint Judaeorum nomina; unde ſuſpicatur, Martyrem hunc, de quo heic Menaea agunt, natione Judaeum fuiſſe. At ſubleſta, ſi qua unquam, conjectura; nihil enim conſonum magis Euſebiano textui adſerri poteſt, quam praeſatum S. Petri Abſelami encomium, ſi *Abeſalomites* Abſelamus reddatur: de quo uuo, eo quidem exiguo, Interpretis Graeci lapſu haud multum laborandum. Rurſus eadem Menaea ad XIV. Octobris S. Petri noſtri, quem Auſelamum perperam vocant, elogium paullo latius teſerunt: Ὁ Ἅγιος Πέτρος Αὐσέλαμος ὑπῆρχεν ἀπὸ τῶν ὁρίων Ἐλευθεροπόλεως, κώμης Ἀνέας καλουμένης, ἀνδρεῖος καὶ ἀκμάζων τὴν ψυχὴν νέος ἦν, καὶ ῥωμαλέος τῷ σώματι, πλεῖστα ἀνδρισάμενος ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἄθλοις. καὶ πάντων καταφρονήσας τῶν ἐπιγείων, ἐν τῷ ἕκτῳ ἔτει τῆς Βασιλείας Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ, θῦμα δὲ πρόσδεκτον ἐγένετο τῷ Θεῷ, τὸν διὰ πυρὸς ἀγῶνα τελέσας. *S. Martyr Petrus Auſelamus profectus e finibus Eleutheropolis, vico Aneas dicta, generoſus & acer auima juvenis, valido quoque corporis robore: ſuepe fortiter fecit pro Religione, contemtiſque omnibus praeſentibus, ſexto Diocletiaui, & Moximiani anno ſacrſficium Deo acceptum factus, certamen in flammis abſolvit.* Ubi, ut vides, ſextus Diocletiani annus pro ſeptimo perſequutionis a Diocletiano excitatae ex interpretis oſcitantia obrepſit. Baſilii denique Imperatoris Menologium ejuſdem Martyris feſtum XI. Januarii celebrat, his verbis: *Certamen S. Martyris Petri. S. Martyr Petrus, iu paga Anea apud Eleutheropolim natus, corpore robuſto, ſed fide iu Chriſtum robuſtior, ab adoleſcentia ſimilem prudentiam praeſeferebat, quum doceret omnes ab Idolis ſecedere, & ad Chriſtum ſolum verum Deum, hominumque Servatorem adcedere. Quae quum de illo accepiſſet Eleutheropolis Praeſes, miſſis ſatellitibus comprehenſam compellebat Chriſtum ejurare. Sed quum ad id illum iuducere uequiret, praecepit, ut iu ardentem fornacem ignis injiceretur: in quam immiſſus Sonctus, per multas horas gratias agens, Deumque pro totius mundi, Sanctarumque Eccleſiarum tranquillitate oraus, deceſſit.* Hactenus Menologium Baſilianum,

Ejus memoria & cultus in Graecorū Menaeis.

In Menologio Baſiliano.

Latini quoque Martyrologi diverſis diebus S. Petrum Abſelamum concelebrant. Die quidem 3. Januarii Beda habet: *S. Petri Martyris.* MSS. Lamberti Leodii: *In Civitate Aulana, paſſio S. Petri, qui crucis ſupplicio eſt iuteremtus.* Vetuſtum MS. S. Martini Tornaci. *In civitate Avelana paſſio S. Petri, qui crucifixus eſt ſub Maximiano Imperatore.* Uſuardus: *Eodem die S. Petri, qui apud civitatem Aulanam, crucis ſupplicio eſt interemtus.* Eadem Bellinus, & Martyrologium Romanum; Maurolicus autem: *Eodem die S. Petri, qui apud civitatem Aulanam, crucis ſupplicio eſt interemtus ſub Severo Praeſide, Diocletiano imperante.* Maurolico conſentiunt Galeſinius, & Martyrologium Germanicum. Ad diem vero 4. ejuſdem Menſis Hrabanus, & MS. Martyrologium S. Maximini Trevitis: *Eodem die paſſio Petri, qui & Balſami, Martyris, ſub Maximiaua Imperatore, agente Severo Praeſide, qui eum nolentem ſacrificare Diis, juſſit ſuſpeudi, & uugulis lacerari: ad extremum vero gladio iuterfectus eſt, & in Aulona civitate ſepultus.* Eadem iiſdem fere verbis Notkerus. Die demum XI. Januarii ceteris adcuratior Molanus

Et apud Latinos.

nus in Addit. ad Uſuardum : *Caeſareae* , inquit , *Palaeſtinae S. Petri Aſcetae , ideſt , Religioſi , ſive Monachi , qui ſaepe rogatus , ut adoleſcentiae parceret , eorum exhortationibus neglectis , per ignem velut aurum puriſſimum , fidem in Chriſtum excelſa anima probavit* . Quae Actis quidem noſtris , & Graeco Euſebii de Martyribus Palaeſtinae textui adprime conſonant , ſi Monachi nomen , quod ea aetate nondum obtinebat , excipias .

Martyrii tempus .

Sincera tamen haec Acta S. Petrum Abſelamum Martyrem occubuiſſe *die decima Menſis Januarii* teſtantur . Hinc autem corrigendus eſt Graecus Euſebii de Martyribus Palaeſtinae textus , in quem ex amanuenſis oſcitantia *undecimus dies Menſis Audinaei* , ſive Januarii obrepſit . Caſtigandus quoque Ruinartus , qui ejuſdem S. Martyris paſſionem in annum Aerae vulgaris 311. rejicit . Acta enim noſtra id diſerte tradunt ſeptimo Perſequutionis anno contigiſſe , qui extra omnem dubitationis aleam anno Chriſti 309. reſpondeat neceſſe eſt , quum Perſequutio Diocletianea anno 303. menſe Martio indicta ſit ; ut ſuperius a nobis non ſemel eſt demonſtratum .

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܦܛܪܘܣ ܕܗܘ ܐܒܫܠܡܐ ܒܫܢܬ ܫܒܥ ܕܪܕܘܦܝܐ ܒܩܣܪܝܐ
ܡܕܝܢܬܐ .

Anno Chriſti 309. Sub Maximino .

MARTYRIUM .

S. Petri , qui & Abſelamus , Anno VII. Perſequutionis noſtrae , Menſe Januario , Caeſareae .

S. Petri Abſelami conſtantia in fide .

DIe decima menſis Januarii in Urbe noſtra Caeſarea Petrus , qui & Abſelamus , Martyr in Chriſti Regno celeberrimus , pro Chriſto ipſo fortiter occubuit . Hic excelſo adeo ſeſe praeſtitit animo in certamine pro Religione inito , tamque eximia ſe fortem praebuit virtute in ſupremis ſui Martyrii anguſtiis ; ut & ipſum Judicem , & quotquot aderant , ſpectatores , rapuerit in admirationem . Tum ii , quibuſcum aliqua ipſi neceſſitudo interceſſerat , tum alii , qui ipſum nullatenus noverant , ſummam de ejus vita , quaſi vero de ſuo capite ageretur , ſuſcipientes curam , ut ſuimet , ſuarumque rerum rationem haberet , parceretque juvenili ſuo corpori monebant , enixeque orabant . At importunas eorum adhortationes nihil omnino morabatur ſtrenuus Chriſti Martyr. Alii contra ejus fidem , ut ſibi ipſe conſtaret , inflammabant ; alii vero ipſius ado-

ܒܥܣܪܐ ܒܟܢܘܢ ܐܚܪܝ:
ܦܛܪܘܣ ܕܗܘ ܐܒܫܠܡܐ ܒܩܣܪܝܐ
ܡܕܝܢܬܢ ܣܗܕܐ ܢܨܝܚܐ ܕܡܠܟܘܬܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܐܬܢܨܚ ܗܘܐ : ܗܢܐ ܕܝܢ
ܒܬܟܬܘܫܐ ܕܚܠܦ ܐܠܗܘܬܐ ܐܬܚܙܝ
ܗܘܐ : ܡܢ ܐܝܟ ܓܒܪܐ ܚܣܝܢܐ ܕܗܘܢܗ
ܐܬܚܙܝ : ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܠܗ ܠܕܝܢܐ ܒܬܗܪܐ
ܘܕܘܡܪܐ ܐܚܕ ܗܘܐ . ܘܕܚܘܠܝ ܕܟܠ
ܐܝܠܝܢ ܕܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܒܬܕܡܘܪܬܐ ܐܬܡܗܪ
ܗܘܐ . ܘܐܦܠܐ ܡܬܚܫܒܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܕܟܠ
ܢܦܫܗ ܝܗܒ ܥܠ ܫܘܡܗܘܢ ܕܢܫܡ : ܗܘ
ܕܝܢ ܝܠܝܕܐ ܠܟܠܗܘܢ ܡܠܠܘܗܝ ܥܠܝܗ
ܗܘܐ ܘܡܬܒܥܐ : ܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܕܫܪܟܐ
ܕܠܐ ܡܫܬܘܕܥܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܐܠܐ ܕܠܐ ܢܬܒܥ
ܗܘܘ ܐܝܟ ܥܠ ܫܡܗ ܗܘܘ ܠܗ :
ܘܟܕ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܐܝܟ ܕܐܢܫ ܡܬܚܫܒ
ܦܪܨܘܦܐ ܗܘܐ ܥܠܘܗܝ ܠܡܬܒܥܘ
ܡܬܚܫܒܝܢ ܗܘܘ . ܘܡܢܗܘܢ ܠܡܚܢܘ
ܠܗ ܡܫܬܐܠܝܢ ܗܘܘ ܘܡܢܗܘܢ ܠܩܘܒܠܐ
ܒܡܠܝܗܘܢ .

ܒܛܠܝܘܬܗ ܘܠܗ ܡܫܒܚܝܢ ܗܘܘ. ܘܒܫܘܦܪܗ
ܥܠ ܦܓܪܗ ܘܥܠ ܗܝܡܢܘܬܗ ܡܦܝܣܝܢ
ܗܘܘ ܠܗ: ܡܛܠ ܕܢܦܢܐ ܠܒܪ ܡܢ
ܕܫܢܕܐ ܡܦܝܣܝܢ ܗܘܘ ܠܗ:
ܘܡܚܘܝܢ ܗܘܘ ܢܘܪܐ ܗܝ
ܕܓܗܢܐ ܡܚܘܝܢ ܗܘܘ ܠܗ.
ܘܡܢܗܘܢ ܡܢ ܗܘ ܕܢܦܠ ܡܘܬܐ ܡܚܘܝܢ
ܗܘܘ ܠܗ. ܘܡܢܗܘܢ ܕܚܠ ܗܘ ܕܝܢܐ
ܕܥܠܡܐ ܕܝܢܐ ܡܚܘܝܢ ܗܘܘ ܠܗ:
ܘܡܢܗܘܢ ܕܟܝܢܐ ܫܪܝܪܐ ܡܥܗܕܝܢ ܗܘܘ
ܠܗ: ܘܡܢܗܘܢ ܕܢܚܘܪ ܒܡܠܟܘܬܐ
ܕܫܡܝܐ ܡܦܝܣܝܢ ܗܘܘ ܠܗ: ܐܝܠܝܢ
ܕܒܢܝ ܝܡܝܢܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܠܘܬܗܘܢ
ܕܢܬܦܢܐ ܩܪܝܢ ܗܘܘ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܢܝ
ܣܡܠܐ ܗܘܘ: ܠܬܫܢܝܩܐ ܕܢܬܦܢܐ
ܡܦܝܣܝܢ ܗܘܘ ܠܗ.

ܗܘ ܕܝܢ ܥܠܝܡܐ ܡܫܡܗܐ
ܥܫܝܢܐ ܗܘܐ ܘܫܠܝܛܐ ܒܦܓܪܗ
ܘܫܠܡܐ ܒܗܕܡܘܗܝ: ܘܚܦܝܛܐ
ܕܗܘܐ ܢܛܪ ܗܘܐ ܒܢܦܫܗ ܕܗܘܝܐ
ܐܝܟ ܕܗܒܐ ܕܒܢܘܪܐ ܕܒܟܘܪܐ ܒܚܝܢ
ܗܘܐ ܘܢܦܩ ܡܢ ܚܠܐ ܕܙܕܝܩܐ
ܘܟܘܪܐ ܡܗܝܡܢܘܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܐܝܟ
ܗܘܐ.

ܟܕ ܕܝܢ ܒܢܘܪܐ ܢܘܪܐ ܐܬܓܠܝ ܗܘܐ
ܠܡܥܒܕ ܚܕ ܐܢܫ ܕܡܢ ܝܘܠܦܢܐ
ܕܡܪܩܝܘܢ ܐܝܬܘܗܝ ܘܡܘܕܝܢܘܬܐ ܡܚܒܠܗ
ܗܘܐ ܗܘܐ: ܘܐܡܪ ܗܘ ܠܗ ܕܐܦܣܩܘܦܐ
ܕܠܡܠܬܐ ܢܦܩ ܠܢܘܪܐ ܥܡ ܗܢܐ ܓܒܪܐ ܗܘܐ
ܗܘܐ ܥܡ ܚܒܪܘܗܝ ܕܫܒܝܚܐ: ܕܗܘ
ܗܘܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܠܗܐ ܒܡܪܝܐ
ܢܦܩ ܗܘܐ.

ܦܛܪܘܣ ܕܝܢ ܣܗܕܐ ܩܕܝܫܐ
ܕܡܫܝܚܐ ܡܢ ܐܬܪܐ ܕܐܠܘܬܪܘܦܘܠܝܣ
ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܩܪܝܬܐ ܕܐܢܝܐ
ܕܐܢܘܬܐ ܠܦܘܩܕܢܐ. ܘܡܫܡܗܐ
ܥܠܡܐ ܕܐܡܪܢ ܥܠ ܣܘܦܐ
ܕܚܝܘܗܝ ܥܫܝܢܐܝܬ ܕܟܠܗܘܢ
ܕܥܡܗܘܢ ܐܬܓܠܝ ܘܐܬܟܠܠ:

adoleſcentiam, corporiſque valetudinem, & elegantiam laudantes, ut a tormentis declinaret, incitabant. Illi, ne de ſua dimoveretur ſententia, ponebant ob oculos ſempiternum inferorum ignem. Hi, ut ipſum a vera in Deum fide abſterrerent, inſtantem indigitabant rogum. Incutiebant nonnulli mortalis immaniſſimi Judicis metum. Inducebant alii Supremi, qui in Judices omnes ſententiam dicit, aequiſſimi Judicis recordationem. Fluxas alii exhibebant hujus ſeculi voluptates. Ut Caelum intueretur, eique unice inhiaret, alii hortabantur. Qui ex Deo erant, atque ad Filiorum Dei dignitatem deſignati, in ſuas ipſum partes adliciebant. Qui vero ex Diabolo, deſtinatique ad ſempiterna cum Diabolo ſupplicia, ut terrenis bonis conſuleret, ſtimulabant.

At praeclariſſimus Juvenis quam praeſtans corporis vi, membrorumque concinnitate; tam in tuendae ſervandaeque animae ſtudio adcuratus & diligens, auri inſtar, quod in fornace dum diſſolvitur, tum maxime perficitur, ſanctam in Chriſtum Servatorem noſtrum fidei confeſſionem brevi caducaeque anteferens hujus ſeculi vitae, Religionis ſuae praeſtantiam in ipſo plane igne perfectam abſolutamque declaravit.

Eodem igne quidam, qui & Marcionis haereſi contaminaverat fidei integritatem, & ſeſe Epiſcopum venditabat, cum praeſtantiſſimo hoc Viro noſtro damnatus eſt. Is vero, quamquam a veritatis ſemita aberraret, incerto tamen actus juſtitiae ſtudio, iiſdem ſeſe flammis conſumendum una cum Sanctis Dei Martyribus dedit. Igni damnatur, una cū Epiſcopo Marcionis ſectae addicto.

Sanctus autem Chriſti Martyr Petrus ex agro Eleutheropolitano in vico Anea ortus eſt, & praeclarum, quem retulimus, Certaminis ſui exitum fortitus, cum illuſtribus Chriſti Athletis aeternae Vitae praemium obtinuit. S. Petri patria.

A D M O N I T I O

In Martyrium Sanctae THEODOTAE Martyris.

S. Theodotae nomen & Acta hucuſque ignota.

QUum inter Sanctorum Martyrum Certamina, quorum nobis Chaldaicus Nitrienſis Cod. Vatic. I. monimenta ſervavit, Theodotae meretricis Martyrium tam acerbitate ſuppliciorum, quam muliebri fortitudine, ac multitudine eorum, qui virtutis illius exemplo confirmati ſunt, maxime emineat, eo nobis magis commendari, majorique in pretio eſſe debet, quod Martyris hujus memoriam nuſquam alias aut celebratam aut indicatam inveniamus. Theodotam quidem Martyrem ad XVI. Kal. Auguſti Romanum Martyrologium memorat, ſed pro Sacrarum Imaginum cultu ſub Leone Iconoclaſta Conſtantinopoli paſſam; ut eo die pluribus narrant Graeci in Menologio. Alteram item Theodotam Martyrologium idem VI. Nonas Auguſti, Menologium vero ad IV. Kal. ejuſdem menſis, cum tribus filiis Nicaeae in Bithyuia Martyrio perfunctam. Sed utraque a Theodota meretrice diverſa eſt.

Vindicantur.

Etſi autem quiſquis ſeſe in verſandis Sanctorum Actis exercuerit, dubitare non poteſt, quin haec germana & ſincera ſint Acta Martyrii; eadem tamen pro virili vindicare conabimur, ubi quid fortaſſe Lectores morari poſſit. Ac primum omnium, in qua Perſequutione Martyrium Theodotae contigerit, haud facilem habet explicatum. Nam ipſa temporis deſignatio, quae lucem adſerre deberet, tenebras potius offundit; ita enim Acta exordiuntur: ܒܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܒܝܪܚܐ ܐܝܠܘܠ ܒܥܪܘܒܬܐ *Anno ſextenteſimo quadrageſima ſecundo, menſe Septembri, feria ſexta*; non alphabeticis literis, aut numeralibus notis, quibus mendum facile poſſit obrepere, ſed verbis integris ac diſertis. In quem autem Chriſti annum competere dicamus annum illum 642. quum Acta non explicent, a quanam Epocha ducatur ac numeretur? Hanc igitur Epocham primo loco ſtatuamus, decernamuſque, a quonam initio aera illa decurrere coeperit: *Apud quos enim temporis ratia non cohaeret*, ut recte ſcripſit Tatianus, *apud illos neque veritatis, neque fidei hiſtoricae ratio ulla conſtare poteſt*.

Theodotae Martyrium ultra annū Chriſti 324. differri non poſſe.

Multa nobis ex Actis conſtant, quae ad deſignandum Martyrii tempus valde conducunt. I. Theodotam paſſam eſſe inter ipſa perſequutionis initia: *Anna* 642. *menſe Septembri feria ſexta perſequutio in nos excitata eſt in urbe Philippi. Nam Agrippa Praefectus ſolenne Diis ſacrificium, & Apollini feſtum facturus, edixit, ut amnes iiſdem immolarent ... Quum autem Theodata meretrix edicto abtemperare recuſaret*. II. Perſequutionem illam non populari tumultu, aut privato Praeſidis odio, ſed Imperialibus edictis excitatam; ait enim Agrippa: *Legi Imperatorum obtempera, Theodata*. III. Theodotam non quaeſitis criminum coloribus, ſed Chriſtianae Religionis nomine damnatam. IV. Perſequutionem, qua Theodota exſtincta eſt, eam fuiſſe, quae non ſolos Eccleſiarum Praeſides, aut miniſtros, aut milites exagitaret, quaeve ſolam bonorum, aut munerum aut patriae jacturam, ſed quae ſuppliciorum acerbitatem capitalemque ſententiam mulieribus etiam intentaret. V. denique, Perſequutionem illam ſub Imperatoribus, non utcumque Eccleſiam vexantibus, ſed ethnicis, & ad Idolorum cultum Chriſtianos compellentibus, eſſe quaerendam.

His conſtitutis, quae ex ipſis Actorum verbis planiſſima ſunt, ſequitur Martyrii, de quo agimus, tempus ultra annum Chriſti 324. differri non poſſe; jam tum enim Conſtantino ſolo rem Romanam gerente, ab ethnicorum Imperatorum edictis nullum Chriſtianae Religioni intra Romani Imperii fines bellum fuit. Qui enim poſt pacem a Conſtantino M. Eccleſiae redditam Martyrii palmam adepti ſunt, vel ſub haereticis Principibus, vel ſub barbaris ſive extra Romani Imperii fines, ſive Romanas provincias vaſtantibus, pro vera Religione occubuerunt.

Haud equidem inficior, Julianum poſt Conſtantini tempora immani contra Chriſtianos odio, inſanoque partim retinendae, partim reſtituendae Idololatriae ſtudio flagraſſe. Sed is *Chriſtianam religionem arte potius, quam poteſtate inſectatus, ut negaretur fides Chriſti, & Idolorum cultus ſuſciperetur, honoribus magis provocare, quam tormentis cogere*

cogere ſtuduit ; ut ſcribit Paulus Oroſius lib. 7. hiſtoriar. cap. 30. Imo vero tametſi leges ediderit, quae vel Epiſcoporum diſcordias ſererent aut foverent, vel Clericorum diſciplinam, Chriſtianaeque plebis pietatem labefactarent ; gloriam tamen Martyrii iuvidens Chriſtianis, *Populis Civitatum palam interdixit*, inquit Sozomenua lib 5. hiſt. Eccleſ. cap. 5. *ne quem Chriſtianum aut injuria adficerent aut contumelia, neve invitas ad ſacrificandum traherent*. Id quod ſaepe Julianus ipſe de ſe fatetur. Iu Epiſtola enim 7. ad Artabium : *Ego*, inquit, *per Deos, neque interfici Galilaeos, neque caedi praeter jus & aequum, neque moleſtiae quidquam perpeti volo ; ſed tamen iis pios & ſanctos viros praeferendos eſſe vel maxime cenſeo*. Et rurſus in Epiſt. 43. ad Ecebolium : *Equidem de Galilaeis omnibus adeo clementer, & humaniter ſtatui, ut nemini vis inferatur, neque in templum trahatur, neque alia de re ulla praeter voluntatem ſuam contumelia adficiatur*.

Temere proinde ſcripſit Philoſtorgiua lib. 7. initio ad annum 361. tributam per edicta Juliani Gentilibus poteſtatem, quodcumque animo conlibuiſſet faciendi, eoque Chriſtianos in mala incredibilia fuiſſe conjectos, *gentibus ubique omnis generis malitiam novaſque quaeſtiones & acerbiſſimas mortes his infligentibus*. Verum quidem eſt, ſub Juliano caedes Chriſtianorum factas eſſe truculentiſſimas, adeo ut non defuerint, ubi veluti victimae aris imponerentur. Socrates lib. 3. hiſt. Eccl. cap. 13. *Tunc etiam pagani in Chriſtianos irruerunt, & concurſus factus eſt eorum, qui ſe Philoſophos praedicabant. Quin etiam neſanda quaedam myſteria ab illis excogitata ſunt ; ita ut pueros impuberes utriuſque ſexus immolarent, extaque eorum inſpicerent, carnes denique deguſtarent*. Sed exempla illa crudelitatia aut privatorum aut populari furori, non Juliani edictis adſcribenda ſunt, qui utcumque Chriſtianorum caedibua apud animum ſuum gauderet, illas certe nunquam aut imperitavit legibus aut probavit. Imo vero quum Gazenſes Euſebium, Neſtabum, & Zenonem truciter necaſſent, *metuere coeperunt*, inquit Sozomenus lib. 5. cap. 9. *ne Imperator ipſos impune abire non fineret. Jam enim rumor ſparſus fuerat, indignari illum, & decimum quemque ex plebe necari ſtatuiſſe*. Non fuiſſet autem aut timori aut rumori locus, ſi Julianus legibus ſuis eam Gentilibus, quam Philoſtorgiua narrat, poteſtatem feciſſet.

Itaque Baronio ad annum 362. Martytium Philippi Heracleenſis ad Juliani Imperium referenti, adſtipulari non poſſumus ; tota enim judicii & quaeſtionis ſeries a Juliani temporibus abhorret. Baſſus enim Praeſes Philippo ait : *Legem Imperatoris audiſtis jubentis nuſquam colligere Chriſtianos, ut in toto orbe terrarum hujus ſectae homines aut ad ſacrificia convertantur, aut pereant*; quae verbia factiſque Juliani non conveniunt. Quare potior mihi eſt opinio Ruinarti, Philippum ſub Diocletiano paſſum exiſtimantis. De Gordiano, & Epimacho, quos ſub Juliano coronatos in Romano Breviario Acta memorant, quod incertum eſſe ſcribit Ruinartus, nec adfirmare audet Papebrochius, idem eſto judicium. Fateor quidem Aemilianum, ut narrat Theodoretus lib. 3. hiſt. cap. 6. ſub Juliano flammis traditum a Capitolino Thraciae Praefecto, ad quem adluſit Ambroſius epiſt. 29. ad Theodoſ. *Quot ſe offerre habent tali optioni, quum meminerint tempore Juliani, illum, qui aram dejecit, & turbavit ſacrificium, damnatum a Judice feciſſe Martyrium !* At Aemilianus, non quod Chriſtianua eſſet, ſed quod aram evertiſſet, & ſactificium diſturbaſſet, damnatus eſt, ut Ambroſii verba, & Theodoreti narratio docet.

Atqui de Martyribus ſub Juliano fruſtra contendimus, quod ad rem noſtram adtinet ; quum annus 642. a quacumque demum Epocha ducatur, in Juliani Imperium incurrere nequeat. Nam Julianus anno Chriſti 360. ad Auguſtam dignitatem evectus eſt, & anno 363. e vivia exceſſit. Quod ſi lubeat Caeſareae dignitatis tempus ad ejus imperium adjicere, ab anno 355. uſque ad 363. Regnum tenuit. At annus 642. Alexandreae ſive Graecorum aerae concurrit cum anno Chriſti 331. Syro-Macedonum autem epocha nulla eſt, cujus annus 642. non pertineat ultra annum Chriſti 384. hoc eſt, poſt obitum Juliani. Quod ſi ad epocham obitus Alexandri reſpiciamua, annus ille 642. non minus 36. annia Caeſareum Juliani imperium antevertit. Ad Juliani igitur tempora & perſequutionem Martyrium Theodotae referri nequit.

Martyrium S. Theodotae non poſſe ad Diocletiani perſequutionē pertinere.

Quiſpiam fortaſſe quum videat Theodotae Martytium Diocletianeam crudelitatem referre, & tam quaeſtionem, quam ſupplicia temporum illorum conditioni adprime conve-

venire, in ea perſequutione Theodotam Martyrium obiiſſe putaverit. At annus ille 642. a quonam initio putabitur, ut in Diocletiani perſequutionem incidat? Atqui Scriptores & Calligraphos, inquies, interdum pro arbitrio aeras adponere non ignoramus. Nam ſaepe annos Imperatorum numerant, ut & Lucas: *Anno quinto decimo Imperii Tiberii Caeſaris*; ſaepe etiam Praeſidum, ut paſſim Syri, ſaepe Patriarcharum, ut Conſtantinopolitani. Monachi vero interdum ab exſtructis Monaſteriis; ſaepiſſime etiam ab inſigni aliquo eventu, ut apud Evagrium lib. 6. hiſt. Eccl. cap. 7. *Anno ſexageſimo primo a prioribus terraemotibus*; adeo ut non defuerit, qui annos computaret ab aedificato Templo S. Sophiae, cujuſmodi aeram ſe legiſſe in MS. Cod. Florentino, teſtatur Bernardus de Montſaucon lib. 1. Palaeograph. Graecae cap. 5. nec abſimiles paſſim obſervant, qui MSS. Codices verſant. Quid igitur, ſi Actis noſtris, quae Graece ſcripta, aut Chaldaice, ſeu Syriace verſa in Urbe Alexandria fortaſſe fuerunt, aeram Alexandriae conditae praeſcriptam dicamus, eorumque ſcriptorem vel interpretem Romanos imitari voluiſſe, annos Urbis conditae numerantes? Porro Alexander octo ante annis, quam fatis cederet, Alexandriam condidit, hoc eſt, anno ante Chriſtum 331. ac proinde annus 642. ab Alexandria condita concurrit cum anno Chriſti 311. eum ipſo ſcilicet Diocletianeae ſive Galerianae perſequutionis aeſtu. Hac autem aera conſtituta explicatiſſime procedunt omnia, quae leguntur in Actis, praeſertim quod plures Imperatores dicantur Diis immolare & immolandum praecipere: quod quidem extra Diocletiani perſequutionem aegre cum Actis noſtris conciliari poterit.

At enimvero quiſquis aeram quampiam non vulgarem, neque in uſu poſitam uſurpat, nunquam annos numerat, niſi indicata epocha & initio, unde ducuntur. Nam annorum numerum conſcribere, eorumque initium diſſimulare, hominis eſt abutentis & otio ſcribendi, & patientia Lectorum. Quid enim ſi Evagrius ſexageſimum primum annum deſignaſſet, neque addidiſſet, *a prioribus terraemotibus*? Quam inde temporis cognitionem haurire liceret? Quum igitur Actorum noſtrorum Scriptor aerae initium non expreſſerit, procul dubio aeram uſurpavit, non pro arbitrio adhibitam, ſed uſu non ignotam; cujus propterea initium ad temporis cognitionem non neceſſe erat conſignare. Aeram igitur Urbis Alexandriae quum nemo hactenus memoraverit, ſi pro animi ſui ſententia ſcriptor conſcripſiſſet, addidiſſet certe, *anno 642. ab Alexandria condita*.

His adcedit, quod tametſi aera Urbis Alexandrinae uſu Scriptorum trita eſſet, nihil inde lucis Actis adſerret. Enimvero cum perſequutionis alicujus initio concurrere debet aera, quam veſtigamus. Perſequutio autem Diocletiani anno Chriſti 303. coeperat, anno vero 311. annus ejus jam octavus vertebat; ut paſſa dici non potuerit Theodota, quum *perſequutio excitata eſt*. Ac licet interdum edicta ſerius ad remotas provincias pervenerint, & propterea alibi quidem adulta, alibi vero primum erumpens eadem perſequutio deprehendatur; id certe de Macedonia & Thracia ſuſpicari non poſſumus; Illyrico enim, ubi ſedem Galerius fixerat, proxime adjacebant, jamque ibi multos Chriſtianorum abſumſerat perſequutio. Etenim, ut de aliis taceam, Agape, Chionia, & Irene paſſae ſunt Theſſalonicae, Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Coſſ. hoc eſt, anno Chriſti 304. Praeterea menſe Septembri anni 311. perſequutio ceſſaverat, ex edicto Galerii, quod recitat Euſebius lib. 8. cap. 17. & Lactantius de mortibus Perſequutorum cap. 35. qui pridie Kal. Majas fuiſſe propoſitum ac promulgatum diſerte tradit; egregieque Pagius ad annum 311. num. 12. & 13. refutat Valeſium, qui ante menſem Martium, & Tollium, qui pridie Kal. Februarias manaſſe voluit.

At dicat quis, eodem illo anno 311. renovata eſt perſequutio a Maximino, quum per menſes aliquot quieviſſet. Ait enim Euſebius lib. 9. cap. 2. *Verum ille honeſtatis & bonorum omnium inimicus Tyrannus, qui, ut ſupra diximus, in Orientis partibus imperium gerebat, quum hunc rerum ſtatum diutius ferre non poſſet, ne ſex quidem integris menſibus paſſus eſt eum permanere*: ὐδ᾽ ὅλως ἐπὶ μῆνας ἓξ τῶν ἐπιπλεῖον τὸν τρόπον ἀνέσχετο: Nihil igitur vetat, quo minus tunc excitata dicatur perſequutio, quum a Maximino redintegrata ac renovata eſt, ſive iterum excitata; ita ut initium quodammodo perſequutionis anno 311. inveniatur.

Verum in menſem Septembrem renovata haec perſequutio cadere non poteſt. Verba

ba enim Euſebii luculenter docent, dies quidem aliquot deſuiſſe ad explendum ſextum menſem, ſed quintum jam fuiſſe totum in pace Eccleſiae tranſactum. Praeſertim quum ibi Euſebius Maximini furorem, & celeritatem inſtauratae perſequutionis oſtentare conaretur. Quamobrem niſi quintus menſis Chriſtianae pacis omnino praeteriiſſet, ſcribere debuiſſet: *Ne quinque quidem menſibus integris*. Quoniam igitur a Kal. Maji pacem agitarunt Chriſtiani ſex menſes, licet non integros, totum certe Septembrem, quo menſe Theodota paſſa eſt, ab omni perſequutione vacarunt. Initium proinde renovatae perſequutionis, ex Euſebii ſententia, in Octobrem incidit; ac recte obſervaverat Pagius ad annum 311. num. 20. ea, quae narrantur a Lactantio, circa Novembrem coepta eſſe, ideoque inſtauratam perſequutionem circa feſta Quinquennalia Maximini, quae in Novembrem incurrebant. Quamquam diebus aliquot ante Novembrem oportet revixiſſe perſequutionem, ut a Kal. Maiis ſex menſes non integros habeamus.

Neque vero ſola temporis conſignatio, ſed locus etiam Martyrii hanc de Maximini perſequutione conjecturam evertit. Enimvero neque in Thracia, neque in Macedonia, ad quas ſolas provincias urbs illa Philippi pertinere poteſt, imperitavit unquam Maximinus. Scio doctiſſimum Noriſium in diſſert. de Nummo Licinii cap. 2. ſcripſiſſe de Licinio & Maximino: *Utri Thracia contigerit, in obſcuro latet. Quiſpiam Maximino potius deputavit, quod exorto inter utrumque bello, Maximinus in Illyrico cum Licinii copiis conflixit. In Thracia autem prior belli turbo detonuiſſet, ſi haec ad Licinium ſpectaſſet, neque Maximinus tantas ex Aſia copias in hoſtili litore expoſuiſſet, ſi nullum in Europa portum poſſediſſet*. Sed haec quum ſcriberet Vir cl. librum Lactantii de mortibus perſequut. nondum viderat, in quo legimus: *Maximinus audito nuncio obitus Galerii diſpoſitis ab Oriente curſibus pervolavit, ut provincias occuparet, ac Licinio morante omnia ſibi uſque ad fretum Chalcedonium vindicaret*. Itaque tantum abeſt, ut Maximinus ad Thraciam uſque imperii fines extenderit, ut ne ambitionem quidem ſuam illuc protulerit, quippe qui provincias ultra fretum Chalcedonium poſitas minime adfectarit. Noriſium vero tranſverſum egit error Zoſimi ſcribentis, primum Maximini praelium cum Licinio commiſſum eſſe in Illyrico, quum Lactantius adfirmet, acies concurriſſe in campo, *quem ſerenum vocant*, jacentem nimirum inter Hadrianopolim & Heracleam, Thraciae urbes. Deinde falſum eſt illud, quod Maximinus copias in hoſtili litore expoſuerit; nam ad fretum Chalcedonium ſubſiſtere coactus fuit, objectis ſibi ex oppoſito Thraciae litore copiis Licinii, ut ibidem Lactantius. Licinio igitur una cum Macedonia etiam Thracia parebat; neque ullus ſupereſt conjecturis locus, ut Martyrium Theodotae ad Diocletianeam perſequutionem, ſive ſub Galerio furentem, ſive ſub Maximino reparatam referatur.

Mihi quidem facillime cuncta explicari poſſe videntur, quae ex Actis conſtant, ſi annos in aera nec arbitraria nec inſueta, ſed vulgatiſſima numeremus, in aera nimirum Alexandrea. In hac autem deducenda alius aliud initium ſpectavit. Aera Seleucidarum, quae Graecorum dicitur, eſtque in maximo apud Syros & Arabes uſu, quam ipſi Aeram Contractuum nominant, ab anno poſt Alexandri exceſſum duodecimo capit initium. Atqui nonnullos hanc ipſam ab Alexandri obitu numerare teſtatur Petavius lib. 10. de doctrina temp. cap. 43. quos prochroniſmum duodecim annorum admittere merito reprehendit. Ab Alexandri etiam obitu alia incipit aera, quae dicitur Philippi & obitus Alexandri, aeramque Seleucidarum ſive Graecorum duodecim annis praevertit; de qua non ſolum copioſe tum veteres tum recentiores Chronologi diſſerunt, ſed uſus etiam Scriptorum perhibet nobis teſtimonium. Nam Bernardus de Montfaucon loc. cit. ubi Calligraphorum varias aerae adponendae conſuetudines memorat: *Non deſunt*, inquit, *qui annos numerent a morte Alexandri & ab initio Regni Philippi Aridaei*. Hanc epocham ſi ſtatuamus, atque ab ea annos 642. multiplicemus, ad ea tempora, eamque perſequutionem deveniemus, quae characteres in Actis expreſſos adamuſſim repraeſentent.

Aera Actis præſcripta definitur.

Porro Cenſorinus lib. de die natali cap. 21. ubi inſignium epocharum titulos conſignavit, ait, annum illum, quo ipſe ſcribebat, Ulpio ſcilicet & Pontiano Coſſ. fuiſſe ab Olympiadum initio 1014. a Roma condita 991. Julianum 283. Auguſtorum 265. Nabonaſſaris 986. Philippi vero & obitus Alexandri 562.

Pro-

Profecto annus, cui nomen dederunt Ulpius & Pontianus, ſive Pius & Pontianus, ut Faſti Theonis & Noriſiani, ſive An. Pius, & Pontianus Proculus, quod praeſert Pagius, eſt annus Chriſti 238. ut planiſſime poſt Calviſium & Petavium demonſtrat Pagius, qui ad annum illum 238. *Nihil*, inquit, *hodie certius in Chronologia, quam praefatos annos cum anno aerae Chriſtianae 238. concurrere*. Annis igitur aerae obitus Alexandri 562. & aerae Chriſtianae 238. in unum concurrentibus ſi addantur anni 80. habebimus in utraque aera ſimul concurrentes, in Philippaea quidem & obitus Alexandri 642. in Chriſtiana vero 318. ex quibus conſequitur, Theodotae Martyrium non niſi Licinianae perſequutioni eſſe adſignandum. Anno enim Chriſti 318. Romanum Imperium Conſtantinus, & Licinius obtinebant.

Atqui magni nominis pariſque diligentiae Critici plerique omnes in conſtituenda Licinianae perſequutionis epocha noſtrae huic ſententiae reſragantur. Nam praeter Baronium, qui mendoſa ſubſcriptione L. 1. Cod. Theod. de Veteranis deceptus, coepiſſe putavit Licinii perſequutionem anno 316. deſiiſſe vero anno 318. quo Conſtantinum cum Licinio debellaſſe cenſuit; Petavius, qui ad ſuos temporum cardines revocare ſuſcepit Liciniana contra Conſtantinum bella, quibuſcum perſequutionis epocha inligata eſt, anno 319. initium perſequutionis adfixit lib. 13. de doctr. Tempor. Pagius, qui eadem ſibi *retractanda & adcuratius diſcutienda* ſibi ſumſit, Martyres, qui in Liciniana perſequutione paſſi celebrantur, non ante annum 319. conſummatos eſſe contendit ad annum 316. Baluzius ad Lactantium de mortibus perſequut. in anno 320. ejus perſequutionis epocham locat. Tillemontius vix evinci poſſe, ait, Licinii perſequutionem coepiſſe ante annum 320. Quorum judicia ſi vera ſint, aera obitus Alexandri, quam Actis conſignatam dicimus, nullius perſequutionis initium repraeſentat. Sed in conſtituenda Licinianae perſequutionis Epocha a tantorum virorum ſententia graviſſimae nos rationes revocant, quas ordine explicabimus.

Quo tempore Licinius Chriſtianos perſequi coeperit.

Duas a Licinio excitatas perſequutiones diſtinguere oportet, utramque ſane immitem ac cruentam, ſed alteram quidem occultam ac latentem, alteram vero apertam ac palam ſaevientem, quam a Tyranni nomine Licinianam nuncupamus. Imo vero ſi rem curioſius, ſed verius expendamus, tripartita videtur Licinii perſequutio. Nam primum quidem nullis artibus tecta ſub Galerio deſaeviit; deinde vero quum ſolus Conſtantinus Licinii collega eſſet, partim metu, partim Imperii foedere occulta fuit, & Chriſtianos per vices ſubinde exagitavit, denique diſſociato foedere, & inter utrumque Imperatorem bello erumpente, propriis Licinii edictis commota eſt. Tertiae hujus, quae proprie Liciniana perſequutio nuncupatur, initia heic inquirimus; ſed pauca de duabus prioribus delibare operae pretium erit, ut de Tyranni ingenio, & indole perſequutionis, quam verſamus, certius aeſtimari, ac judicari poſſit.

Licinium jam tum ab anno 307. quo ad purpuram a Galerio evectus eſt, inter perſequutores Eccleſiae operam ſuam profeſſum eſſe, minime quidem a vero abludit. Nam Idololatriae ſtudio, & Chriſtianae Religionis odio incredibili furebat, & Galerius, cujus beneficio Imperium adeptus erat, ad exitium Chriſtiani nominis perdite incumbebat, eique Magiſtratus ubique obſecundabant; ut propterea incredibile videatur, Licinium hac in parte a Galerio diſſenſiſſe. Atque Euſebius quidem diſerte videtur inter Perſequutores Licinium Galerii Collegam numerare; ait enim lib. 8. cap. 16. *Tum Principes illi ipſi, qui bellum adverſus nos olim geſſerant*: αὐτοὶ δὴ ἐκεῖνοι δι' ὧν πάλαι τὰ τ̃ καθ' ἡμᾶς ἐνηργεῖτο πολέμων: *repente praeter omnium ſpem mutata ſententia palinodiam cecinere, humanis erga nos edictis & mitiſſimis conſtitutionibus ardentiſſimum perſequutionis incendium reſtinguentes*. Ex Imperatoribus autem, qui in ea perſequutione contra nos bellum geſſerant, ſoli ſupererant Licinius, & Galerius, quum edicta illa mitiſſima propoſita ſunt. Nam Diocletianus & Maximianus jam ſe Imperio abdicaverant, Conſtantinus vero ab impietate & immanitate contra Chriſtianos ſemper abhorruerat. Palinodiam igitur nonniſi Galerius, & Licinius cecinerunt; atque utrumque proinde bellum contra nos geſſiſſe adfirmat Euſebius.

Tyrannum igitur adpellari potuiſſe Licinium jam ab anno illo 307. mihi quidem valde probatur. Nec Pagio adſentiri poſſum, Papebrochii conjecturam reſutanti, qua

pu-

putavit, in Epitaphio S. Marcelli, a Damaſo compoſito, *Tyranni* nomine Licinium indicari. Pagii verba ſunt: *Immerito Papebrochius Bollandum reprehendit, & exilium Marcello irrogatum in Licinium transfert; cum is uſque ad annum* 319. *Chriſtianis faverit, etſi Chriſtianus non fuit, ſeipſum talem ſimulaverit*. Etſi enim Papebrochii ſententiam, & Epitaphii interpolationem minime laudo; non recte tamen rejicitur ex eo, quod Licinius uſque ad annum 319. Chriſtianis faverit, ac ſe Chriſtianum eſſe ſimulaverit.

Sed & quae de vera aut ſimulata Licinii religione ſcribunt ac ſentiunt docti viri, non ſatis ad verum exacta mihi videntur; ſaepe enim illis ipſis argumentis, quibus ſuperſtitionem ſuam Licinius aperit, Chriſtianam ipſius Religionem adſtruunt, & confirmant; ſive quod impune ac palam Chriſti Religionem exerceri permiſerit, ſive quod Chriſtianis injunxerit, ut Deum ſuum pro ſua ipſius ac Reipublicae ſalute orarent, ſive quod Crucem nummis impreſſerit; haec enim, licet benevolum erga Chriſtianos animum oſtendant, abjectam tamen ex animo ſuperſtitionem, ejuratumque Idolorum cultum non evincunt; imo vero ex ipſa plerumque Idololatriae diſciplina profecta ſunt. Inſederat enim animis Ethnicorum opinio, Divinum Numen omnibus aeque religionibus honorari ac propitium fieri; quoſdam praeterea peculiares eſſe gentium, populorum, ac ſectarum Deos, quos contemnere ac violare impium ducebant, & quos potius ſibi conciliare quacumque ratione ſatagebant. Unde ignotis etiam Diis arae exſtructae, inſcriptaeque ſunt apud populos ceteris ſuperſtitioſiores, ne quem ſcilicet aliarum gentium Deum ſine cultu praeterirent; ac Romani magnam ſibi adſumſiſſe religionem videbantur, ſi nullam reſpuerent falſitatem. Hinc Tiberium, Alexandrum Mammaeae, alioſque Idolis addictiſſimos, Chriſto etiam inter ceteros Deos cultum adhibuiſſe, mirum videri non debet. Fruſtra igitur Triſtanus, Patinus, & Pagius de Cruce in nummis Licinii impreſſa anxie quaerunt, ut inde Chriſtianae Religionis argumentum ducant. Potuit enim Labarum, & Crucem nummis Licinius imprimere eadem illa ſuperſtitione, qua tripus Apollinis, ſerpens Aeſculapii, tridens Neptuni paſſim excudebantur; ut nimirum inter ceteros Deos Chriſtum connumerare profiteretur. Quod tamen non Chriſtianum, ſed ſuperſtitioſiſſimum animum praeſefert.

Utrum autem ad Chriſtianorum religionem Licinius animum aliquando adjunxerit, conjecturam quoque facere licet ex oratione, quam habuit ad primores exercitus, quum eſſet pugnam cum Conſtantino commiſſurus: *Viri amici*, inquit, *& commilitones, hi quidem, quos colimus, & quos ab ultimis uſque majoribus colendos accepimus, Dii ſunt patrii. Iſte vero, qui adverſarum nobis partium copias ducit, moribus inſtitutiſque majorum violatis, ad impiam nullos credentium Deos opinionem deſcivit; peregrinum quemdam, neſcio unde quaeſitum, temere amplectens Deum. Quin etiam turpiſſimo ejus ſigno exercitum ſuum dehoneſtat*. Quae quidem verba tria nobis potiſſimum inſinuant. I. Licinium ſemper Idolis fuiſſe mancipatum, & a Chriſto alienum. II. ejus Exercitum ex Idololatris fere coactum. III. Conſtantinum a colendis Idolis ſerio abhorruiſſe, & unum Deum Chriſtum coluiſſe: *Unus ille, neſcio unde profectus, Conſtantini Deus*.

Odium ejuſmodi Licinianum in Chriſtianos ſaepe Conſtantini metu repreſſum, ſubinde cauſſis ſeſe ſuggerentibus erumpebat. Praecipuae autem cauſſae fuerunt bella, & ſimultates, quae inter utrumque Imperatorem interceſſerunt. Euſebius lib. 10. cap. 8. *Porro quum Conſtantino bellum inferre ſtatuiſſet, ſimul etiam adverſus ſummum omnium Deum, quem a Conſtantino coli cognoverat, praeliari inſtituit*. Sozomenus vero lib. 1. cap. 7. *Licinius vero, qui antea Religionem Chriſtianam coluerat, poſt cladem illic* (ad Cibalim) *acceptam*: Λικίνιος δὲ μετὰ τὴν ἐνθάδε ἧτταν, πρότερον τὰ τῶν Χριστιανῶν, πρεσβεύων. (πρεσβεύω heic non profiteri cultum religionis, ſed honorem habere ſignificat) *animo mutatus, multos Sacerdotes, qui in ſuis partibus degebant, graviter adflixit. Sed & alios plurimos, ac praecipue militaris ordinis viros, male multavit. Etenim ob diſſidium, quod ipſi erat cum Conſtantino, Chriſtianis ſupra modum erat infenſus, ex eorum calamitatibus maximum dolorem Conſtantino allaturum ſe eſſe ſperans: ſimul etiam exiſtimans, Eccleſias Chriſtianorum id unum optare, ac ſtudere, ut illum ſolum Imperatorem haberent*. In militarem autem ordinem eo maxime ſaevitum eſt, quod plerique religioni ducerent,

con-

contra Conſtantinum, ſeu contra ſignum Crucis, quod Conſtantini copiis praeferebatur, arma ſumere.

Eccleſiam igitur Licinius aperto capite, ut loquitur Euſebius, perſequi coepit poſt cladem Cibalenſem; nam redintegrata deinde inter Imperatores concordia, inter cetera pacta conventa id praecipue cautum voluit Conſtantinus, ut Licinius ab inſectandis Chriſtianis abſtineret. Jam igitur illos vexare & opprimere ſuſceperat. Quamobrem ſtare non poteſt Pagii ſententia, obnixe contendentis, Martyres omnes, qui ſub Licinio paſſi dicuntur, non eſſe ante annum 319. abſumtos. Sed quoniam apertae Licinianae perſequutionis nomine eam intelligendam Scriptores volunt, quae nullo deinceps foedere Imperii ſedata eſt, ſed ad ultimam Tyranni cladem duravit, quamque Pagius ante annum 319. incipere non potuiſſe certiſſimis argumentis demonſtraturum ſe pollicetur; hanc etiam ante eum annum initium cepiſſe, ex illis ipſis Pagii argumentis demonſtrabimus.

Gemina ſunt Pagii fundamenta in binis Martyrum Actis locata, Baſilei ſcilicet Epiſcopi Amaſeni, & Theodori Ducis. Baſileum autem paſſum eſſe circa perſequutionis initium, ex confeſſione Baronii pro certo ſtatuit, ejuſque agonem, ex teſtimonio Nicephori, poſt Theodori Ducis mortem eſſe conſummatum. Acta igitur Baſilei, & Theodori diligentius excutiamus, ut ante annum 319. perſequutionem coepiſſe planum faciamus. *Obiit Baſileus*, inquiunt Acta apud Bollandum 26. Aprilis, *menſe Martio vigeſimo octavo die; ſepultus vero fuit in ſacri ſui gregis urbe menſe Aprili vigeſimo ſexto*. Obitum quidem S. Martyris in annum 319. incidiſſe non inficior, ſed perſequutionem jam ante excitatam, aperte docent Acta, ex quibus excerptam hyſtoriae ſynopſim ſubjicio.

Licinius ſolius & veri Dei fidem reprobavit, idque poſt juſjurandum illud, quod Conſtantino ſaepius expoſuit, nullo unquam tempore ſe a Chriſtianorum fide defecturum, ſed illius ſe fore propugnatorem. Quae ſua promiſſo pro nihilo faciens, Idolis ſacrificio offerens, & violenter Senatorias mulieres abripiens, omnes Chriſtianos e domo ſua procul fugavit... Quum igitur ſine impedimento aliquo talia ab ipſo DIUTIUS *fierent, una quoedam puella Glaphyra nomine ad ſtuprum a Licinio per Benignum Cubicularium provocata, cum eo miſceri exhorreſcens, arcanum illud Reginae ipſi aperire auſa eſt. Haec quum Regina didiciſſet, &c.* illam primo occultavit eo nomine, quod delirio correpta moritura videretur; poſtea vero opportunum tempus nacta multum auri & argenti, regiumque ornatum & omnem ſupellectilem, necnon pueros illi dedit, eamque miſit in Armeniae regionem *&c.* Dei autem providentia factum eſt, ut illi in urbem Amaſeam venirent, ubi Epiſcopum convenere, qui Baſileus adpellabatur. Quum autem in urbe Amaſea Templum Chriſtianis non eſſet, adlatam ſecum pecuniam Glaphyra ad illud aedificandum contulit, atque ut compleri poſſet, novam pecuniae ſummam a Conſtantia poſtulavit, quam Conſtantia lubentiſſime ſubmiſit, & puellam Epiſcopo per literas commendavit. *Temporis intervallo* iniquioris Daemonis arte factum ajunt, ut Glaphyrae literas Benignus ille, de quo diximus, invenerit. Quibus lectis, quum audiſſet puellam vivere, & apud quemdam virum Amaſeae eſſe, Regi Licinio hoc pateſecit. Qui quum mirum in modum furore adcenſus fuiſſet, illa ipſa hora ad Provinciae Praeſidem edictum miſit, quo jubebat Baſileum ipſum, & famulam Glaphyram ferreis vinculis ligatos ad ſe mitti. Quum autem interea Glaphyra diem obiiſſet, Baſileus ad Licinium miſſus eſt, quem promiſſis, minis, ſuppliciiſque fruſtra tentatum tandem capitis damnavit, & in mare demergi juſſit.

Si quae autem fides Actis hiſce, quibus nititur Pagius, habenda eſt, Pagii ſententia conſiſtere non poteſt. Enimvero Licinius jam Chriſtianos e ſuo Palatio expulerat, atque in adfligendis Chriſtianis *diutius* perſtiterat, antequam Glaphyram de ſtupro interpellaret. Glaphyra autem tamdiu a Regina occultata eſt, *donec opportunum tempus* clandeſtinae fugae adſuit. Dies autem complures iter abſumſit, donec Amaſeam perveniret, ubi quinto die ad Epiſcopum deducta eſt. Templum autem exſtrui non potuit, ſive aedificium eo perduci, ut pecuniam omnem a Glaphyra adlatam exhauriret, intra paucos dies. Sed & temporis nonnihil effluxit, dum literae Nicomediam a Glaphyra ad Conſtantiam, & ab hac ad Glaphyram commearent. Glaphyrae autem literae non ſtatim, ſed *temporis intervallo* deprehenſae a Benigno, interceptaeque ſunt, reſque ad Licinii

cinii mandata ad Praeſidem, iter Baſilei ad Licinium, necnon quaeſtiones de Baſileo habitae, dies compluſculos poſtulabant. Quae quidem omnia geri potuiſſe a Kal. Januarii ad diem 28. Martii nunquam adducar, ut credam. Minimum igitur Chriſtiani e Palatio pulſi, & perſequutio excitata eſt anno proxime ſuperiori 318.

Acta modo Theodori Ducis penitus exquiramus, ut ex illis ipſis Pagii ſententiam refutemus. Enſe fuiſſe conſummatum Theodorum *Februarii menſis die ſeptimo, Sabbatho, hora tertia diei*, Acta teſtantur apud Bollandum ad 7. Febr. Hinc confici putat Pagius, Theodori Martyrium contigiſſe anno 319. cujus nimirum litera Dominicalis erat D. ac propterea Sabbathum incurrebat in diem ſeptimam Februarii. Haec autem quum Pagio libenter concedamus, initium perſequutionis ante eum annum conſtituendum eſſe contendimus, ſi Actorum fidem cum Pagio ſuſcipiamus. Eorum igitur hiſtoriam percurramus. Quum Licinius *irreconciliabilem perſequutionem excitaſſet adverſus eos, qui erant inſignes pietate, & miſiſſet per univerſam civitatem & regionem; quumque vidiſſet ſceleratiſſimus, quod magna atque infinita multitudo contemneret ejus edicta, ſtatuit inſigniores comprehendere in exercitibus & in civitatibus*. Ex cap. 1. num. 2. *Quum vero ubique quaererentur ii, qui ſunt gloriaſiores in rebus hujus mundi, ei ſignificatum eſt de quodam viro nomine Theodoro*. num. 3. Quoniam igitur anteaquam ad Licinium Theodori nomen delatum eſſet, eo uſque invaluiſſe perſequutionem teſtantur, ut Tyrannus videret ſua edicta ab infinita multitudine contemni, ante menſem Januarium ejuſdem anni 319. edicta illa procul dubio propoſita videntur. Ad haec, quae a delatione Theodori uſque ad ejus caedem geſta narrantur in Actis, aegre conjici poſſunt intra unius fere Januarii fines. Etenim quum Theodori virtutem & Chriſtianae religionis ſtudium *Licinius audiviſſet*, mittit ad ipſum a Nicomedia uſque ad Heracleam, quum prope eſſet Pontus Euxinus, Protectorem cum ſatellitibus. Illi autem quum veniſſent Heracleam, aſſidue inſtabant, ut iret Theodorus ad Imperatorem. Ex cap. 2. num. 1. Ut ſe illi ad iter compararent, atque Heracleam pervenirent, pluribus diebus opus fuit. *Tres autem dies eos detinuit* Theodorus, ac *paucis retentis, reliquos miſit ad Licinium, ad eum ſcribens epiſtolam, ne aegre ferret ipſe Imperator ad eum venire cum Diis ſuis inſignioribus, ut te, ajebat, praeſente, Diis ſacrificem. Illi autem reverſi quum reddidiſſent* epiſtolam, & *ejus expoſuiſſent prudentiam & virtutem, & decere eum non gravari ire ad ipſum. Quod ſi fiat, omnes qui locum habitant, adorabunt Deos Imperatoris. Eorum verbis inductus Licinius quum magnam congregaſſet multitudinem ad octo millia, profectus eſt Heracleam*. Mihi quidem, ſi Kalendis ipſis Januarii delatus fuiſſet Theodorus, non videtur Licinius ante diem 7. Februarii Heracleam pervenire potuiſſe. Ut omittam quae a Licinii adventu ad Theodori mortem intervenerunt, confracta ſcilicet Idola Licinii, ſupplicia Theodoro inlata, anteaquam *per dies quinque* in cuſtodia detineretur, & alia pleraque, quae fuſius narrantur in Actis. Si igitur enſe conſummatus eſt Theodorus anno 319. die 7. Februarii, perſequutio jam commota erat anno ſaltem ſuperiori 318. ſi Actorum authoritas quidquam valet.

Sed quoniam Actorum fides nutare videtur doctis viris, aliis eſt inſiſtendum argumentis, ut apertam, de qua diſputamus, Licinii perſequutionem ante annum Chriſti 319. coepiſſe demonſtremus. Porro initium ejus perſequutionis factum a pellendis de Palatio Chriſtianis nemo inficiatur, ex teſtimonio praeſertim Anonymi Valeſiani. At Licinium de Palatio Chriſtianos depuliſſe ante annum 319. haud obſcure inſinuat Suidas verbo Auxentius. Narrat enim Auxentium Licinii familiarem propterea cingulum ſolviſſe, ac de Palatina militia fuiſſe expunctum, quod quum Licinius a prandio in hortos Regiae domus animi gratia divertiſſet, & eximiae magnitudinis uvae botrum decerpendum, atque ad pedes ſtatuae Bacchi, quae fonti inſidebat, conlocandum Auxentio mandaſſet, ille, neſas id Chriſtiano eſſe dictitans, parere detrectaverit. Jam vero pomeridiana Licinii deambulatio ad fontis amoenitatem & vitem inumbrantem, uvaeque maturitas adultam aeſtatem vel autumnum praeſeferunt, hybernum certe tempus poſt Kalendas Januarias indicare non videntur. Atqui in aeſtatem vel autumnum anni 319. cadere non poſſunt; jam enim per hyemem ejus anni perſequutio adulta erat, atque in Chriſtianos gladio ſaevierat, ut Pagius contendit. Ergo pellebantur e Palatio

Chriſtifideles ante annum 319. atque adeo Septembri anni 318. ut Martyrium Theodotae, & excitatam perſequutionem adſignemus, nihil vetat; praeſertim quum conjecturae non leves huic ſententiae adſtipulentur. Nam I. ſimillimum vero eſt, Licinium repentina rabie excitatum in eas provincias primum ſaevire coepiſſe, quas Conſtantino favere impenſius verebatur, quaſque prae caeteris ob Chriſtianae religionis ſtudium ſibi ſuſpectas habebat, cujuſmodi erant, quae Conſtantinianis limitibus proxime adjacebant, Thracia praeſertim Illyrico finitima. II. Turbinem illius perſequutionis Thraciam ante alias excepiſſe, ubi nimirum Licinius degebat. Nam S. Ammon Diaconus a Rhabdo Macedoniae Praefecto miſſus a Beroë, ſive Berrhoea Thraciae Heracleam Thraciae quoque urbem dicitur ad Licinium Tyrannum, & ibidem Martyrio coronatus in Menologio Graecorum die 1. Septembris. III. Quum Licinius Chriſtianos vexaret, ut Conſtantino dolorem inureret, quod ſcribit Sozomenus, eos primum adgreſſus videtur, quorum incommoda Conſtantinus ignorare non poterat. In Thraciam igitur primus perſequutionis impetus invaſit, ibique Septembri menſe ante annum 319. Theodotam Caelo dedit.

Quod autem Scriptor Actorum diem menſis indicare praetermiſerit, ad confirmandam hanc noſtram de anno 318. conjecturam valde conducit. Fortaſſe enim quum annum & feriam adnotaſſet, diem conſulto omiſit, qui nimirum ex ipſa anni & feriae nota conſtabat, patebatque. Id autem qua ratione conjiciamus, expediam paucis. Enimvero Chriſtianos priorum ſeculorum Kalendarium Judaeorum ſequutos, annum ab Aequinoctio autumnali inchoaſſe notius eſt, quam ut argumentis ac teſtibus oſtendamus. Certe in Epiſtolis antiquorum Patrum, praeſertim quae inter Acta Concilii Chalcedonenſis exſtant, hoc initio annos numerari videmus. Potuit igitur Actorum noſtrorum Scriptor ab aequinoctio Autumnali annum 642. auſpicari. Quo dato, & illud ſequitur, unam dumtaxat feriam ſextam ad illum Septembrem menſem ejuſdem anni pertinuiſſe; ſumto enim anni initio a die 24. Septembris, quae anno Chriſti 318. fuit feria quarta, ſola dies 26. ejuſdem menſis in feriam ſextam incidiſſet; Litera enim Dominicalis anni 318. fuit E. Scriptor proinde ſupervacaneum putavit diem menſis adjicere, quam ex anni, & feriae indiciis notam eſſe exiſtimavit.

Quum haec, quae de notatione temporis, deque Aera Actis praeſcripta facile doctis viris probatum iri confidam, alia quoque nobis rationum momenta ſuppetunt ex iiſdem Actis, quae ad Licinianam Perſequutionem Martyrium Theodotae pertinere confirmant. Nam I. ea Perſequutionis indoles deſcribitur, quae ab immanitate Diocletianea nihil abhorret: qualis certe fuit Liciniana Perſequutio, quae nimirum adpendix, ſive continuatio potius Diocletianeae fuit; adeo ut a pleriſque inter Perſequutiones peculiari nomine non cenſeatur. II. Laxitas quaedam diſciplinae, ac remiſſio priſtinae Chriſtianorum fortitudinis, quae in Actis adparet, Conſtantini tempora, & conceſſae aliquantiſper pacis indolem praefefert. Quum enim Conſtantinus dictis, factiſque patronum ſe Chriſtianae Eccleſiae praeberet, pleroſque ad Eccleſiam compulit non ſincerus Religionis, aeternaeque ſalutis amor, ſed captandae Principis benevolentiae ſtudium; plurimique non ſatis per virtutem idonei, quum Perſequutionis metus abeſſet, confertim in Eccleſiam irruperunt. Hinc multitudo illa lapſorum, qui ad ſeptingentos & quinquaginta jam ſacrificare parati, exemplo Theodotae revocati ſunt. In hac autem multitudine lapſorum Liciniana tempora facile agnoſcet, qui Nicaenos Canones recolat: eademque laxitas diſciplinae indolem illam Chriſtianae pacis redolet. Qua de re teſtantur Acta S. Gordii Martyris, qui ſub Licinio paſſus eſt, ſtadium, ubi Circenſes edebantur, in quod ſe Gordius intulit, Chriſtianorum etiam multitudine fuiſſe confertum, qui, S. Confeſſore in medium proſiliente, clamorem ſuſtulere. Ejuſmodi porro ſpectaculis oeſas erat Chriſtianis per anteacta Eccleſiae tempora intereſſe. III. demum ut Licinianae Perſequutioni Martyrium Theodotae adſignemus, ſuadet, quod Meretricem mulierem vix aliis temporibus in Eccleſiam admiſſam, aut in communione Fidelium toleratam videre liceat; ſumma enim inter ſuperiorum Perſequutionum tempora vigebat diſciplina. Theodotam autem quaeſtum corpore feciſſe, liquet ex ejus Actis, quae mox proferemus.

Re.

Reſtat tamen, ut difficultati omnium graviſſimae occurramus, quae maximum prae cunctis negocium ſententiae noſtrae faceſſere videtur. Quo, ſcilicet, pacto Agrippa Praefectus urgere Theodotam potuerit, ut legi *Imperatorum* obtemperaret, & eamdem rurſus Imperatorum exemplo redarguere: *Nonne ſapientiores te ſunt Domini tui Imperatores, qui Deorum pacem hoſtiis expoſcunt?* Nam ſi anno 318. ſub Licinio paſſa eſt Theodota, quum, nimirum, Conſtantinus palam Chriſtianae Religionis patrocinium ſuſceperat, unius dumtaxat Licinii Imperatoris idololatriam profitentis, non vero plurium Imperatorum edictis, ac mandatis damnari potuit.

Ut ſatis huic argumento faciamus, ſtatuendum eſt, Edicta Imperatorum poſt M. Aurelium, qui primus Imperii Collegam habuit, omnium Collegarum nomina praetuliſſe, tametſi ab uno proponerentur, ceteris nec ſcientibus, nec conſentientibus. Totum enim Imperium ab omnibus in ſolidum regebatur, etiamſi Provincias inter ſe partiti eſſent. Hinc Legibus paſſim in Codice Theodoſiano, & Juſtinianeo unius Imperatoris juſſu editis Collegarum praeſcripta ſunt nomina. Ita Lex 2. de cenſu Cod. Theod. lib. 13. Tit. 10. data eſt ad Praeſidem Lyciae, & Pamphyliae, quae non Conſtantino, ſed Licinio parebant; utriuſque tamen Auguſti nominibus inſcripta eſt. Et quamquam excipere quis poſſit, editam fuiſſe Legem illam ante pugnam Cibalenſem, atque adeo ante Provinciarum partitionem: data enim dicitur Conſtantino III. & Licinio III. Coſſ. hoc eſt, anno Chriſti 313. tamen non prima, ſed nova facta eſt inter Conſtantinum, & Licinium Provinciarum diviſio poſt Cibalenſem pugnam: Lycia vero, & Pamphylia jam antea Licinio ſuberant. Neque illud omittere debeo, ſubſcriptionem ejus Legis, numerumque Conſulatuum a Cardin. Noriſio emendatum eſſe in Diſſ. de Nummo Licinii, ubi oſtendit, eam Legem editam eſſe anno 315. poſt Cibalenſe bellum ſuperiori anno confectum. Praeterea Edicta Conſtantini in cauſſa Donatiſtarum ſolius Conſtantini authoritate, cui Africa ſubjecta erat, manarunt; nomine tamen etiam Licinii emiſſa ſunt, ut apud Auguſtinum Epiſt. 88. ad Januarium Donatiſtam: Epiſtola ad Probianum Proconſulem Africae, ut Ingentium mittat ad Comitatum Conſtantini, a ſolo Conſtantino ſcripta eſt: ejus tamen inſcriptio Collegae quoque nomen praefert: *Imperatores Caeſares Flavii Conſtantinus Maximus, & Valerius Licinius ad Probianum Proconſulem Africae.*

Ac ne longius ab Actis ipſis, quibus Perſequutio in Chriſtianos excitata eſt, abeamus, Edictum, quo ſaeviſſima Perſequutio a Diocletiano, & Maximiano commota eſt, nomina praefert non ſolum Diocletiani, & Maximiani Herculii, & Galerii, verum etiam Conſtantii Chlori, qui tamen a vexandis Chriſtianis ſemper abſtinuit. Ea igitur ratione potuit Agrippa Praeſes Theodotae imperare, ut Imperatoribus obtemperaret, qua & Praefectus Caeſareae Procopio mandavit, ut quatuor Imperatores veneraretur, inter quos erat Conſtantius: & Anulinus Proconſul Criſpinae edixit, ut Diis pro ſalute Principum ſacrificaret *ſecundum legem datam a Diocletiano, & Maximiano piis Auguſtis, & Conſtantio nobiliſſimo Caeſare*, qui licet nec cultum illum ſibi deferri juberet, nec ullam Diis pro ſalute ſua ſacrificandi legem daret, Edictis tamen praeſcriptus erat. Praeſides autem Principum voluntatem, & mandata ex edictorum verbis deprehendunt. Quidquod *Principum Decreta* non ſemper plures in Regno Principes deſignant, uti ex Actis SS. MM. Felicis, Fortunati, & Achillei demonſtrat in Notationibus ad Caput 10. Vitae S. Irenaei Halloixius. Sic Acta S. Maximi M. quae Proconſularia vocat Baronius, relata a Bollando die 30. Aprilis, & a Ruinarto, paſſum dicunt Maximum ſub Decio, qui *Decreta conſtituit per univerſum Orbem* contra Chriſtianos, ejuſque Martyrium ad annum 250. refert Ruinartus. Ibi autem Proconſul nomine Optimus ad Martyrem: *Non cognoviſti Decreta Invictiſſimorum Principum, quae nuper advenerunt? Maximus reſpondit: Quae? Proconſul dixit: Ut omnes Chriſtiani, relicta ſuperflua ſuperſtitione, cognoſcant verum Principem, cui omnia ſubjacent, & ejus Deos adorent.* Haec Proconſulis verba unum Principem aperte deſignant: idque confirmat Maximus, excipiens: *Iniquam Regis hujus ſeculi prolatam ſententiam cognovi*

guavi. Et tamen Decreta dicuntur Inviƈtiſſimorum Principum. Quemadmodum & in Aƈtis SS. MM. Petri, Andreae, Pauli, & Dionyſiae Virginis, qui in ipſa Decii Perſequutione paſſi ſunt, idem Optimus Proconſul Petrum interrogat: *Habes ante oculos Decreta Inviƈtiſſimorum Principum. Sacrifica igitur Magnae Deae Veneri.* Et in Aƈtis SS. Felicitatis, & ſeptem ejus filiorum: *Publius* (Urbis Praefectus) *juſſit eam alapis caedi, dicens: Auſa es, me praeſente, iſta monita dare* (filiis tuis) *ut Dominorum noſtrorum juſſa contemnant.* Paſſa eſt autem Felicitas ſub Antonino Pio circa annum 150. Ibidem tamen Praefeƈtus promiſcue unius, & plurium Imperatorum praeceptum memorat: nam ad tertium S. Felicitatis filium, nomine Philippum, ait: *Dominus noſter Imperator Antoninus juſſit, ut Diis Omnipotentibus immoletis.*

Ad quartum vero, qui Silvanus dicebatur: *Ut video*, inquit, *convenit vobis tum peſſima matre veſtra hoc conſilium, ut praecepta Principum contemnentes, omnes ſimul curratis in interitum.* Praeterea ad Alexandrum inter fratres numero quintum: *Miſerere aetati tuae, & vitae in infantia poſitae, ſi non fueris rebellis, & ſecutus fueris ea, quae ſunt Regi noſtro Antonino gratiſſima. Unde ſacrifica Diis, ut poſſis amicus Auguſtorum fieri, & vitam habere, & gratiam.* Ad Martialem denique filiorum ſeptimum: *Crudelitatis veſtrae factores effeƈti, Auguſtorum inſtituta contemnitis.*

Illud etiam noſtrae de tempore Martyrii ſententiae obſtare videtur, quod procul dubio contigiſſe dicendum ſit, quum graviſſima Perſequutio urgeret Eccleſiam. Hoc enim ſuadet non ſolum memorata multitudo lapſorum, qui numero erant ſeptingenti & quinquaginta; ſed etiam acerbitas ſuppliciorum, quae de Theodota ſumta ſunt. Atqui non iſtiuſmodi fuiſſe videtur indoles Licinianae Perſequutionis, quae tantum abſuit ab aliarum Perſequutionum atrocitate, ut illam Severus Sulpitius non numerandam inter Perſequutiones cenſuerit: quodque jure mirandum ſit, Papebrochius ipſe eamdem a numero Perſequutionum eliminat. Enim vero in Prolog. ad Aƈta S. Theodoti Ancyrani die 18. Maii, quum ſtatuere conetur S. Theodotum caeſum in Perſequutione Diocletianea, illam adpellat *ultimam*. Ejus verba, quoniam ex Aƈtis Perſequutionem colligere contendunt, omnino ſunt heic adferenda. Numero igitur 5. ait: *Sed quae haec Perſequutio? Imperatores pluraliter identidem ſcribuntur in Aƈtis, ſed nulli nominantur: quantum tamen colligere ex eis licet, Diocletianus, & Maximianus intelligendi nobis ſunt. Meminerunt enim Aƈta Eccleſiarum, ut tunc ſatis frequentium, & publicarum: quod optime convenit cum illorum Ediƈtis, ſubverti omnes jubentibus: meminerunt etiam fugatorum undique Sacerdotum, hi enim praecipue peti jubebantur: & omnino ſaeviſſimam Perſequutionem deſcribunt, qualem apud Euſebium legere eſt, fuiſſe hanc ultimam, praeſertim anno CCCIII. & IV. quando Tyranni ſperaverunt ſtirpitus eradicandam memoriam Chriſtiani nominis, nedum religionem &c.*

Sed, pace Viri doƈtiſſimi, non video, cur haec omnia in Liciniana tempora cadere non poſſint. Nam de plurali numero Imperatorum non eſt dubitandum, quin uſurpatus fuerit etiam uno imperante, aut Eccleſiam divexante. De Eccleſiis everſis idem adcidit ſub Licinio, Fuga vero Sacerdotum Licinianae potius, quam Diocletianeae Perſequutioni congruit; ut ex haƈtenus diƈtis manifeſtum eſt,

ܣܗܕܘܬܐ

ܕܬܐܕܘܛܐ ܙܢܝܬܐ .

MARTYRIUM

S. THEODOTAE Meretricis.

Anno Chriſti 318. Sub Licinio Imp.

[illegible]

Atrox in Chriſtianos perſequutio.

ANNO ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo, menſe Septembri, Feria ſexta, perſequutio in nos excitata eſt in Urbe [1] Philippi. Nam Agrippa Praefectus ſolenne Diis ſacrificium, & Apollini feſtum facturus, edixit, ut omnes iiſdem immolarent, eaque ſecum celebritate fruerentur [2]. Quum autem Theodota Meretrix Edicto obtemperare recuſaret, apud Praeſidem adcuſata eſt: Theodota, delatores dicebant, Edictum tuum parvi pendens, Apollini litare detrectat.

S. Theodota Apollini litare detrectat. 2

Ad Praeſidem defertur.

Quocirca Praeſes illam arceſſiri jubet, utque Apollini ſacrificet, inſtat. Cui Theodota: Sat eſt, reſpondit, quod meretrix apud omnes audio: nec ſceleri ſcelus addam, ut ſupremo Judicii die ſacrilegae quoque a Deo defectionis redarguar. Quumque Praeſes ea de cauſſa Theodotam in carcerem detrudi juſſiſſet, ſeptingenti & quinquaginta [3] Viri conſtantiam mulieris admirati, ab eo ſacrificio ſibi omnino abſtinendum eſſe ſtatuerunt: Si Meretrix, ajebant, impia ſacra averſatur, adeone nos deſipiemus, ut vera nos ipſi vita privemus? Theodota itaque publicae cuſtodiae incluſa, & ad unum & viginti dies cibo, potuque prohibita, diu noctuque orationi vacabat. Inde vero quum rurſus in judicium produceretur, obortis lacrymis, hunc in modum orabat: Te, Chriſte, obſecro, ut hoc me crimine abſolvas, in quod, inſtigante nimirum Diabolo, prolapſa, meretrix dicor. Tua me, quaeſo, virtute conroborа, atque armis induito, ne ab atro-

Conſtans in fide.

In carcerem detruditur.

Septingenti & quinquaginta viri ejus conſtantiam demirati a ſacrificiis abſtinent. 3

Ad unum & viginti dies cibo potuque prohibita.

Rurſus in judicium producitur.

Chriſtū orat.

atrociſſimis, quos obitura ſum, cruciaribus oſſa mea commoveantur.

Ejus Acta coram Praeſide. Interea Praeſidi ſiſtitur, a quo de ſua conditione rogata, repoſuit: Opere quidem meretrix ſum, Religione vero Chriſtiana, ſi tamen Chriſti nomine
4 digna ſum [4]. Cui Agrippa Praeſes: Eccur Apollini Deo Maximo litare detrectas? Quia, reſpondit Theodota, nec juſtum, nec aequum eſt, fictis per manus hominum ex ſilice, aut trunco Idolis ſacrificare. Tum Agrippa Praeſes: Nonne ſapientiores te ſunt Domini tui Imperatores, qui & Deorum pacem hoſtiis expoſcunt? Cui Theodota: At quae demum iſthaec tua, tuorumque Imperatorum ſapientia? Sapientis certe
5 nomen immerito vobis adſumitis [5]; Apollinis ethymon. quum nec Apollinis Dei veſtri nomen intelligatis, quod Sapientes Perditorem
6 recte interpretantur [6]: & adpoſite quidem Deus veſter perditionis author nominatur, quum reapſe cultorum ſuorum animas perditum eat. Tunc Agrippa Diriſſime caeditur. Praeſes Theodotam diriſſime caedi juſſit. Interpellantibus autem, atque hortantibus, ut Praeſidi tandem adſentiretur, ſupplicium brevi obſequio certiſſime evaſura; Theodota: Deum verum, reſpondit, neutiquam deſeram, neque inanima ſimulacra colam; alte enim mihi fixum haeret in animo Praeceptoris
Matth. 10. 33. monitum: *Qui negaverit me coram hominibus, negabo eum coram Patre meo, qui in Caelis eſt*. Nunquam ergo uſque eo ego deſipiam, ut ab hoc deficiam vero Deo, & perituro propediem homini morem geram. Tum Agrippa Praeſes:
7 Ligno [7], ait, Theodotam ſuſpendite, & ferreo pectine eam dilaniate.

Equuleo ſuſpenſa ungulis dilaniatur. Quum itaque a Lictoribus immaniſſime torqueretur Theodota, alta voce inclamabat: Te, Chriſte, adoro,
Chriſtum collaudat. tibique gratias ago, qui iſta pro ſancto nomine tuo perpeti me dignam efficis. At Agrippa: Siccine, inquit, te non pudet, Deum adpellare hominem, quem vos

[illegible]

[illegible]

vos ipſi Cruci ſuſpenſum periiſſe fatemini? Ad haec Theodota: Generis ille Humani miſertus, Crucis ſupplicio maċtandum ſe tradidit, mortemque ſua voluntate, non aliena poteſtate actus, oppetiit. Tu vero, hominum nequiſſime, praepoſtere audis: quocirca nec te judicem ſedere aequum fuit, quandoquidem nec pro aequitate judicia exerces. At enim ſicuti quae de Chriſti morte, atque ſepultura dicimus, avidis auribus adripis; ita & eum e mortuis reſurrexiſſe, immortalemque in Caelis apud Patrem ſuum vivere, tibi percipiendum eſt. Tum Agrippa: Abs re ſunt noſtra, quae garris: ad ea, de quibus interrogaris, reſpondeto. Cui Theodota: Mihi enimvero ad interrogata ſatis adcommodate reſpondiſſe videor.

Chriſtus mortem ſua voluntate, nō aliena poteſtate actus, oppetiit.

Tunc Agrippa ad lictores ſe convertens: Agitedum, inquit, Theodotam iterum ferreo pectine dilaniáte, tum ſalem, atque acetum plagis infundite. Cui Theodota: Adeo nec te, nec tua tormenta formido, ut ſi quae tibi ſuppetunt his atrociora, in me nulla mora expediri poſcam. Aderit Omnipotens Deus, qui pares ad ea perferenda vires mihi ſufficiat. Interim plane ſcias, quanto diriora in me decernis ſupplicia, tanto mihi copioſiora ille bonorum operum remunerator praemia eſt elargiturus.

Iterum torquetur.

Tum vero Agrippa tortores compellans: Dentes, ait, huic omnes excutite. Illi autem confeſtim ſingulos forcipe divulſerunt. Inter haec Theodota ſic orabat: Te, Jeſu Chriſte, adoro, tibique gratias habeo quas poſſum maximas: quoniam digna habita ſum pro Vita ſempiterna hos perpeti cruciatus, per quos, conſtat jam plane mihi, facilem, certumque ad Caelorum Regnum patere aditum omnibus, qui ea pro tui nominis gloria fortiter perferant. Mox Agrippa: Imperatorum, ait, Legi obtempera, Theodota, poenam capitis evaſura, Diis immolare abnuentibus con-

Ei dentes forcipe divelluntur.

conſtitutam. Cui B. Theodota: Atqui magis conſentaneum eſt, reſpondit, ut ſupremo Domino omnes pareamus. Ceterum quemadmodum fixum tibi eſt Imperatoribus, atque Diis tuis obſequi, ſic mihi deliberatum eſt, Deum verum colere, atque adorare.

Sententia in ipſam lata. Poſtremo Agrippa: Lapidetur, inquit, Theodota. Illico autem Chriſti Martyr extra urbem Philippi educta

Lapidibus obruitur. lapidibus obruta eſt. Intereà B. Theodota hunc in modum Deum deprecabatur: Obſecro te, Chriſte, ut ſicuti Rahab Meretricem, & Latronem te confitentes, ſuſcepiſti, nec avertiſti miſericordiam tuam ab eis, perinde nec a

Chriſtus verus Deus. me clementiam tuam prohibeas; quoniam vere dilexi te verum Deum: & nunc accipe ſpiritum meum.

Theodota itaque lapidibus obruta occubuit, ejuſque Anima in Caelum abiit. Laus eſto illi, qui in ſe ſperantibus vitam impertit, & nunc & in ſecula ſeculorum. Amen.

ܡܦܣܐ ܗܘ ܠܡܪܐ ܕܫܡܝܐ ܕܢܫܬܡܥ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܟܠܢ ܕܡܫܬܥܒܕܝܢ ܠܗܘܢ : ܐܝܟܢܐ ܗܟܝܠ ܕܠܟ ܐܡܪ . ܕܬܫܬܡܥ ܠܡܠܟܐ ܠܐܠܗܝܟ ܕܡܠܟܐ . ܗܟܢܐ ܐܦ ܠܝ ܦܣܝܩ ܠܝ ܕܠܐ ܐܫܬܡܥ ܠܡܠܟܐ ܐܠܐ ܠܐܠܗܐ . ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܐܡܪ ܠܢ ...

ܐܓܪܝܦܐ ܗܓܡܘܢܐ ܐܡܪ . ܬܬܪܓܡ ܬܐܘܕܘܛܐ : ܘܡܚܕܐ ܐܦܩܘܗ ...

[illegible]

ADNOTATIONES.

(1) IN *Urbe Philippi*: Duae a Philippo tunc celebres urbes nomen praeferebant: altera quidem, quam *Philippos* adpellamus, Romanorum olim ſub Gn. Octavio, & M. Antonio victoria ſimul, & clade inſignis: altera vero *Philippopolis*, & *Eumolpias vetus* nuncupata, in Eccleſiaſticis etiam hiſtoriis Arianorum conventibus, & Philoxeni exſilio celebris. Illam Appianus lib. 4. de Bellis Civil. ubi omnium adcuratiſſime de Philippis ſcribit, tribuere potius Thraciae videtur, quod & Mela facit lib. 2. cap. 2. & Plinius lib. 4. cap. 11. Div. tamen Lucas in Actis Apoſt. cap. 16. v. 12. Philippos primam eſſe Macedoniae civitatem docet, cui ſuccinit Dio lib. 47. cum reliqua Geographia, quoa videſis apud Hofman Lex. Univ. tom. 3. & apud Cellarium Geogr. antiq. tom. 1. Hanc vero intra Thraciam ſitam eſſe, planiſſime oſtendit Livius lib. 39. c. 53. quum de Philippo ait: *Medium in Thraciam exercitum in Odryſas, & Dentheleras, & Beſſos duxit. Philippopolin urbem fuga deſertam oppidanorum, qui in proxima montium juga cum familiis receperunt ſeſe, cepit.* Et Marcellinus lib. 22. in princ. ubi de Juliano in Illyrico commorante haec tradit: *Edixit iter in Thracias, motiſque propere ſignis, emenſa declivitate Succorum, Philippopolim petiit Eumolpiada veterem, alacri animo &c.* Igitur ſi poſt emenſam Succorum declivitatem Philippopolim pervenit, in Thracia urbs illa erat. Quod & idem Marcellinus confirmat lib. 23. quum ſcribit: *Quo imminente* (Lucullo Romanorum Duce) *Thraciae omnes in ditionem veterum tradidere noſtrorum: hocque modo poſt pro-*

precinctus ancipites Reip. ſex Provinciae ſunt traditae. Inter quas prima, quae ex fronte Illyrici eſt confinis, Thracia ſpeciali nomine appellatur, quam Philippopolis Eumolpias vetus, & Beroea amplae Civitates exornant. In utra autem Philippi urbe Martyrium ſubierit Theodota, ex Chaldaicis quidem Actorum verbis tuto definiri non poteſt: nam Philippi urbem tam Philippoa, quam Philippopolim adpellare ſolent. Quamobrem aliunde petendum eſt argumentum ad quaeſtionem dirimendam, quod nobis certe ſuppetit luculentiſſimum. Quoniam enim in Liciniana Perſequutione lapidibus obruta eſt Theodota ex Praeſidis ſententia, & Imperialibus Edictis, neceſſe eſt, in ea urbe contigiſſe Martyrium, quae Licinii imperio pareret: Philippopolim autem Thraciae, non vero Philippos in Macedonia, Licinio tunc temporis ſubjectam fuiſſe, liquet tum ex Anonymo per Valeſium edito, qui diviſionem Provinciarum inter Conſtantinum, & Licinium factam poſt bellum Cibalenſe, quod coeptum, & abſolutum eſt anno 314. his verbis narrat: *Pax ambobus firmata eſt, ut Licinius Orientem, Aſiam, Thraciam, Moeſiam minorem, Scythiam poſſideret.* Tum ex Zoſimo, qui Conſtantinum M. poſt laudatam Cibalenſem victoriam Philippis in Macedonia, quae ipſi obtigit, aliquandiu conſediſſe adnotat. Nullus igitur dubito, quin Philippopolis in Thracia, Philippi Caeſaris opus, quae etiamnum Archiepiſcopali dignitate fulget, & ſatis ampla eſt, quamquam ſine moenibus, ut ſcribit Baudraudius, S. Theodotae Certaminis palaeſtra fuerit.

(a) Fortaſſe Decennalia agebantur Caeſarei Imperii Licinii Auguſti, quae in annum Chriſti 317. & 318. inciderunt, quum exeunte anno 307. Caeſar fuerit a Galerio conſtitutus. *Annis autem hujuſmodi ſolemnis addictis Perſequutiones adverſus Chriſtianos de more ſuſcitatae*, inquit Pagius ad annum 316. n. 6.

(3) *Septingenti & quinquaginta Viri.* Hos ex Militari ordine fuiſſe, & Cohortem fortaſſe integram compoſuiſſe, nihil ambigo: vix enim aliter numerus tam exacte iniri potuiſſee. Porro Cohortes apud Romanos certum non habuerunt numerum, utpote quae interdum quingentis, alias ſexcentis, & ſeptingentis circiter militibua conſtiterunt; ut videre eſt apud Lipſium de Militia Romanorum lib. a. Dialog. 4.

(4) Facit hoc ad tempora Conſtantini, in quibus, reddita Eccleſiae pace, non ſatis adcurate cum delectu gentes in Eccleſiam ſunt admiſſae. E meretricio tamen quaeſtu ad Chriſtum converſam Theodotam, non vero infami vitae conſuetudini poſt baptiſmum inſtitiſſe, omnino tenendum eſt. Nulla ſunt in ejus Actis argumenta, quae aliter credendum ſuadeant. Quod enim meretrix dicatur, quod peccata meretriciae vitae deteſtetur, omnia ad ſuperioris temporis profeſſionem referenda ſunt. Conſonant Actis hiſce Acta S. Afrae M. apud Ruinartum pag. 455. Huic autem *Judex Gajus dixit: Ut audio, meretrix es; ſacrifica, quia aliena es a Deo Chriſtianorum.* Ac deinde: *Sacrifica, ut diligaris ab amatoribus tuis, ſicut ſemper dilecta eras ab ipſis, & inferantur tibi pecuniae multae. Afra reſpondit: Pecunias execrabilee jam numquam accipiam; nam & quas habui, quaſi ſordes, abjeci, quia non erant de bona conſcientia. Nam nolentes accipere aliquando* (al. *aliquos*) *fratree meos pauperes, etiam precibus exoravi, ut a me dignarentur accipere, & pro peccatis meis orarent.* (Haec quidem verba neſcio, an ſatis oſtendant, emerſiſſe Afram a turpi vita, quum pecuniam fratribus erogaret) *Si ergo quae habui a me abjeci, quomodo poteſt fieri, ut quaeram accipere, quae etiam quaſi ſordes abjeci? Judex Gajus dixit: Jam te Chriſtus dignam non habet. Sine cauſſa vis eum Deum tuum dicere, qui te ſuam eſſe non cognoſcit. Meretrix enim quae eſt, dici Chriſtiana non poteſt. Afra reſpondit: Chriſtiana ego quidem dici non mereor, nec vocari: ſed miſericordia Dei, qui non de merito, ſed de ſua pietate judicat, ipſe me ad hoc nomen admiſit.* Haec aperte indicant, Afram a proſtibuli miniſterio ad baptiſmum fuiſſe admiſſam, ac proinde proſtibulum fuiſſe, antequam Chriſto nomen daret. Id ipſum luculentius adfirmatur inferius: *Stabant juxta ripam fluminis Digna, Eunomia, & Eutropia, quae fuerunt ejus ancillae, ſimulque fuerant in peccato, & ſimul a S. Narciſſo Epiſcopo baptizatae.* Quibus quidem verbis meretricia peccata ante baptiſmum ſuſceptum memorantur. Obſtare tamen videtur Judicis Gaii ſententia in haec verba lata: *Afram publicam meretricem, quae ſe Chriſtianam profeſſa eſt, & noluit ſacrificiis participare, vivam incendi praecipimus.* Publicam autem meretricem adpellat, quae talis fuerat, ut ego quidem opinor. Verba quoque extrema Afrae ad ſtipitem adligatae huc ſpectant: *Domine Deus Omnipotens Jeſu Chriſte, qui non juſtos veniſti vocare, ſed peccatores ad poenitentiam, cujus promiſſio vera, & manifeſta eſt, quia dignatus es dicere, qua hora converſus fuerit peccator a ſuis iniquitatibus, eadem hora, te non rememoraturum peccatorum ejus; accipe in hac hora paſſionis meae poenitentiam &c.* Omnis haec peccatorum deteſtatio vitam ante baptiſmum actam reſpicit: ut in Paulo, & Auguſtino ſuperioris aetatis culpas deflentibus perſpicimus. Atqui de peccatis ante baptiſmum admiſſis dubitare non licet, quin per lavacrum regenerationis deleta ſint: ut quid igitur Afra illarum veniam implorat? Neque enim videtur hoc longe abeſſe a Propoſitione per Alexandrum VIII. proſcripta: *Homo toto vitae ſuae tempore tenetur poenitentiam agere de peccato Originali.* At procul dubio nemo debet eſſe ſine metu de peccatis ſemel admiſſis, quorum remiſſio, & abolitio dignos, ac pioa noſtrae voluntatis motus, ac ſenſus requirit, quorum valorem, ac dignitatem nemo de ſe praeſtare, ſibique polliceri poteſt. Ceterum Propoſitio ab Alexandro rejecta Originale peccatum ſpectat, & exprimit, non reliqua ante baptiſmum patrata crimina.

(5) Sunt qui Acta quaedam ſuſpecta habeant, eo quod convicia feciſſe dicantur Martyres Imperatoribus: quod quidem ipſis videri ſolet alienum a Chriſtianorum moribus, & a veriſimilitudine. At Socrates lib. 3. cap. 12. Marin, refert, Julianum adpellaſſe *impium, apoſta-*

tam, & religionis expertem. Quumque a Juliano caecus adpellatus eſſet, eo quod oculorum ſuffuſione laboraret: *Gratias*, inquit, *ago Deo*, *qui me luminibus orbavit*, *ne viderem vultum tuum*, *qui in tantam impietatem prolapſus eſt*.

(6) *Apollinis* nomen a verbo Graeco ἀπολλύω, quod *perdo* ſignificat, deductum. Unde Apollinem Theodota recte perditorem interpretatur.

(7) Fortaſſe deerat Syro Interpreti verbum, quo Equuleum ſignificaret. Lignea autem machina erat equuleus ad ſuſpendendos, ac diſtrahendos reos, aut Martyres comparata. Ac forte decepit illum Graecum verbum ὄργανον.

AD

Digitized by Google

ADPENDIX
AD ACTA
MARTYRUM OCCIDENTALIUM
IN QUA
ACTA S. SIMEONIS STYLITAE

A Coſma Presbytero ejuſdem familiari conſcripta, ex Chaldaico Codice I. Nitrienſi Vaticano nunc primum in lucem proferuntur.

ADMONITIO

In Acta S. SIMEONIS STYLITAE.

Graeci, Latinique Vitae S. Simeonis ſcriptores.

ACta Sancti Simeonis primus omnium, quum ille adhuc vivens columnae ſuperſtaret, edidit Theodoretus in Philotheo cap. 26. quae tum io vulgatis ipſius Theodoreti Operibus exſtant, tum apud Laur. Surium tom. 1. de Vitis Sanctorum ex interpretatione Alberici Longi Salentini; tum demum apud Roſweidum lib. 9. de Vitis Patrum ex verſione Gentiani Herveti. Eadem poſt Magiſtri ſui obitum breviter, ſummatimque deſcripſit Antonius, ejuſdem S. Simeonis Diſcipulus, cujus narrationem jam olim anonymus Interpres e Graeco in Latinum ſermonem tranſtulit, additis, quae vel fama, vel aliorum ſcriptis de eo ferebantur: exſtaot autem apud Bollandum ad diem 5. Januarii. Theodoreti, Antoniique hiſtoriam a Simeone Metaphraſte collectam, quam Nicephorus lib. 14. cap. 51. laudat, quamque Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum, Raderus par. 3. Virid. cap. 4. Molanus in Adnotationibus ad Uſuardum, Heribertus Roſweidus loc. cit. & Petrus Ribadineira in Flore SS. deſiderabant, ex MS. Graeco Regis Galliae Gulielmus Gratius Latioe reddidit, publicavitque idem Bollandus ad praeſignatum diem 5. menſis Januarii. Omitto alia plurima, quae de eodem S: Stylita tradiderunt Graeci Larinique Scriptores cum veteres tum recentiores, quorum nomina recenſet ibidem Bollandus, errorcſque oonnullos emeodat.

Omnium adcuratiſſimus e Syris Coſmas, S. Simeonis familiaris.

E Syriis autem unum hactenus nacti ſumus Coſmam, Phaniri in Coeleſyria Presbyterum, qui, rogantibus Simeone Apollonii, & Barhatore Auduni filio, ſanctiſſimi Simeonis Stylitae Vitam pro popularibus ſuis literarum monimentis conſignavit: & quidem tam ingenua narratione, tamque adcurato ſtylo, ut, ſi non majorem, aequalem certe cum reliquis Scriptoribus fidem promereri videatur; quippe qui nedum S. Simeoni coaetaneus fuit; uti liquet ex ipſius Epiſtola, ad eundem Stylitam nomiue Cleri, & Populi Phanirenſis data, quam ex vetuſtiſſimo Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano I. ad calcem horum Actorum proferemus; verum & familiaris eidem fuit, reſque ipſius geſtas prope omnes viſu accepit; quemadmodum de

ſe ipſo idem teſtatur infra, in haec verba: ܟܠ ܗܘ ܕܝܢ ܕܡܣܬܒܪܐ ܕܢܐܠܦ ܡܪܝ
ܫܡܥܘܢ ܡܠܠ ܕܡܢܨܚܐ ܡܬܡܗܢܘܬܗ ܘܥܘܗܕܢܐ ܕܬܕܡܪ̈ܬܗ ܘܚܠܐ ܡܢ ܕܒܫܐ
ܠܬܕܡܪ̈ܬܗ ܫܦܝܪ ܠܟܘܢ ܥܒ̈ܕܐ ܥܕܡܐ ܕܥܒܕ ܡܪܢ ܒܐܝܕܐ ܕܐܬܠܝܛܗ : ܡܛܠ ܗܢܐ ܡܢ
ܣܓܝ̈ܐܬܐ ܙܥܘܪ̈ܝܬܐ ܡܢ ܓܙܐ ܪܒܐ ܕܢܨܚ̈ܢܘܗܝ ܕܛܘܒܢܐ ܢܩܪܒ ܚܢܢ ܠܚܘܒܟܘܢ
ܩܕܡ ܚܘܒܟܘܢ ܚܙܝܢ ܒܥܝ̈ܢܝܢ ܘܓܫܢ ܒܐܝ̈ܕܝܢ . ܘܠܗܝܢ ܐܦ ܕܒܐܬܪ̈ܘܬܐ ܪ̈ܚܝܩܬܐ ܗܘܝ
ܐܢܫܐ ܡܗܝܡܢܐ ܐܟܬ̈ܒܘ ܠܘܬܗ ܕܛܘܒܢܐ : *Quoniam autem Divinos praeſtantiſſimi Mar Simeonis triumphos diſcere vobis perjucundum eſt, & memoria admirabilium operum, quae per Athletam ſuum Dominus noſter patravit, ipſo melle eſt dulcior; ideo ex multis pauca coram dilectione veſtra de ingenti triumphorum hujus Beati Viri theſauro proferemus, quae ipſi propriis oculis vidimus, & manibus contrectavimus. His etiam nonnulla adjiciemus, quae licet in remotis regionibus acciderint; a Viris tamen fide dignis ad eundem B. Simeonem ſcripta fuere.*

Luculentiſſimum Evagrii de hiſce S. Simeonis Actis a Coſma editis teſtimonium.

Adcedit Luculentiſſimum Evagrii de hac Coſmae hiſtoria teſtimonium, quem ille haud obſcure ſignificat, dum libro 1. Hiſtoriae Eccleſiaſticae capite 13. ſic ſcribit: Τούτου τὰς θαυμασίας γέγραφε μέν τις τῶν αὐτόπτης γενομένων: *Hujus* (Simeonis) *miracula conſcripſit quidam, qui hominem viderat, & rebus ab illo geſtis interfuerat*. Haec enim Evagrii verba licet Bollandus ad Antonium S. Simeonis Diſcipulum trahat; tamen ad noſtrum potius Coſmam pertinere pluribus convincitur; ut ſcite obſervat Aſſemanus meus tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 240. ubi hanc ipſam S. Simeonis Vitam ad compendium poſuit. Et primo quidem, quia ſi Evagrius Antonium intellexiſſet, eum utique Simeonis Diſcipulum, ſicut ille ſe ipſum dicit, diſerte adpellaſſet, nec ea periphraſi uſus fuiſſet: *Quidam, qui hominem viderat, & rebus ab illo geſtis interfuerat*: quae Coſmae noſtro adprime convenit. Deinde ea omnia, quae Evagrius toto capite decimo tertio ex Actis S. Simeonis delibavit, nec apud Theodoretum, nec apud Antonium occurrunt, ſed fere ad verbum leguntur in hiſtoria Coſmae; nimirum narratio de Domno Patriarcha Antiocheno, de Theodoſio, & de Leone Imperatoribus. Illud inſuper unum, quod ipſe Evagrius a Theodoreto, & ab alio Vitae S. Simeonis Scriptore praetermiſſum fuiſſe advertit (legationem ſcilicet ab Aegyptiis Monachis ad S. Stylitam miſſam, ut e columna deſcenderet) illud, inquam, in hiſtoria Coſmae noſtri deſideratur: ut merito notas omnes in eo agnoſcas, quas Evagrius ibi deſcribit. Demum etſi ejuſdem legationis nullam quoque mentionem Antonius fecerit; ex calculo tamen geſtorum S. Simeonis, quo idem Evagrius utitur, luce clarius adparet, illum Coſmae, non Antonii hiſtoriam legiſſe; ut in Adnotationibus noſtris infra oſtendemus.

Codex Nitrien. I. unde ea deſcita ſunt, Coſmae autographus.

Porro Coſmas in Epigraphe, quam ad calcem horum Actorum adjecit, quamque integram ibidem exhibebimus, diſerte adfirmat, *Librum iſtum de Triumphis Beati Mar Simeonis abſolutum eſſe menſe Niſan* (Aprili) *die decima ſeptima, feria quarta, Anno Antiochenorum quingenteſimo vigeſimo primo*. Is vero erat Chriſti annus 474. quo dies 17. Aprilis in Feriam IV. incidit; litera enim F Dominicalis fuit. Unde liquet primo, Codicem noſtrum S. Simeone Stylita poſteriorem eſſe annis quindecim dumtaxat; nam ille e columna ad Caelum aſcendit A. C. 459. ut mox demonſtrabimus; noſter vero Codex, ex quo ejuſdem S. Simeonis Acta, Latinitate a nobis donata, nunc primum in lucem heic prodeunt, juxta laudatam Epigraphen, exaratus fuit anno 474. atque adeo adfirmare haud temere poſſumus, ipſum, ſi non autographum Coſmae eſſe, certe ex autographo paucis, poſtquam hiſtoriam ſuam Coſmas publicaverat, annis deſcriptum.

Epocha Antiochenorum elucidatur.

Liquet ſecundo, Epocham Antiochenorum, ſecundum hujus Scriptoris mentem, Chriſtiana vulgari priorem eſſe annis 47. non vero 48. uti etiam ex Joh. Malela deducitur in Chronico de Terraemotu Antiochiae apud doctiſſimum Cardinalem

nalem Noriſium Diſſert. 3. de Anno & Epochis Syro-Macedonum cap. 6. Nam ſi ab anno Antiochenorum 521. quo liber Coſmae ſcriptus eſſe dicitur, abjicias annos Chriſti 474. quibus eam Epocham reſpondere oſtendimus, reliquos habebis annos 47. Eumdem calculum ſequitur Dionyſius Patriarcha in Chronico, ubi de ſexto Antiochiae terraemotu iſta leguntur: ܒܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܐܬܗܦܟܬ ܐܢܛܝܘܟܝܐ ܫܬܬ ܙܒܢܝܢ. ܒܗ ܓܝܪ ܒܙܒܢܗ ܕܝܘܣܛܝܢܝܢܐ ܡܢ ܒܬܪ ܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܐܬܗܦܟܬ ܚܡܫܐ ܙܒܢܝܢ ܐܢܛܝܘܟܝܐ ܬܘܒ ܐܬܬܙܝܥܬ ܫܬܬ ܙܒܢܝܢ ܒܝܪܚ ܬܫܪܝ ܐܚܪܝ ܒܥܣܪܝܢ ܘܬܫܥܐ ܒܗ ܒܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ ܒܥܣܪ ܫܥܝܢ ܒܫܘܒܥܐ ܕܡܘܙܓܐ ܘܒܫܢܬ ܚܡܫܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܘܫܬ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ: *Anno Graecorum octingenteſimo quodrageſimo Antiochia ſextum ſubverſa eſt. Ejuſdem enim Juſtiniani tempore, biennio poſtquam Antiochia quintum ſubverſa fuerat, iterum ſexto terraemotu concuſſa eſt, menſe Teſri poſteriore* (Novembri) *die vigeſima nona, feria quarta, hora decimo, Indictione ſeptima, anno, juxta ſupputationem Antiochenorum, quingenteſimo ſeptuageſimoſexto*. Atqui Indictio VII. Feria IV. & dies 29. Novembris competunt in A. C. 528. Eo igitur anno Terraemotus ille contigit: quod etiam confirmat tum Theophanes ad Annum Incarnationis, ſecundum Alexandrinos, 521. cujus verba refert Pagius ad Ann. 528. num. XI. tum Evagrius, qui lib. 4. cap. 6. ait, Antiochiam hoc terraemotu concuſſam fuiſſe, *elapſis triginta menſibus* a priori illo terraemotu, quem Author Chronici Edeſſeni,

ܒܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܫܒܥ ܒܥܣܪܝܢ ܘܬܫܥܐ ܒܐܝܪ ܒܥܪܘܒܬܐ ܘܠܫܒܥ ܫܥܝܢ ܗܘܐ ܗܘ ܙܘܥܐ ܪܒܐ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ:

Anno Graecorum octingenteſimo trigeſimo ſeptimo (Chriſti 526.) *die vigeſima nona Maii, Feria ſexta, hora ſeptima*, adcidiſſe, refert; totidem enim menſes ſunt a die 29. Maii anni 526. ad diem 29. Novembris anni 528. Si autem ab annis Antiochenorum 576. ſubſtrahas annos Chriſti 528. reliqui erunt 48. e quibus tamen annus unus adhuc ſubducendus eſt, quum Novembri menſe, quo Terraemotus adcidit, vulgaria quidem Chriſti Epocha 528. in curſu eſſet; ex uſu tamen Antiochenorum novus jam annus a menſe Septembri juxta Graecos, vel ab Octobri ſecundum Syros inchoatus eſſet.

Ex hiſce autem Actis diſcimus, S. Simeonem Stylitam IV. *Nonas Septembris, ferio quarta, hora nona*; atque adeo anno Chriſti 459. quo dies 2. Septembris in feriam 4. incidit, ad Superos fuiſſe evocatum. Idem de ejus obitu legitur in Chronico Edeſſeno: ܒܫܢܬ ܫܒܥܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܘܚܕܐ ܐܬܢܝܚ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܕܥܡܘܕܐ ܒܬܪܝܢ ܒܐܝܠܘܠ ܒܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ ܠܚܕܥܣܪ ܫܥܝܢ: Obitus S. Simeonis tẽpus. *Anno* Graecorum *ſeptingenteſimo ſeptuageſimo primo* (cujus initium Antiocheni a Kalendis Septembris anni Chriſti 459. arceſſunt) *migravit ex hoc Seculo Beatus Simeon Stylites die ſecunda Septembris, feria quarta, hora undecima*. Quare fallitur Antonius, ejuſque Latinus Interpres, dum Simeonem tradunt feria ſexta ad Dominum migraſſe. Nec audiendus Theophanes, aut Cedrenus, qui eum ſcribunt, anno Leonis 4. Chriſti 460. obijſſe. Pagius ex feria ſexta, qua mortuum Simeonem Antonius perhibet, & ex die prima Septembris, quo eum Graeci colunt, contendit, ejus mortem anno A. C. 461. contigiſſe; eo ſiquidem anno feria 6. in diem 1. Septembris incidit. Verum quae ex die Sanctorum cultui adtributa in Martyrologiis conjectura capitur, tanti non eſt facienda, ut adcuratos Scriptores Coſmam, & Authorem Chronici Edeſſeni rejiciamus. Antonium autem in eo adlucinatum eſſe puto, quod Corpus S. Simeonis *feria ſexta* Antiochiam deportatum fuit, ut Acta teſtantur: atque adeo diem Translationis Corporis pro die mortis ejus ſuppoſuiſſe videtur.

Cete-

Ejus memoria & cultus.

Ceterum Simeonis noſtri memoriam recolunt antiqua quaeqne & recentiora Latinorum Martyrologia die 5. Januarii, Orientalium vero Synaxaria die 1. Septembris. Adlucinatur proinde Baronius, dum in Notis ad Martyrolog. Rom. die 5. Januarii ſcribit, ejus Natalem a Graecis celebrari xxiv. Maii, Menologium Cardinalis Sirleti ſequutus, in quo quum de Juniore Simeone eo die agatur, illud non recte adjicitur, res ab eo geſtas a Theodoreto Cyri Epiſcopo literis eſſe traditas; conſtat enim Theodoretum multo ante vita functum, quam Junior Simeon naſceretur.

S. Jacobus Sarugenſis Epiſcopus S. Simeonis geſtorum laudator.

Praetermiſſis autem ſexcentis geſtorum S. Simeonis laudatoribus tum Graecis, tum Latinis, de quibus videſis Bollandum, & Baronium loc. cit. necnon Bellarminum tom. 2. Controv. general. libro 2. de Monachis cap. 39. & Alanum Copum Dial. 2. cap. 18. qui eumdem Simeonem contra calumniatores Magdeburgenſes egregie defendunt; unum heic proferam e Syris Patribus S. Jacobum Sarugenſem Batnarum in Meſopotamia Epiſcopum, cognomento Doctorem, vertente quinto Eccleſiae ſeculo clarum, qui de Simenne noſtro metricam Homiliam elegantiſſime pepigit, quam ex Codice Syriaco Nitrienſi Vaticano V. ſic Latine reddimus.

HOMILIA

S. JACOBI DOCTORIS

DE S. SIMEONE STYLITA

VOtis, quaeſo, Domine, adeſto meis, ut perfectam Electi Simeonis tui imaginem exprimam. Ejus enim geſta quamlibet dicendi vim ſuperant. Te Duce, Triumphos ejus admirabundus exſequar; quandoquidem niſi auſpice te ſervi tui pulchritudinem nemo exponat. Tu in me inlabere, tum vero per me de illo copioſe eloquere. Sic ego de Athleta plurimis inſigni victoriis aliquid promam. Tua ſum tibia, tuo me inſla vehementi Spiritu: hujus ego inlapſu plenus ſtupendas de praeſtantiſſimo illo viro voces fundam. Vis numenque tuum me animet; ſicut calamum flatus, quum ſuave carmen contenta voce modulatur. Nec enim calamo carmen ineſt multiplici temperatum ſono; ſed ſpiritu inſlatus audientium aures ſua mulcet voce: ſimiliter nec dicenti mihi ſponte ſuccurrunt verba; ideo niſi a te movear, elinguia tacebo. Eja ergo meam tu, Domine, linguam in novos ſolve tonos, magnam utique excitaturos admirationem, tuaſque laudes conſtanti voce praedicaturos. Huc jam adeſte animis, Auditores, doctrinae dulces hauſturi latices; ejus enim naturae eſt, quae guſtata in animum penetret, novaque luce illum conluſtret. Mentem, precor,

ܡܐܡܪܐ

ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ

ܥܠ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܐܣܛܘܢܝܐ

[illegible]

cor, rurſus huc intendite, non modicam percepturi voluptatem, ſummi hujus Herois Acta animo perſequentes, cujus res geſtae immenſam maris copiam vincunt, omnemque proinde dicendi facundism ſuperant. Cogitate, vos menſam inventuros omnigenis dapibus baſilice inſtructam: Encomia ſcilicet Sanctorum convivia ſunt adcumbentibus jucundiſſima. Tale quidpiam vobis exhibeo, cujus guſtui vix quidquam eſt comparandum, quo refectus animus vix aliud adpetet. Immenſae ſimul vobis offeruntur opes, nec ullo accipientibus conſtitutae pretio, ut quae ex theſauris, nullo suferentium numero exhsuriendis promuntur. Veſtras itaque, oro, mihi praebete aures, de communi veſtra ſalute verba facturo. Enimvero Simeonis geſta, ut aliis ſalutaria, vobis profecto, mihique maximam conferent utilitatem; inſignis quippe pietatis cultor, ſi quis slius, hic ſuit, ut qui a ſuſcepta ſerviendi Deo ſententia, nulla vi, nullo periculo dimotua unquam fuerit; ſed quaecumque propoſuerat, perpetua conſtantia roboraverit, & ad exitum feliciter perduxerit.

Interes dum iſta ſecum Famulus Dei meditatur, Piorum inimicus diabolus, cui certum erat, ſancti Viri conatibus adverſari, concilium advocat, ſuoſque ſatellites adverſus illum his verbis sdcendit: Agitedum ſocii, expedite arma: pudeat vos ab uno homine vinci: terrificas idcirco induite larvas, horrendaque ſpectra inſtruite; his ſcilicet artibus hoſtem oppugnare placet: ſaevis procellis conturbate aërem, pulverem in nubes glomerate, ſoliſque adſpectum eripite, tenebris ut inhorreant omnia. Turbinibus inſuper terram concutite; mugientis etiam pelagi in morem horrendum vociferamini. Reptilium atque ſerpentium terribiles formas induite: alii ſublime volantes aerem occupent, slii humi repentes terram obſideant; occaſionem rei bene gerendae modo sdripite. Nunc enim vero excuſſa ignavia, exſerendae ſunt vires, ne turpiter acie cadamus: nec vero difficile

ficile eſt ſuper columna ſtantem dejicere, noſtriſque praeſtigiis perterrefactum in fugam convertere. Tum vero filii levae, nequiſſimique Spiritus in bellum conſpirant univerſi, & ad arma conclamant. Continuo diviſo in claſſes exercitu, praedatrices Alites Aquilae pullum ex inſidiis adoriuntur. Erupere ſuis ab antris dracones, ſimplicem Columbam ſublimi in rupe habitantem abſorbere conaturi. Evomuere Baſiliſci lethiferum virus adverſus Perdicem, ſuper montium juga dulcia carmina modulantem. Incubuere ſaevi Accipitres in exitium Paſſeris: at ille quaſſis in aëra pennis praedatores eluſit. Mox diſtributis per montis latera copiis, undique in fumi ſpeciem ſurſum agmina impellunt, alii aërem occupant, intentis nubibus praeripiunt diem, atque offuſis uſquequaque tenebris, horrida nox incumbit; citatis alii turbinibus pulverem ſuper montium cacumina adtollunt, validiſque ſuccuſſos flatibus ipſos montes videntur proſternere. Ignem alii excitant, flammis velut aeſtuante fornace prorumpentibus, omniaque circum depaſcentibus. At vero quantumvis vehementiſſimo turbine concuſſa columnae fundamenta nutent; Juſtus tamen perſtat immotus, velut ſtabili innixus ſcopulo: validis licet quaſſati flatibus ſcapi prope ad ruinam incumbant; ille nihiloſecius Pſalmos jucunde modulatur. Terra mugiente viſi ſunt montes ſubſidere; attamen fidelis ſervus locum ſuum minime deſeruit, ſed intrepidus illorum caſum ſpectavit. Ferarum atque ſerpentum horrifica ſpectra objecere; ille tamen ſublatas in Caelum manus haudquaquam contraxit, ſed quae ex Filio Jeſſe didicerat, verba adverſariis contra oppoſuit,

Pſal. 117.

citharamque ab eodem mutuatus, ad ejus ſonum cantum temperabat: Sicut apes, ajebat, obſederunt me diaboli ſatellites, & repente exarſerunt, ſicut ignis reſecta depaſcens ſarmenta. Circumdederunt me undique, ſicut fumus, & in nomine Domini diſperſi, & diſſipati ſunt, atque defecerunt. Impulſus ſum, ut dejicerer, & caderem

rem ac perirem, & Dominus adjuvit me, illos vero confudit; ego autem in virtute Dei mei vici eos.

Haec animadvertens diabolus, dolenſque artes ſuas adverſus veritatem minime ſuccedere, ſecum cogitare coepit: Ecquid ſi cum Simeone cominus pugnaturus ulceribus carnem ejus infeſtaret? Haec meditatus, in columnam ſubiit, ejuſque ſummitatem occupans, ibidem tacitus conſtitit. Illum ut vidit Juſtus ſtatim agnovit, contuenſque contractam frontem, truceſque oculos, intellexit, eum eſſe Judae Magiſtrum, qui modo ad Chriſti famulum divexandum veniret. Quocirca eumdem adpellans, ſicut *Matth. 26, 50.* olim Dominus Iſcariotam: Ad quid veniſti, ait, quid heic tacitus moliris? Non ego quod paras bellum timeo. Agedum exſequere quae hactenus animo volviſti. Adſtabat Simeoni diabolus, ſicut antiquus ille Judas Servatori; aderant alii daemones, ut olim Chriſto ipſius necis authores, certaminis exitum praeſtolantes. Niſi mavis diabolum Goliatho ſimilem dicere, & reliquos minores Cacodaemonas Philiſtaeis comparare; juſtum autem Simeonem Davidi parem praedicare. Convenere ſcilicet Cajaphae ex familia ſatellites viſuri, num Jeſus a ſervo ſuo, ſicut olim a Juda, proderetur. Conflicturi interim campum ſubeunt ambo, Goliathus, & Davides; ille ferrum expedit, hic fundam. Circumſtant ambo exercitus, pugnae exitum ſpectaturi. Prior ille Generis noſtri hoſtis fidelem Dei famulum manu utraque complexus, Athletarum more, dejicere niſus eſt; ſed Simeon adverſarii e manibus facile ſeſe extricans, ultro emicat, reſilienſque, hoſtem magno ſpiritu invadit, dejicit, proſternit, pedibuſque ſuperbam cervicem conculcat. Heic ille ex ſubito caſu aliquantiſper ſe colligens, Simeonis pedem dentibus adpetiit, & profundo vulnere fauciavit. Rabidum canem Chriſti famulus impacto calce e columna abjecit. Corruit miſer, ut fulgur, ſuamque ruinam horriſonis ejulatibus, Simeone ſpectante, comploravit: mox etiam, ſi-

ſicut pulvis reflante vento, diſſipatus eſt. Sic cecidit Goliathi Magiſter, ut ille olim ceciderat, cunctis ejus caſum ridentibus: adſurgenſque, ſicut David, Davidis aemulus, Epicinia canere ſic orſus eſt: Benedictus Dominus, qui praecinxit me virtute adverſus malignum, & ſtatuit calcaneos pedum meorum, quaſi ſuper petram, & direxit greſſus meos. In excelſo conſtituit pedes meos ſuper columnam, & docuit manus meas ad praelium. Date canticum novum labia mea, loquimini, ſicut Filius Jeſſe, qui in virtute Dei Goliathum ſuperavit. Si conſiſtant adverſum me caſtra, non timebo, quoniam Angelorum agmina adſunt mihi, & confortant me.

Pſ. 17.

Jam vero etſi Adverſarius in eo, quod contra veritatem ſuſceperat, bello victus cum ignominia & dedecore diſceſſiſſet; non idcirco ab incoepto deſtitit, abjecitve arma; ſed quum videret Simeonem neque ab Oratione, neque a praedicatione ceſſare, plurimoſque ejus adhortationibus commotos, errorem deponere, & ad Deum ſeſe convertere; certus etiam, Taurum, quantumvis longo labore fatigatum, a propoſito opere nunquam defluxurum, ſecum volutare coepit, quid, ſi eum alterutrius pedis uſu privaret? autumans eo vitio impeditum ſuſceptam Divini agri culturam nunquam perfecturum. Hinc poſt paullo factum eſt, ut S. Viri pes ex eo, quem memoravi, vulnere horribile ulcus, cancrum dicunt, contraheret, quod dum in reliquas corporis partes paullatim ſerpit, illius patientiam acerrimo dolore mirum in modum exercuit, atque adeo in ſummum vitae diſcrimen adduxit. Nec tamen inde in queſtus prorupit, aut in ſuſcepto opere ſegnior effectus eſt, eminente nimirum inter poenas animo. Percuſſus eſt a Diabolo, qui Jobum olim percuſſit, dumque, ut ille, Adverſarium ſuperat, communem cum ipſo triumphi honorem adeptus eſt. Duo Athletae, duobus temporibus, in duabus pugnis diabolum praeteritis victoriis exultantem vicerunt: alter humi, alter ſublimi e petra dimi-

[illegible]

[illegible]

micavit: utrique victoriam diabolus turpiter ceſſit, a terrigenis ipſe Caeleſti ſatus origine ſuperatus. Columna huic novo Jobo ſterquilinii loco fuit, & pro luto ſilex. Vulnus quidem beatus iſte immedicabile lethifero ictus telo accepit. Attamen quanto infeſtior diaboli in eum ira efferbuit, tanto clarius ejus virtus enituit. Ardentis camini flammis exploratum eſt aurum optimum, patuitque inter ignes ejus gratia, & eductum ab horribili examine Dominum mirifice exhilaravit.

Ceterum quum ſerperet, gliſceretque in dies immane ulcus, conſumtis carnibus, oſſa quoque patefecerat. Nihilominus Simeon, Angelis hominis conſtantiam, alacritatemque admirantibus, temperata ad Davidis citharam voce cantabat: Pes meus ſtetit in directo, & non inclinabitur: quoniam Dominus ſuſtentat eum, ut alterius pedis onus ferat. Hem turrim corporis pes unus ſuſtinet, ſicut columna; quoniam Architectus ille celſa e rupe deſectam ſtatuit firmavitque eam, ne commoveretur. Non me tuus, diabole, dolor adfecit, angitve, quin mihi nihil illo eſt jucundius: & tu quidem ſtulto labore conſumeris; ego vero coepta non deferam. Ne malleo parcas Aurifex, ſi purum cupis aurum: & ego quidem pulchrior fiam; tu vero malorum artifex deſertus, contemtuſque jacebis. Perge porro, quid ceſſas? Cur circa pedes tamdiu haeres? Totum corpus poenis exerce tuis, ut diſcat imperium pati. Equus eſt, nec niſi fraeno ſubigitur; contumacis ſervi ferociam frange. Ceterum ne credas, me tua infeſtatione praepeditum iri, quin ſuſceptum vitae curſum conſtanter teneam. Non commovebuntur moenia domus, cautibus ſuperimpoſita, nec adluvionibus, turbinibuſve ſucquſſa fatiſcent, firmiſſimis nixa fundamentis. Ratus, me tuis artibus a propoſito motum iri, in id omnes nervos hactenus intendebas. Inſanis, miſer, coronas mihi imprudens exaggeras. Et vero pars ultionis iſta, qua gaudes, quota eſt? Graviora mo-

Pſ. 27.

do minabaris. Pedem ſauciaſti, ſequere felicem impetum. Vide, ut in me ſaevias; quemadmodum olim adverſus Jobum furebas: illius enim me ſocium puta. Sed patuit imbellis manus, & levis atque umbratilis fere pugna; nec eam eſſe, quam vulgus putat, acrem atque pertimeſcendam. Vilis & demiſſi animi ſit, qui in hoc bello vincitur, neque hunc tu viceris, niſi ipſe velit ſuccumbere. Nihil eſt, quod paras, malum, modo quis non deſipiat, ſuaque tibi arma cedat. Viles animas tantum ſubigis. Strenuos ſi oppugnas, operam ludis. Faſtum pone; aegros invadis, ſanos caves. Age vero ſi placet pugnare, vide, ut id ſerio facias. Carnem lacera, verberibus proſcinde humeros, & ſi gemitum inde exaudias, aut parcito, ſat eſt, victum me dicito. Iguavus quiſque pedes petit; quod ergo dudum egiſti, fortis non fuit, ſed imbellem arguit manum. Quidquod nec animadvertiſti, te contra hominem altero pede carentem bellum ſuſcepiſſe. Quare ſi ab hoſte claudo fueris ſuperatus, ſibilis, riſuque te merito excipiendum puta.

Et vero inter dolores, & acerrimos cruciatus a Divinis Laudibus haudquaquam Juſtus ceſſavit; diabolus deſeſſus conquievit, Juſtus contra nec laſſatus eſt, nec de priſtina animi contentione quidpiam remiſit, majores ex ipſo labore ſpiritus ſumens, praemiumque ſibi adaugens. Vidit pedem ſuis exſutum caementis, adinſtar nudatae arboris, quam paullo ante pulchra luxuriantium palmitum pompa veſtiebat, obtorpuiſſe, animadvertenſque, nihil jam eidem ſupereſſe, praeter nervos, & oſſa, illius onus iu alterum pedem tranſtulit: intellexit, bovem viribus effoetum ſuſtinere jugum non poſſe, alterum itaque ab opere amovens, ſtatuit, uno deinceps arare bove. Auſus eſt B. Simeon quod nemo alius unquam, quodve magnopere obſtupeſcas: pedem abſcidit, ne a ſuſcepto opere praepediretur. Quiſnam porro a lacrymis temperaſſet, reſectum contuens a propria compage pedem? At ille quaſi damna

[illegible]

mna ſpectaret non ſua, vultu ſtetit immoto, nullas triſtitiae teſtatus notas; ſed madidos cruore lapides cernens, & diabolum ſanioſo ſanguine ſordidum, laetus canebat; quumque pes a corpore, velut ramus ab arbore ſua, amputaretur, dulcem ore fundebat rorem, feſtivum ſcilicet carmen: Hinc procul, ajebat, abito pes meus, in ſuprema communis Reſurrectionis die mihi reſtituendus, Deum quaeſo, ut tibi det pacem: nec mori te pigeat, ſed cogita repoſita in Caeleſti regno praemia. Haec ille, quum exſanguem pedem, humique projectum ſpectaret, totumque corporis pondus altero pede ſuſtentari cogeretur, cetera quoque membra multo ſudore, & ſanguine depluerent. Dum porro adverſus diabolum gladium, & arcum parat, amputatum pedem identidem reſpectans, eo, quod memorabam, carmine proſequebatur, Davidicamque pulſans citharam, haec cecinit: I nunc quo tuum te ducit fatum, meque illic tacitus exſpecta, praeſtituto tempore adſuturum, certus me ſine te in illo ultimo Mundi die non revicturum, nec ſine te ad Caeleſtes thalamos, aut ad Gehennam perrecturum; ſed ſive Caelum, ſive Abyſſum petam, unam utrique calcandam eſſe viam. Ambos namque iterum junget nova illa vita, quales olim fuimus, ſive nos evocet ad praemium, ſive ad poenam, ſive ad ignem & ſupplicium, ſive ad regnum. Quocirca nec ſolus e ſepulcro ad lucis uſuram redibo, te derelicto, ſed mecum ſuſcitandus es, & ego tecum, uno ambo temporis momento. Nec enim exantlati a pueritia laboris mercede fraudaberis ab eo, qui operum tuorum remunerator eſt, tuorumque malorum depulſor. Quod reliquum eſt, opta, ut te quantocius reviſam, noſque communis Reſurrectio jungat, ut ambo ſimul ei, qui ſuo nos dignatus eſt conſpectu, gratias agamus.

Tum vero ſubortis lacrymis ad Deum ſe convertit, gemenſque, has preces fudit: Conrobora, quaeſo te, Domine, hunc, qui mihi relictus eſt, pedem, exſtinctum ſuo tempore mihi

red-

redde ; hunc vivum confirma , qui commune utrique onus ſolus portat. Intuere , oro te , quomodo totius corporis mole preſſus gemat ; adeoque niſi protinus numen tuum illi ſuccurrat , omnino ſuccumbet . Enimvero nec oneri graviſſimo , nec acerrimo hoſti pares iſtae ſunt vires : & ſi a gratia tua deſeratur , certiſſime profligabitur . Pedis unius vires corporis ſarcina ſuperat , feſſum tu , Domine , releva geminato ſub onere laborantem : ne , quaeſo , corporis templum , in quo ipſe habitas , nimio pondere fatiſcere patiaris ; & quandoquidem una ſuſtentatur columna , obſecro te , baſes ejus confirma . Video , uno mihi poſthac arandum eſſe bove , qui modo duos habebam , huic , precor , vires adjice , ut impigre aratrum trahat . Ne , Domine , oro te , diabolo , meum ſitienti ſanguinem , riſum faciam , ſi videat pedes meos ab obſequio tuo ceſſaſſe : neve jactet , ſervum tuum a ſe victum , armiſque exſutum fuiſſe . Clypeum tu mihi porrige , quo ejus tela retundam , & frangam vires . Vindica me ab Adverſario meo , ſume judicium , & adverſus malignum bellum inſtrue . Caecae noctis caligine obvolvantur tenebroſae viae ejus , in quibus laqueos mihi ac decipula parat . Laetetur anima mea , ſicut arbor diffuſis coronata ramis , & pulcherrimis laeta fructibus . Propriis deſtitutus viribus , tuis , Domine , hoſtem ſuperabo .

Nec brevis hic labor fuit , ſed maxime diuturnus . Res eſt profecto , quam magnopere obſtupeſcas , ſi quidem ſapis , fieri nempe potuiſſe , ut adinſtar columnae S. Viri pes tamdiu immobilis perſtiterit ; atque adeo ſummam illam animi intentionem , qua coeperat , nunquam relaxaverit . In hoc videlicet ſitu , in quo nemo ad horae unius ſpatium corpus ſuſtinere valeat , Electus Simeon diu noctuque perſeveravit , perque annos quadraginta hoc uno , eoque perpetuo tenore vitae fuit . Adeo nec aeſtus , nec frigus , nec vigiliae , nec inedia , nec diaboli inſultus illum ullatenus ab eodem vitae curſu dimovere , vel retardare potuerunt . Equidem nemi-

nem

[illegible]

nem hactenus vidi alium huic Juſto parem; ſed nec in hiſtoria ſimile quidpiam memini, me legiſſe. Fuere, fateor, Viri ſanctiſſimi, qui jejunium ad certos dies produxerunt, & alius quidem ad hebdomadas triginta, atque alius etiam ad ſexaginta jejuni pervenere, quantum videlicet cujuſque ferre vires potuerunt. Jejunia vero hujus Angeli terreſtis nemo ſupputare ſufficiat, qui non hominibus, ſed Angelis ſimilem ſe praebuit. Quadraginta diebus cibo potuque abſtinuit Divinus Moſes, quem Elias poſtea eſt imitatus, quorum alter Divino lumine claruit, alter in Caelum ſublatus eſt. Quis porro neget, Simeonem utrique fuiſſe parem? Profecto quid de abſtinentia ejus pro dignitate dicam, non habeo: fateorque, me ipſius pulchritudine victum, ejuſdem vultum nulla artis ope ſatis exprimere me poſſe. Et vero quaſnam virtutum ejus laudem, quaſve tacitus praetermittam, plane ignoro, dum quaelibet altera excelſior, praeſtantiorque adparet. Abſtinentiam, ut coeperam, perſequar? Interpellant me alia ejus decora. Vigilias praedicem? Quantulus fiam, ut ejus officia, quae videlicet vel ad Dei cultum, vel ad hominum utilitatem contulit, retexere valeam? Perpetuam ſuper columna ſtationem exornem? Dicentem ad ſe provocant ejus praeclara facinora, omnem numerum, aeſtimationemque ſuperantia. Ejuſne poenitentiam admirabundus ediſſeram, an acerrima praelia ab illo contra diabolum depugnata referam? Perpetuum enim illi cum nequiſſimo Generis noſtri hoſte bellum fuit. Dicam ne, illum pede uno ad plurimos annos ſtetiſſe, nec animo, aut viribus interea fractum? Ejuſne linguam extollam, per diuturnos labores in praedicanda Chriſti doctrina verſatam? dicamne oculos ejus ex compunctione cordis in lacrymas diffluxiſſe, aut manus celebrem, in oratione continuo protenſas, atque in hac parte admirabilem patientiam? Bellorum ſane cum diabolo ab ipſo geſtorum caſus evolvere haec tempo-

ris

ris brevitas non patitur ; adeo rerum magnitudine ac numero obruimur . Vicit me Inclytus ; victuſque lubens do manus, fateorque, me ejus pulchritudinem ſatis deſcribere, vel ipſius dotes dicendo aequare non poſſe . Pictor eram, ejus vultum in tabula repraeſentare ſaepe conatus, ad extremum intellexi, ejus formam nulla Pictorum arte eſſe imitabilem . Mutata perſona venatorem indui, venando illum me capere tentantem eluſit, in Caelum avolans . Sic ego relictus humi jaceo, ille ſublimi raptus per aethera volatu, ad Superos abiit .

Ad columnam igitur, adhuc apud nos proſtantem, regrediamur, quandoquidem illam Simeon Caelitibus adſcriptus, minime deſeruit ; ejuſque obitum divinitus in eo loco ipſi conceſſum, ejuſdem filiis gratificaturus, pro viribus exſequar . Dicam quo pacto Chriſti famulus vitae mortalis curriculum emenſus, ad metam pervenerit, & quaſi Taurus a longo labore defeſſus, tandem conquieverit . Inſtante itaque fine vitae, qui & felicitatis initium fuit, Simeon tranſmigrationis ſuae horam divinitus, ut olim Moſes, intellexit, Ezechiae exemplo praemonitus, ut haereditatem ſuam ſupremis tabulis inter filios ſuos divideret . Quocirca Angeli e Caelo delapſi, ſua tum praeſentia, conloquioque illum recrearunt : quod Danieli conceſſum legimus : tum etiam de fine laborum atque periculorum praedocuerunt : Jam ſol, ajebant, in occaſum incumbit, ſubitque placida nox, feſſo quietem datura . Jamque Paterfamilias denarium protulit, & pactam mercedem ſoluturus, adventum tuum praeſtolatur . Haec dies te praeſentis vitae aerumnis praereptum in theſauro vitae, uſque ad corporum reſurrectionem ibidem manſurum, conlocabit . Illic procul ab omni moleſtia ſumma perfectaque pace frui, & repoſitum fortibus praemium obtinere licebit . Definita advenere tempora, ut terras deſeras, tibique ab aevo praeparatum lucis regnum adeas . Agedum macte animo, &

[illegible]

Digitized by Google

[illegible]

& feſſos jam ſolve Arator boves, longo & ipſe laſſatus labore, dum fundum tibi creditum uno dumtaxat bove aegre excolis. Fuge pelagus cautus Nauta, atque horribiles procellas; partas opes in tuto conloca. Neve doleas, corpus tuum in poenarum ſedem tranſiiſſe, qui in ſinum Abrahae propediem transferendus, ibidem cum Lazaro perpetua pace es fruiturus. Diſtabuere ex longa, & acri aegritudine carnes: ne pigeat mali; veniet dies, qua odoratiſſimas quaſque ſpecies mutata corporis habitudine, ſuo odore aequabunt, tibique ſummam adferent voluptatem. Sed nunc Diſcipulos tuos convoca, illiſque in ſuſcepto, te ſoſpite, vitae inſtituto conſtantiam ſupremis verbis commenda; populum quoque admonere memineris: Cave, inquies, ne, me abeunte, a te ipſe diſcedas, diabolum ſequutus, meque fidei tuae ſponſorem, atque hactenus de te gloriantem, laetantemque quandoque pudore ſuffundas. Interea Angelorum chori circumſederant montem, filium Adaa in Caelum cum canticis deducturi ſuis invectum alis. Advenere ſimul Gabrielis legiones, funus curaturae, caſtumqne corpus, & Filii Dei templum elaturae.

Simeon itaque ſuum imminere obitum intelligens, adcitos ad ſe ſuae diſciplinae Alumnos, ad pie ſanctеque vivendum cohortatus eſt, Servatoris noſtri exemplum ſequutus, qui Caelum prope conſcenſurus, Apoſtolos proprii officii admonendos duxit. Pacem, ait, Jeſu Chriſti relinquo vobis, Diſcipuli mei, quam ille nobis reliquit, ad eum, a quo miſſus fuerat, proxime abiturus. Valete, & mandata mea, quae dudum a me accepiſtis, ſervate. Videte, quaeſo, ne mei poſt obitum meum oblivio aliquando vos capiat, aut praeceptorum meorum memoria vobis elabatur. Tuque, fidelium coetus, & Sacerdotum chorus, valete: Crux Domini noſtri vos, veſtraſque domos tueatur. Voſque itidem aegros adpello, quotquot in nomine Jeſu Chriſti ad me veniſtis, Deumque rogo, ve-

ſtris ut morbis vos quamprimum relevet; ſicut olim mulierem laborantem ſanavit. Te quoque valere jubeo, Columna, quae me tamdiu ſuſtentaſti: poſthac Jeſu Chriſti vexillum feras. Tuque, terra omnium miſeriarum ſedes, vale. O illum beatum, qui ex te ſine labe, integer & purus deceſſerit! Cogita, precor, quot labores et aerumnas pro te exhauſerim. Cave, ne diabolus te, ſicut filiam Jacob. in poſterum ſeducat; aut quemadmodum poſt Moſis interitum vitulos conflaſti, ſic modo apud te dicas: Simeon interiit, jam ad abominationes meas revertar. Nam etſi mihi vita quamcitiſſime cedendum ſit; Chriſtus tamen, quem dilexiſti, vivit, illi a me tradita fuiſti; nupta Sponſum ſequere. Propter te thalamum me intraturum, ejuſque deliciis fruiturum confido. Vide, ut memineris mei ſuper menſa ejus omni tempore, & ad congreſſum ipſius vocata, memor eſto mei. Cave, ne unquam, quae pro te ille perpeſſus eſt, mala tibi excidant, fel, & acetum, Crux, clavi, & acuta lancea. Pro te mortuus eſt Deus immortalis. Scelus eſſe puta, in errorem inanimum Idolorum relabi.

Inter haec circumſtantibus Angelis, ejuſque obitum praeſtolantibus, Simeon ſublatis in Caelum oculis flens manus protendit, Dominum in Calvariae monte morientem imitatus. Exporrecta deinde dextera, orbi ejuſque habitatoribus benedixit; tum etiam ſe ipſum Crucis trophaeo ſignans, inclinato capite exſpiravit. Continuo advolavere Angelorum chori, lucisque Sponſam complexi feſtivo cum Pſalmorum cantu deduxere, diabolo nequaquam hiſcere auſo, novis canticis illum laudantes, qui homines Angelis excelſiores ſibi elegit. Angelorum cantibus occinuere mon-
Pſ 33. 7. tium cavernae, ſubſiliere campi, auditaeque voces dicentium: Hic eſt, qui invocavit Dominum, & exaudivit eum. Confeſtim explicuere alas, animamque ejus, pennis ſuis ſubvectam, ſuſtulerunt: ejuſdemque labores,

[illegible]

[illegible]

[illegible]

res, & geſta recolentes, tales illi ſeſe praebuere, quales olim Danieli ſeſe ſpectandos obtulerant, renidenti laetiſſimoque vultu. Jam vero quum primum Caeleſtes Aedes adparuere: Hem, ajunt, fores, quae Juſtis ad haereditatem vitae novae aditum aperiunt. Ingredientem Caelitum chori excepere, Sponſamque lucis conſalutarunt, fauſtum adventum eidem gratulantes. Illa porro ante Filii Dei Thronum ſtante, adclamavere univerſi: Hanc, Domine, oramus, ſuſcipe Animam, eique praemium impenſi tibi obſequii repende. Jube illam ad Theſaurum vitae deduci, ibidem uſque ad Corporum Reſurrectionem manſuram, quando dilectum ſibi corpus, ſuo e pulvere excitandum, reſumet.

Porro autem Diſcipuli exſangue Magiſtri Corpus coram contuentes, orbitatem ſuam magnis queſtubus comploraban: ipſa luxere ſaxa, & parietes, monteſque inſolitis concuſſi motibus. Columnam conglobati amplexantur, eique haerentes, ſingultibus aërem feriunt, & lacrymis rigant humum. Rectum interim, fixumque columnae ſuperſtabat cadaver, ut a multitudine ſomno ſopitum crederetur; poſteaquam vero beati Viri obitum intellexerunt, incredibili dolore adfecti, mortuum lamentari coeperunt: Siccine nos, Pater, ajebant, deſeris, nec tutorem pupillis deſignas? Adeo deſertis, vagis egentibus nemo ferat opem? Adflictos relevet nemo? Patriam nempe, parentes, cognatoſque reliquiſſe juvit, dum nobis tu Pater, & Patria, atque omnia eras. Famam ſequuti ad tuos fontes properavimus; fontes importuna nobis mors obſtruxit. Noſtris reſulſit terris lux tua, lampadis in modum omnia conluſtrans, quo illa ducebat, illuc iter intendimus. Heu quomodo reflante ſubitae mortis vento illa exſtincta eſt! Arbor eras, umbram tuam quaerebamus; heu mortis acerbae ictu ſucciſus ut jaces! ut nos diſperſi ſumus! Munitiſſimum propugnaculum nobis hactenus fueras, ac tu-

tiſſimum inter latronum adſultus perfugium; quomodo impellente ſato concidiſti, tuoque nos caſu nudos, & inermes hoſtium incurſionibus expoſuiſti? Noſter heu ſol occubuiſti, occidiſti, Lumen noſtrae peregrinationis! Siccine inter ſalebras, & offendicula per horribilem ſolitudinem palabundos errare nos cogis? Tua jam lugeat Mandra, tuam nunquam poſthac auditura vocem, in ſqualore, ac ſordibus jaceat, ſicut haerede orbata domus. Caſus defleant noſtros vicinae rupes, noſtros reſonent montes, & colles queſtus, cariſſime & benedicte Pater. Columna, ſuper qua dies nocteſque rectus ſtetiſti, atque adeo orbis univerſus ad noſtros vocentur luctus, Electe Pater, Sancte Simeon, Jeſu Chriſti famulus. Tua nunc ſalutari conſuetudine orbati, ora Pater, ut eadem in ſpiritu potiamur. O beatum Spiritum, cui modo Aedes vitae ſpectare licet! O beatum Corpus, aſperis laboribus, aerumniſque ereptum, atque in tranquilla ſtatione conlocatum! O beatum rurſus Spiritum tuum, Electe Pater, atque tot victoriis clariſſime, qui Divinum illud regnum adeptus es. Filius Dei, quem ab infantia dilexiſti, nos pro ſua clementia dignos efficiat, qui intercedentibus precibus tuis veniam impetremus.

[illegible]

Hactenus Sanctus Jacobus Sarugenſis Batnarum in Meſopotamia Epiſcopus.

S. Simeonis Scripta.

Porro Sanctum Simeonem Stylitam inter Scriptores Syros merito conlocat Aſſemanus meus tom. 1. Bibl. Orient. pag. 254. ex quo praecipua hujus Admonitionis, & Adnotationum capita excerpſimus. Et quidem Simeonem noſtrum graviſſimam ad Theodoſium Juniorem Epiſtolam dediſſe, qua Imperatorem acriter objurgabat, quod Aſclepiadis; ſeu Aſclepiodoti Praefecti ſuggeſtione Synagogas Judaeis olim ereptas, reſtitui juſſiſſet, teſtantur Evagrius lib. 1. cap 13. & Nicephorus lib. 14. cap. 51. Ejus exemplar circa finem horum Actorum a Coſma noſtro profertur.

Duas praeterea Epiſtolas pro Concilio Chalcedonenſi Sanctum Stylitam ſcripſiſſe idem Evagrius adfirmat lib. 2. cap. 10. ubi agens de iis, qui ad Encyclicas Leonis Imperatoris reſponderunt; *Sed & ſanctae memoriae Simeones*, inquit, *duas Epiſtolas de hoc argumento ſcripſit: alteram ad Leonem Imperatorem: alteram ad Baſilium Epiſcopum Urbis Antiochiae; ex quibus eam, quae ad Baſilium ſcripta eſt, utpote breviorem, heic adponam*. Exemplar ejuſdem mox ſubjicit. Utraque laudatur etiam a Nicephoro lib. 15. cap. 19. qui cap. 13. ejuſdem libri 15. refert, Simeonem ad Eudociam quoque Imperatricem de eodem argumento Epiſtolam conſcripſiſſe, cujus fragmentum ibidem producit.

Demum in Bibliotheca Patrum tom. 7. exſtat ſub Simeonis noſtri nomine *Sermo de ſemper complectendo ſuum cuique diſceſſum*, ſeu *de exitu Animae a corpore*.

Idem

Idem ſermo in eadem Bibliotheca Patrum tribuitur etiam Sancto Macario Aegyptio, habeturque in Homilia 22. inter L. Homilias, eidem Macario adſcriptas; ſed in nonnullis manuſcriptis Codicibus Graecis Vaticanis S. Ephraemo Syro adjudicatur. Verum nec Ephraemo, nec Macario, aut Simeoni Stylitae adſcribendum eſſe puto, ſed Theophilo Alexandrino. Id enim ſuadet tum authoritas Codicis Syriaci Nitrienſis Vaticani XXXII. qui exaratus eſſe dicitur die trigeſima Julii anno Graecorum Octingenteſimo Octogeſimo ſeptimo, Chriſti 576. tum ſtylus, Graecam originem ſapiens: & huic quidem conſonant quae idem Theophilus moriturus dixiſſe fertur in Vitis Patrum lib. v. libello 3. de Compunctione.

Epiſtolis Sancti Simeonis Profeſſionem Fidei Catholicae adjungit Leo Allatius in Diatriba de Simeonum ſcriptis: quod ex his Eulogii Alexandrini apud Photium verbis probare contendit: *Necnon iis, qui in Religioſa, & Monaſtica vita celebres habebantur, praecepit Leo, ut ſententiam ſuam ſcripto profiterentur. Quod Epiſcopi numero mille ſexcenti promte ſane exſequuti ſunt, nemine, qui aliter ſentiret, deprehenſo: e quibus ſtetit & Simeon, qui in columna Caeleſtem vitam profitebatur.* Verum Profeſſionem Fidei Catholicae, a Sancto Simeone editam, non aliam fuiſſe ab ejuſdem Epiſtolis ad Leonem Imperatorem, atque ad Baſilium Patriarcham datis, liquet tum ex adlatis Eulogii verbis, quae nihil aliud indicant, quam Simeonem ſententiam ſuam ſcripto, hoc eſt, iis literis ſignificaſſe; tum ex laudato Evagrii teſtimonio, qui per binas illas literas teſtatur, Simeonem ad poſtulata Leonis cumulate reſpondiſſe. Nam de Circularibus quidem Leonis Auguſti Literis ſic habet prope finem cap. 4. *Similia vero Imperator ſcripſit tum ad reliquos Epiſcopos, tum ad celeberrimum quemque eorum, qui tunc temporis, ut jam dixi, vitam a materia remotam, omnique adparatu deſtitutam agebant. Ex quorum numero fuit Simeones, qui primus ſtationem in columna excogitavit.* Pro reſponſione autem duas illas Simeonis Epiſtolas dumtaxat producit, e quibus hanc Fidei Catholicae Profeſſionem colligit. *Quapropter ego quoque humilis & exiguus, abortus Monachorum,* (verba ſunt Sancti Stylitae ad Baſilium Patriarcham) *animi mei ſententiam Imperiali ejus Majeſtati ſignificavi de Fide ſexcentorum triginta Sanctorum Patrum, qui Chalcedone congregati ſunt, perſiſtens, & fundatus in ea Fide, quae a Sancto Spiritu revelata eſt.* Non alia igitur quaerenda eſt Fidei Profeſſio extra duas illas Simeonis Epiſtolas.

Syriace probabilius ſcripſit: ejuſque opera a Thaumaſtoritae ſcriptis diverſa.

Syriace autem beatum Simeonem, non Graece, aut alio ſermone loquutum fuiſſe, & ſcripſiſſe, probabile faciunt, quae a Coſma noſtro narrantur in ejuſdem Vita; locus inſuper, in quo natus eſt, ac vixit; Syros enim, qui mediterranea loca habitabant, Syriaca, non Graeca lingua plerumque uſos fuiſſe, Acta Sancti Simeonis Sali teſtantur. Heic vero obſervandum, Simeonem noſtrum alium eſſe a Sancto Simeone Thaumaſtorita, ſeu *in Monte admirabili*, qui Mauricio Imperatore deceſſit, de quo idem Evagrius lib. 6. cap. 23. & Nicephorus lib. 18. cap. 24. atque huic Juniori Simeoni adjudicanda eſſe opera, quae Leo Allatius in laudata Diatriba recenſet: quorum pars magna exſtat Arabice converſa in Codice Vaticano XXVI.

Ejus Imago ex Vaticano Baſilii Imp. Menologio.

Ceterum quum Sanctum Simeonem noſtrum Stylitarum parentem, ejuſque admirandi plane inſtituti conditorem fuiſſe, ex hac Coſmae hiſtoria praecipue fit perſpicuum; ne quid deſit Operi, in quo verſamur, rem oppido gratam Sacrae antiquitatis ſtudioſis nos facturos eſſe confidimus, ſi alteram autographi Baſiliani Menologii Tabulam, quae Sanctum Simeonem columnae inſiſtentem praefert, genuinis hiſce ejuſdem ac ſinceris Actis praefigeremus. Quod quidem beneficium eximiae Cardinalis Annibalis Albani, Clementis XI. Pontificis Maximi ex Fratre filii, Religionis, & Literarum bono nati, munificentiae acceptum referimus, qui quum Imaginum Sanctorum, ab illuſtribus Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris aevi artificibus minio depictarum, Tabulas excipiendas, & ad vivum, ut in Autographo Vaticano conſpiciuntur, aeri incidendas curaverit, ipſumque Menologium, tamdiu a doctis Viris deſideratum, Graece ſimul & Latine formis Urbinatibus publicaverit, eam, quae ad Sanctum Simeonem pertinet, Tabulam nobis perhumaniter commodavit; ex qua ejuſdem Sancti Simeonis columnae inſiſtentis excuſam

Digitized by Google

ſam Imaginem heic proferimus, utpote quae potiſſimum in cauſſa fuit, quare Carolus Majellus, Archiepiſcopus Emiſſenus, eximias cujus laudes in Praefatione Generali perſtrinximus, eruditiſſimam de Stylitis Diſſertationem elaboraverit, quam ad Chaldaica ſeu Syriaca haec S. Simeonis Acta illuſtranda ſatis ſuperque adcommodatam, numeriſque omnibus abſolutam, huic Tabulae ſubjicere, operae pretium ducimus.

DISSERTATIO
DE STYLITIS
In Tabulam II. Menologii Baſiliani.

STylitarum Columnas *omnibus Aegypti prodigioſis Pyramidibus, elaboratis pictiſque Obeliſcis, Coloſſis Columniſque Trajani* (Raderi verbis utor) *propter ipſa, quae ſupra illas fulgebant, ſidera Sanctitatis anteponendas*, lubet heic paullo curioſius explorare & exponere. Quum enim ad illuſtranda priſcorum temporum monimenta, quorum reliquiae ſuperſtitionem, aut memoriam veteris aevi qualemcumque repraeſentant, tanta contentione docti Viri operam conferre geſtiant; non erit aliena a Chriſtianis ſtudiis diligentia, ſi adcuratius inquiramus haec admirandae fortitudinis monimenta, quae non humani faſtus inſania ad inanem nominis celebritatem, ſed noſtrae religionis ſanctitas ad virtutis incitamentum, & exercitationem vitae Caeleſtis excitavit. Quando hoc igitur ſacrae antiquitatis, & auſteritatis miraculum prima nobis exhibet Baſiliani Menologii ad Sanctos pertinens tabula, quae Simeonem columnae inſiſtentem praefert, de columnis, earumque modiis, ſcalis, & mandris, ac primum de Stylitici Ordinis origine, incremento, & interitu per vices temporum videamus.

CAP. I.

C A P. I.

De Stylitarum origine, & ſucceſſione.

Qui primus apud Romanos in columnis domicilium fixerit.

1. ROſweydus ad Vitam Simeonis num. 2. ex Aſconio adnotavit, primum apud Romanos in columna habitaſſe Moenium, a quo Moeniana deinceps ſunt adpellata. Raderus in eandem ſententiam 3. part. Viridarii cap. 4. de Stylitis: *Repertor*, inquit, *hujus generis tectorum ſuper columnas poſitorum Romae C. Moenius fuit, qui venditis aedibus excepit columnam, ſupra quam tectum projiceret ex tabulatis, ut ſpectacula ibi faceret*. Eadem repetit Allatius in Diatriba de Simeonum Scriptis. Iiſque praeter Aſconium, Feſti, Iſidori, & Gloſſariorum authoritas ſuffragatur, ſed praeterquamquod Salmaſius ad Aelium Spartianum in Peſcennio Nigro, *magnas eſſe nugas* ſibi perſuadet, quae a Grammaticis de ejuſmodi Moenianorum origine traduntur; plurimum Moeniana, ſi in ſua primaria ſpectentur origine, a Stylitarum domiciliis differunt. Nam illa ultra columnas tigna extendebant, quo amplificarentur ſuperiora, ut loquitur Feſtus; neque columnis inſidebant, ſed potius adhaerebant: cujuſmodi erant Moeniana foribus adjecta. Quum enim Moenius in aedibus vendendis columnam excepit, non aliam intelligo, quam quae ſuſtentaret aedes; illius igitur non vertici inſidere, ſed immiſſis projectiſque tignis adhaerere potuit. Quamobrem Graeci ἐξώστας καὶ ἐκθέτους adpellarunt. At Stylitae columnarum verticibus imminebant, neque laxabant ſuperiora, ſed anguſtiſſimo ſepto terminabant. Itaque non placet ſanctiſſimum inſtitutum ethnica imitatione, & origine foedare. Si quis autem antiquitatis ſtudioſior amet Styliticae habitationis conſuetudinem a vetuſtate Moenianorum arceſſere, jam ante Romam conditam in Palaeſtina, & Aegypto, ubi Stylitae deinde floruerunt, Moenianorum uſus tamquam proprius earum gentium invaluerat, quas Hieronymus ad Juniam, & Fretellam teſtatur, habuiſſe *in tectis domata, quae*, inquit, *Romae vel ſolaria, vel moeniana vocant*.

Moeniana a Stylitarũ domiciliis diverſa.

§. I.

Quo Authore, quove anno Stylitarum inſtitutum coeperit.

Simeon Siſanites Stylitarum parens.

2. STylitarum parentem, ejuſque inſtituti conditorem fuiſſe Simeonem Siſaniten, tota fatetur antiquitas. Theodoretus in Philotheo Cap. 26. de Simeone: ξένον καὶ παράδοξον θέαμα, *novum, & admirandum ſpectaculum*: ξένην πολιτείαν: *novam vivendi rationem* paſſim adpellat Simeonis vitam. Evagrius lib. 1. cap. 13. hiſt. Eccl. πρῶτος τὴν ἐπὶ κίονος στάσιν ἐπιτηδεύσας: *Qui primus ſtationem in columna inſtituit*. Theodorus Lector in Collectan. πρῶτος τὸ κιόνων ἐπιτήδευμα ἐπενόησεν: *Primus columnarum inſtitutum excogitavit*. Theophanes in Chronographia, & ex eo Cedrenus. ὁ πρῶτος καταδείξας τὴν τοιαύτην ἀρετὴν: *Qui primus talem virtutem oſtendit*. Georgius Tsuromenitanus apud Allatium: τὸν κιονίτην βίον πρῶτος πάντων ἐκλέγεται: *Columnarem vitam primus invenit*. Is quum annos novem in monaſterio Teledenſi exegiſſet, decemque praeterea in Mandrae angulo, *in converſatione admirabili, duris operibus ac certamine multo*, coepit in columnia ſtare, brevioribus quidem per annos ſeptem, altiori vero cubitorum 40. per triginta annos, donec ad Superos evocatus eſt die 2. Septembris; ut narrat Coſmas Presbyter in Vita Simeonis, quam quartodecimo poſt Simeonis obitum anno Syriace ſcriptam ſervat in Cod. MS. Nitrienſi I. (quem nos octavo ab obitu Caroli Majelli anno, Latinitate donatum heic proferimus) ex liberalitate Clementis XI. P. M. Bibliotheca Vaticana: cujus epitomen edidit tom. 1. Bibl. Orient. Clem. Vat. cap. 27. Vir Cl. Joſeph Simonius Aſſemanus Maronita inter inſignes Apoſtolicae Bibliothecae Scriptores quotquot ingenio, eruditione & ſcriptis hactenus claruerunt, mihi merito numerandus. Exceſſit autem Simeon, ut idem Aſſemanus poſt Authorem Chronici Edeſſeni confirmat, anno Chriſti 459. Itaque in columm-

Quo anno columnae inſiſtere coepit.

lumnis brevioribus ſtationem adgreſſus eſt anno 423. quo Stylitarum initium, ejuſque inſtituti originem conſignamus.

Argumenta contra Stylitarum epochã refelluntur.

Nazianzeni locus explicatur.

3. Tria ſunt autem antiquorum Scriptorum loca, quae huic teſtatiſſimae Stylitarum origini refragari videntur. Primus eſt Nazianzeni in carmine de Aſcetis, ubi quum laudaſſet incredibilem Aſcetarum quorumdam in diuturna ſtatione conſtantiam, ita ut non deeſſent, qui totos annos ſtando tranſigerent, ſubjecit: Πίστις γὰρ ἐστήλωσε καὶ φόβος Θεοῦ: Quae verba ita vertit Leunclavius: *Fides enim, Deique timor, ut in columnam aſcenderent, eos impulit*. Aevo igitur Nazianzeni, ſi Leunclavii interpretationem ſequamur, viſi fuerant Stylitae, integro nimirum ante Simeonem ſeculo. Sed Leunclavii adlucinationem caſtigavit Allatius, ſententiam, & verba Nazianzeni rite interpretatus: *Fides enim, & Dei timor illos velut columnas firmaverat*, quo ſenſu 2. Reg. cap. 18. legitur: ἐστήλωσε ἐπ' αὐτὸν σωρὸν λίθων.

Syri Anonymi teſtimoniũ refutatur.

4. Alter locus eſt Scriptoris Syri Anonymi in vita S. Ephraem, cujus epitomen idem Aſſemanus protulit loco cit. cap. 6. (quamque integram habes in Prolegomenis ad tertium Syriacorum ejuſdem S. Doctoris operum tomum, a nobis poſt Caroli Majelli mortem editum) ubi dicitur num. 31. ad funus Ephraemi conveniſſe multitudo Anachoretarum, Stylitarum, & Coenobitarum. Anno itaque 373. quo deceſſit Ephraem, frequentes erant Stylitae. Recte autem ibi admonuit Vir Cl. Scriptorem illum recentiorem fuiſſe, ac de Ephraemi aetate loquutum pro ſeculi ſui more, quum ſcilicet inter Aſcetas Stylitarum Ordo peculiaris erat. Neque vero ſatis adcurate pro Stylitarum diſciplina, & perpetua clauſura loquutus videtur. Stylitae enim vix pro graviſſimis, & publicis cauſſis de columna deſcendebant. Niſi forte id Anonymum ſpectaſſe dicamus, ut publicum luctum in Ephraemi funere augeret, ex inſueta Stylitarum frequentia, & oſtenderet Stylitas inter graviſſimas cauſſas poſuiſſe juſta Doctori Sanctiſſimo perſolvenda.

Argumentum ex duabus Epiſtolis S. Nili Monachi proponitur.

5. Tertius, iſque difficultate maxima diſtrictus eſt locus S. Nili Monachi, qui lib. 2. Epiſtolarum, duas Nicandro Stylitae inſcribit, nimirum 115. & 116. eumque reprehendit, quod e terra ſublimis corpore, terrena animo cogitaret, & columnari ſtatione non animae profectum, ſed humanas captaret laudes. Quo plane graviſſimi Scriptoris teſtimonio liquidum fit, jam Nili aetate & nomen, & inſtitutum Stylitarum invaluiſſe. Id vero nullum nobis negocium faceret, ſi de Nili aetate Menologiorum tam Baſilii Imperatoris, quam Cardinalis Sirleti teſtimonio inſiſteremus, quae ſub Mauritio Nilum floruiſſe tradunt: quae quidem tempora cum adulto, celebratoque Stylitarum Ordine optime congruunt; ſexto enim ac ſeptimo ſeculo mirifice colebatur. At qui Nili vitam, & opera diligentiſſime illuſtrarunt, & ediderunt, Petrus Poſſinus, Leo Allatius, & Joſeph Maria Suareſius alia omnia ſentiunt. Poſſinus quidem confidenter in Menologium Graecorum pro Mauritio Marcianum intrudit, & Garyophilum Menologii authoritatem ſequutum in definienda Nili aetate adlucinatum eſſe contendit in Praefat. in Epiſtolas Nili ad Cardinalem Barberinum. Poſſino ſubſcribit Allatius in Diatriba de Nilis, eorumque ſcriptis, miraturque Garyophili oſcitantiam, quum inde oportere adfirmet, vitae annos 175. Nilo tribuere, ſi ſub Mauritio vixiſſe dicatur. Suareſius in lib. Chronolog. de vita Nili adſeverare non dubitat, Nilum ſub Marciano ſupremum diem obiiſſe nonagenarium anno Chriſti 451. octavo ſcilicet, aut nono antequam Simeon Stylita ad Superos evocaretur. Miror autem Viros hoſce doctiſſimos ad duas, quas diximus, Epiſtolas, Nicandro Stylitae inſcriptas, animum non advertiſſe.

Diverſae de Nili aetate Scriptorũ ſententiae.

Duae illae Nili epiſtolae ſcriptae ſunt adulto jam Stylitarũ inſtituto.

6. Illae enim procul dubio ſcriptae ſunt poſt Stylitarum initia, quum nimirum titulus, & adpellatio Stylitae ſermonis uſu, & conſuetudine trita erat; quod tum demum fieri coepit, quum Stylitarum inſtitutum frequentes habuit alumnos; neque enim aut Theodoretus, aut Antonius, aut Coſmas, qui ſub exordia Stylitici inſtituti claruerunt, & M. Simeonis Vitam literis conſignarunt, Stylitae nomen uſurpaverunt. Praeterea ſtatio illa columnaris quum primum exorta eſt, novitate ſua homines perculit, & ſignis, atque experimentis probanda fuit; ut fuſius infra explicabimus: adeo ſupra humanae naturae conditionem, infirmitatemque eſſe videbatur.

Digitized by Google

batur. At Nilus Nicandrum in Epiſtolae inſcriptione Stylitam adpellat, nec Styliticae exercitatiouis novitatem objicit, aut memorat; immo vero ex ejus profeſſione debitum Sanctioris vitae inculcat. Neceſſe erit proinde, ut jam ante Nilum, & Marciani aetatem ſtatuamus ortum Stylitarum, hoc eſt, diu ante Simeonem, ſi vera ſint quae tanti Viri, tantaque eruditione celebres poſt adcuratiſſimas diſcuſſiones de Nili aetate definierunt. Ex ipſa igitur Stylitarum origine pauca ſubjiciamus, quae ad argumentum ex geminis Nili Epiſtolis ad Nicandrum, & ad implexam de Nili tempore controverſiam non erunt fortaſſe inutilia.

Nili aetas inquiritur.

7. Adulta jam aetate ſub Imperatore Arcadio fuiſſe Nilum conſtat, tum ex Nicephoro lib. 14. hiſt. Eccl. cap. 30. qui eumdem inter illuſtres Chryſoſtomi Diſcipulos primo loco numerat, tum ex Nili Epiſtolis ad Arcadium ipſum, quem de Chryſoſtomo in exſilium pulſo libere arguit; ex quibus Allatius ad indagandam Nili aetatem prima ſumit indicia, Epiſtolarum ſcilicet tempora ducens ab exſilio Chryſoſtomi, quod anno 404. contigit. Atqui addendae erant epiſtolae complures, quas Nilus dedit ad Gainam copiarum ducem ſub Arcadio, & perditum Arianae perfidiae fautorem, quibus Arianorum argumenta a Gaina propoſita confutat; Gainas autem res novas molitus profligata claſſe caeſus interiit anno 400. Haec autem quum ſcriberet Nilus jam Eparchatu Conſtantinopolitano abjerat, jam Chryſoſtomo authore ſecularibus curis ſeſe abdicaverat, atque ad Monaſticam vitam animum traduxerat. Filium autem tum habebat Theodulum, ad eam aetatem provectum, ut Monaſticae exercitationis ſtadium una cum patre inire potuerit. Qui haec igitur circa annum Chriſti 400. geſſerat, ad annum 600. quo regnabat Mauritius, pervenire certe non potuit.

Ad Gainam ſcribit Nilus ante annum Chriſti 400.

Ad Mauritii aetatem pervenire nõ potuit.

Allatii argumentum ex epiſtola Nili ad Zoſarium.

8. Quum haec de Nili aetate exploratiſſima ſint, adhuc multo clariora ſe deprehendiſſe ſcribit Allatius, ex Nili verbis epiſt. 77. lib. 1. ad Zoſarium Tribunum, quibus apertiſſime deſignari putat tempus, quo epiſtolam exarabat. Objiciens enim Judaeis, quod propter alia ipſorum patrata ante Chriſti adventum facinora, in captivitatem quidem alienigenis traditi fuerint, ſed paucis poſt annis in Palaeſtinam, libertatemque revocati: *Ex quo vero*, inquit, *immedicabile hoc flagitium in Filium Dei manus apponentes, audacter perpetrarunt, perpetuo, & extrema excidia traditi ſunt. En itaque quingenteſimus annus eſt, & nuſquam Divinum ſubſidium, non auxilium, nan conſolatio*. Lubet heic integrum adtexere Allatii locum ex Nili teſtimonio ita diſputantis: *Ab ea tempore, quo Judaei praeſenti animo in Dei Filium manus ſuperimponentes, de eo capitalem caedem fecerunt, ideoque perpetuo excidio traditi ſunt, eſt annus quingenteſimus, non contractis literis, aut brevibus numerarum notis, ſed extenſis, & illaeſis characteribus deſignatus, ne Scriptoris oſcitontiae mendum tribuatur. Ab anna Nativitatis Domini quingenteſimus eſt Anaſtaſii Imperatoris decimus, Papae Symmachi ſecundus. Annus, qua exſulavit Chryſoſtamus, eſt Domini quadrageſimus quartus, Arcadii Imperatoris decimus, Innocentii Papae tertius. Ergo ſi ſcribebat hic Nilus Joh: Chryſoſtomo nondum mortuo, ut ſuperius vidimus, erat, cum haec poſteriora ſcriberet, annorum nonaginta trium; quibus ſi appingas annos minimum triginta, quibus ſub magiſtro Chryſoſtomo mores ad mollitiem idoneos exuit, & artibus ingenuis inſtructus, auctoritatem, & dicendi libertatem conſecutus, Imperatorum labes, & maculas non communi vituperatione, ſed ingenuitate libera reprehendere poſſet, annos tum centum viginti tres numerabat*. Quod ne cui fortaſſe abſonum fidei videretur, hiſtorias ſubjecit Macrobiorum quorumdam, quos ipſe noverat.

Nilus ad Zoſarium ſcribit anno aetatis ſuae 123. ſecundum Allatium.

Multiplex Allatii adlucinatio.

9. Sed ratio Virum doctiſſimum fefellit, neque rite ſubduxit calculos. Nam I. non ab exſilio Chryſoſtomi, ſed ex ante annum, ut diximus, quadringenteſimum, quo Gainas peremtus eſt, initia abdicatae, & ſeverioris vitae Nili ducenda ſunt, propter epiſtolas ad ipſum ſcriptas; quae quidem etiam ante datae videntur, quam Gainas in apertam defectionem contra Arcadium erumperet, & bello turbulentiſſimo ſeſe implicaret: quo ſane tempore argumentatiunculis, & cavillationibus conſcribendis vacare non potuiſſet. Ad annos igitur 123. quos Nilo tribuit Allatius, aliqnot praeterea adjiciendi ſunt, ut ad trigeſimum ſupra centeſimum propius ad-

Multo longaeviorem Nilum fingere oportet, ut Allatii ſententia conſtet.

no 582. Imperium tenuit. Quid autem ſi Nilum alterum, & quidem vita Monachum, & ſcriptis celebrem ſub iiſdem Mauritii temporibus inveniamus? Numquid ab aequis Lectoribus aegre impetrabimus, ut Nili hujus junioris eſſe fateantur duas illas epiſtolas, & alias praeterea, quae ultra Marciani aetatem ſcriptae videntur, & Mauritii potius aevum repraeſentant? Age, teſtem producamus Bonaventuram Vulcanium Praefat. ad Lectorem in Tractatum Nili Theſſalonicenſis de Primatu Papae, ubi: *In catalogo*, inquit, *Bibliothecae Patriarchae Conſtantinopolitani citantur Nili Monachi Orationes decem contra Mohomed*. Porro Mahomed ſive Mahometes inter ipſa Mauritii tempora ſuperſtitionem Orientalibus adflavit. Quum autem Orationes inſcriptae ſint contra Mahomed, non contra errores Mahomedicos, fortaſſe non temere conjiciamus, ſcriptas eſſe, Mahomede adhuc ſuperſtite. Quod ſi quis paullo moroſior poſt ſectam Mahomedicam latius diſperſam contendat, Orationes illas eſſe confectas, nihil refragabor; potuerunt enim ab ipſo Nilo, qui ſub Mauritio ſcribebat ad Zoſarium, & Nicandrum, conſcribi contra Mahomedem ſub Heraclio, ſub quo Mahomedica peſtis latiſſime diffuſa eſt. Certe Scriptor epiſtolae 1. lib. 4. canitiem ſuam memorat: Μὴ καταιχύνῃς, inquit, μου τὰς πολιὰς: *ne pudore adficias canos meos*. Quae optime cadunt in Nilum hunc poſteriorem, qui ſi annum agebat 40. quum Zoſario, & Nicandro ſcriberet, anno non amplius aetatis 80. ſub Heraclio erat. Certius autem aliquid de tempore Nili contra Mahomedem ſcribentis definire poſſemus, ſi Orationes illae e latebris Bibliothecae Patriarchalis emerſiſſent. Interea dum certiora praeſtolamur indicia, hiſce conjectutis contenti ſimus. Sed ad Stylitarum originem, unde nos epiſtolae Nili longius abduxerunt, aliquando regrediamur.

Nilus alter Monachus Mahometem confutat.

§. II.

Quo inſtinctu Simeon Styliticam vitam ſuſceperit, & quanta virtute peregerit.

12. Fuerat quidem Simeon antequam in columnam aſcenderet, atque adeo ex quo vitam Aſceticam ſuſcepit, miro quodam animi ardore ad inſuetam, ac prope incredibilem vitae auſteritatem inflammatus; ita ſane, ut Theodoretus narret, illum ea de cauſſa e Teledenſi monaſterio fuiſſe ejectum, *ne corpore imbecillioribus, & ſupra vires ſuas aemulari conantibus damni cauſſa fieret*. Ad Styliticam autem Stationem novo, & peculiari Spiritus Sancti adflatu, viſoque Divinitus oblato provocatus, & inſtitutus eſt; quod ipſi quo pacto adciderit, Coſmae verbis exponam.

Mira Simeonis auſteritas.

13. ܘܒܬܪܟܢ ܕܝܢ ܡܢ ܕܗܘܐ ܡܣܟܪ ܗܘܐ ܘܡܬܬܠܡܕ. ܒܗܘܐ ܐܬܚܙܝ ܗܘܐ ܠܗ
ܒܚܠܡܐ ܡܣܬܟܠܢܐ. ܘܚܙܐ ܕܗܐ ܓܒܪܐ ܩܐܡ ܗܘܐ ܡܫܡܫܢ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܠܐܟܐ ܐܡܪ ܠܗ.
ܘܡܬܬܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗ ܒܚܠܡܐ. ܘܡܣܝܡܝܢ ܗܘܘ ܒܪܫܗ: ܟܠܝܠܐ ܕܝܢ
ܕܐܟܪܝܢ ܡܢ ܕܒܬܪ ܐܝܟ ܕܠܬܐ ܫܢܝܢ ܐܬܚܙܝ ܠܗ ܠܒܛܘܒܢܐ ܗܢܐ ܫܡܥܘܢ
ܚܙܘܐ ܚܕ ܫܦܝܪܐ ܕܒܠܝܐ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܢܐܡܪ. ܘܡܣܒܪ ܐܝܟ ܐܢܫ ܕܟܠܗ ܠܫܡܝܐ.
ܡܢܗ ܕܝܢ ܕܐܬܐ ܩܠܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܒܡܘܬܐ. ܘܐܡܪ ܕܢܣܬܒܪ ܒܠܘܚܐ ܐܝܟ
ܫܠܝܐ ܘܩܡ ܠܟܠ ܡܢ ܗܢ ܐܠܗܐ. ܘܐܡܪ ܐܠܗܘܗܝ ܠܠܝܠܝܐ. ܘܗܘܐ ܡܬܠܝܢ
ܘܡܬܬܟܝܢ ܫܡܝܐ. ܘܡܬܟܝܢ ܩܠܐ ܗܘܐ ܒܗ ܒܠܘܚܐ. ܘܐܡܪ ܡܢܗ
ܗܘܐ ܐܠܗܘܗܝ ܠܠܝܠ ܫܡܥܐ. ܘܐܠܐ ܚܙܘܗ ܠܡܫܡܫܢܐ ܘܐܡܪ ܐܡܪ ܡܬܟܝܢܐ ܒܗ
ܡܢܝܢ ܘܡܬܟܝܢ ܩܠܐ ܗܘܐ ܒܗ ܒܠܘܚܐ. ܗܠܝܢ ܗܘܐ ܠܠܝܠܝܐ ܗܘܐ ܢܦܫܗ
ܗܘܐ ܡܢ ܩܕܡ ܘܡܟܝܢ ܠܡܪܐ: ܗܢܝܢ ܐܡܪܝܢ ܘܐܡܪ ܗܘ ܠܡܫܡܫܢܐ ܕܡܬܟܠܢܗ

Peculiari ſigno ad columnarem ſtationem provocatur.

ܒܟܒ

ܒܟܝܢ ܗܘܐ ܗܟܢܐ ، ܘܡܢ ܡܛܠ ܕܬܫܪܪ ܐܝܟ ܕܢܣܝܘܢܐ ܘܫܘܠܡܘܗܝ ܕܐܠܗܝܐ ܗܘܐ
ܣܡܟܬ ܒܗܠܝܢ : ܡܢ ܕܫܠܚ ܕܝܢ ܒܝܬܐ ܗܘܝܐ ܗܕܐ ܘܡܬܘܒ ܘܡܕܒܪ ܥܒܕ .
ܐܝܟ ܗܘ ܡܕܡ ܠܟܘܢܐ . ܘܥܡܘܕ ܣܠܡܐ ܕܝܢ ܠܐܘܪܐ ܡܛܠܡܬ ܠܗ ܘܐܬܬܚܝܬ
ܢܦܫܗ ܕܗܘܢܐ ܢܦܩ . ܘܡܬܒܠܗ ܕܝܢ ܥܠ ܕܢܕܝ ܗܘܐ ܕܠܐ ܡܢ ܦܕܡ ܡܕܡܐ ܗܘ:
ܘܡܢ ܕܡܕܒܪܐ ܕܐܬܦܬܚ ܘܐܬܓܠܝ ܠܗ ܕܡܠܟܬܐ . ܐܬܚܙܝ ܠܗ ܓܒܪܐ ܘܐܬܡܘܬ .
ܘܥܡܘܕ ܣܠܡܐ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ . ܘܡܢ ܒܬܪܗ ܥܣܪܐ ܕܢܒܥܒܕ ܗܠܝܢ ܐܣܬܘܢܐ :

Ut autem, inquit, *certa conſtet, Divino inſtinctu, ductuque id omne ſuſceptum, perfectumque fuiſſe, hoc etiam ſubjungam. Aedicula illa, quam Simeonem ab initio habitaſſe ſupra diximus, feneſtram habebat, per quam ille porrectam a Sacerdote Euchariſtiam accipiebat. Suppoſitus huic erat protuberante ſtructura lapis tricubitalis, ad incenſi capſulam ſuſtinendam. Sub eos itaque dies, quos occaſione verni jejunii ab omni hominum congreſſu ſegregatus transfigere ſolebat, poſt tertiam hebdomadam illi forte oranti adparuit eximia forma vir facie ardentibus prunis prope ſimili, adcinctus, armatuſque, quaſi mox conflicturus; viſus autem primum ante feneſtram araſſe, poſt in praedictum lapidem ſubiens, religatis poſt tergum manibus, prius quidem inclinato, deinde recto corpore orare, atque ſubinde ad ipſum Simeonem converſus, illum adtente reſpectore, rurſumque ab eo averſus ſurrectis in Caelum oculis, manibuſque preces ſuas continuare, atque inter haec identidem Simeonem, ut antea, reſpicere. Per tres noctes viſio ejuſmodi repetita, a veſpere uſque ad mane ſequentis diei durabat. Tunc vero Chriſti famulus negotium iſtud a Domino profectum intellexit, ab eoque ſibi miſſum fuiſſe praeceptorem, a quo rationem, & regulam pie, adſidueque orandi doceretur. Eo itaque poſt triduum diſparente Simeon praedictum lapidem conſcendit: quod ſuave, & maxime jucundum illi adcidit, minime dubitanti, quin ea vivendi ratio a Deo inſpiraretur. Quamobrem exacto quadraginta dierum jejunio, & patefacto Septi oſtio, conſuetum domicilium reliquit, eaque in lapide ad tres menſes inſedit, tum reliquas, quas antea memoravimus, columnas conſtruxit.*

Hinc intelligimus, eadem ratione per Angelum fuiſſe deſignatas tam Stylıticas Simeoni, quam Monaſticas Antonio Monachorum parenti exercitationes. De Antonio res ita traditur in lib. 5. de Vitis Patrum libello 7. num. 1. Quum aliquando animi taedio, & immiſſis a diabolo cogitationibus ſupra modum adflictaretur, *vidit quendam tamquam ſeipſum ſedentem, atque operantem; deinde ſurgentem ab operibus, & orantem; & iterum ſedentem, & plectam de palmis facientem, & inde rurſus ad orationem ſurgentem. Erat autem Angelus Domini miſſus ad correptionem, & cautelam dandam Antonio. Et audivit vocem Angeli dicentis: Sic fac, & ſalvus eris. Ille autem hoc audita magnum gaudium ſumſit, atque fiduciam; & ita faciens ſalutem, quam quaerebat, invenit.* Intelligimus praeterea, vitam Styliticam in eo praecipue antecelluiſſe Monaſticae, quod haec laborem manuum orationi interponeret, & per vices orationem labori ſubjiceret, ut alterne animi, & corporis contentionem reficeret, & relaxaret; quum illa nullas daret auſteritati inducias, ſed ſtationis contentionem, & nunquam intermiſſos corporis cruciatus orationi ſociaret, adſiduoque certamine taedium vinceret, cogitationes, & diaboli inſidias arceret, & corpore ad ſolam prope tolerantiae palaeſtram uteretur.

Monaſticae & Styliticae originis & vitae comparatio.

Simeonis in columna exercitationes ex Theodoreto.

14. Jam cujuſmodi fuerint Simeonis in columna exercitationes, quas deinceps pro ſuo quiſque modo parentem, ac magiſtrum imitantes ceteri Stylitae adripuerunt, audiamus ex Theodoreto, qui fama ſanctitatis excitus Simeonem inviſit, & quae coram ſpectaverat, quaeque a Viro ſanctiſſimo audiverat, literis commendavit. Haec ille cap. 26. Philothei: *Ego vero licet certaminum illius, quae omnem orationem ſuperant, homines prope univerſos teſtes habeam, narrationem adgredi pertimeſco, ne fabula veritatis expers poſteris videatur.* Et infra poſt enarrata vitae initia, & jejunia

Si-

Simeonis in Tel-Neſcin incluſi: *Ex illo*, inquit, *tempore ad hunc uſque diem per* Mira cibi abſtinentia.
annos 28. quadragenos dies ſine cibo tranſigit. Tempus enim, & exercitatio magnum
laboris partem detraxit. Solebat enim primis diebus ſtare, Deumque laudare; deinde
ubi corpus ſtationem propter inediam ferre amplius non poterat, ſedere deinceps, &
ita Divinam Liturgiam exſolvere, poſtremis vero diebus etiam decumbere. Conſumtis
enim paullatim, exſtinctiſque viribus jacere ſemimortuus cogebatur. Poſtquam autem in
columna ſtetit, adduci nunquam potuit, ut deſcenderet, aliamque rationem iniit, qua
ſtaret. Trabem enim adligans columnae, & ſeipſum trabi adſtringens, quadraginta dies Statio perpetua.
ſic explevit. Poſt haec vero majore caelitus accepta gratia, ne hoc quidem opus habuit
auxilio, ſed cibis omnibus abſtinens, quadraginta dies ſtetit alacritate animi, divina-
que gratia confirmatus. Tum expoſitis ſignis, & miraculis nonnullis a Simeone edi-
tis, addit: *Sed quouſque tandem Atlantici maris altitudinem metiri conor? Nam ſicut*
hanc dimetiri homines nequeunt, ſic orationem ſuperant, quae ab eo fiunt quotidie. Ego
autem ejus ante haec omnia admiror conſtantiam. Noctes enim dieſque in omnium oculis
ſtat. Foribus enim ablatis, murique diſſecta parte non minima, novum omnibus, ac
ſtupendum ſpectaculum proponitur; nunc quidem longo ſtans tempore, nunc ſubinde ſe in-
flectens, Deoque adorationem afferens. Ac multi ſane adſtantium adorationes iſtas enu-
merant. Semel autem quidam ex iis, qui mecum erant, quum mille ducentas quadra- Crebrę incurvationes.
ginta quatuor numeraſſet, feſſus poſtea numerare deſtitit. Semper autem quum ſe incli-
nabat, ad digitos uſque pedum frontem admovebat. Ulceris deinde, quod ex pertina- Ulcerum tolerantia.
ci ſtatione contraxerat, mentionem facit; ſed alterum praetermittit, quod ex crebris
inclinationibus, & incurvationibus ortum eſt, in perforato epigaſtrio, ut ſcribit
Coſmas, qui addit tres dorſi vertebras eadem de cauſſa fuiſſe luxatas, & a ceteris
diſtractas, ita ut nunquam deinceps potuerint conglutinari; vulnus autem epigaſtrii
vehementiorem illi dolorem adtuliſſe, quam ulcus chironium. Hoc autem aſperi-
tatis genus eo eſt admirabilius, quod modius, & ſeptum columnae, quo Simeon
continebatur, duos, nec amplius cubitos, patebat, hoc eſt, palmos tres, intra ſpa-
tium autem adeo anguſtum tam crebro incurvari certe non potuit ſine dorſi & pe-
ctoris, & epigaſtrii dolore, vitioque. In publicis praeterea feſtis hanc fuiſſe con-
ſuetudinem Simeoni refert idem Theodoretus, ut ſtationi novum adderet cruciamen-
tum; ab occaſu enim ad ortum ſolis tota nocte ſtabat manibus in Caelum ſemper
extenſis. Pergit Theodoretus: *Totam noctem, & diem ad nonam uſque orando con-* Jugis precatio.
ſumſit: Poſt nonam vero primum quidem Divinam doctrinam praeſentibus tradit, dein-
de admiſſa uniuſcujuſque petitione, & curationibus aliquot peractis, litigantium con-
troverſias dirimit. Sub ſolis autem occaſum cum Deo deinceps conloqui incipit. His com-
memoratis ſe leviter inſtituti ejus formam adumbraſſe profitetur Theodoretus, ἀπὸ
ψεκάδ☉, δεῖξαι τὸν ὑετὸν πειραθείς: *a gutta pluviam oſtendere conatus. Denique ſcri-*
bent, inquit, *ut veriſimile eſt, & alii multo plura; quod ſi vitam produxerit*, καὶ μείζονα
τούτων προσθήσουσι θαύματα: *& majora fortaſſe addent prodigia*. Scribebat haec Theo- Quo anno haec ſcripſerit Theodoretus.
doretus anno 28. poſt inchoatum quadrageſimale jejunium ſine ullo cibi uſu, hoc
eſt, tribus poſt annis, quam in Mandram Tel-Neſcin conceſſerat Simeon, in qua
poſt annos 47. diem ſupremum clauſit quinto nonas Septembris anno 459. Theo-
doreti igitur hiſtoria de Simeone anno antequam e columna ad Caelum migraret
decimo ſexto, qui fuit Chriſti 443. conſcripta eſt, ſeu vigeſimo primo poſt colu-
mnsrem exercitationem ſuſceptam, quam teſte Coſma annos ſeptem, & triginta ad-
mirabiliter coluit. Itaque per reliquos illos vitse Simeonis annos plurima ſuperfue-
runt poſt Theodoreti narrationem deſcribenda, quse & Coſmas, & Antonius, &
Metaphraſtes ex parte nobis tradiderunt, quaeque apud eoſdem legi poſſunt; non
enim heic Simeonis vitam, ſed Styliticae vitae initia informanda ſuſcepimus. Pie-
tatis autem, & Aſceticae antiquitatis amatoribus ſatis nos facturos confidimus, Ma-
jellanae huic Diſſertationi ſubjicientes Sancti Simeonis Acta, quae ex vetuſtiſſimo,
quem diximus, autographo Coſmae ejuſdem familiari Codice Chaldaico eruta nunc
primum Latinitate donamus.

15. Incredibile plane dictu eſt quanta fuerit hominum admiratio, & quanta Sty- Simeonis fama
liti-

ma ſanctitatis & nominis celebritas.

liticae virtutis celebritas, quum primum illius ſplendor in oculos mortalium incurrit. Theodoretum ipſum audire juvat, qui famam Simeonis in columna degentis quaquaverſum diffuſam ita deſcribit: *Simeonem eximium magnum orbis terrarum miraculum norunt omnes, qui Romano parent Imperio, norunt & Perſae, & Medi, & Aethiopes; quin & ad Scythas quoque Nomadas pervadens fama hujus immenſos labores, & philoſophiam edocuit*. De Romana Urbe quod addit plane eſt animadverſione digniſſimum: *De Italia*, inquit, *ſupervacuum eſt dicere; ferunt enim maxima in Roma celebrem adeo virum eſſe, ut in omnibus officinarum veſtibulis parvas ejus imagines ſtatuant, tutelam ex his quandam ſibi & praeſidium comparantes*. Quem locum Nicaena II. Synodus etiam adtulit; adhuc ſcilicet ſuperſtite Simeone, & medium prope admirabilis ſtationis tempus agente. Immenſi autem laboris eſſet illuſtria Scriptorum praeconia colligere, quibus virtutum illius prodigia celebraverunt; nunquam enim ſine titulis humanam conditionem excellentibus Simeonis memoriam uſurparunt. Ἀέριον Μάρτυρα, τὸν ἐπὶ τῆς γῆς Ἄγγελον, τὸν ἐν σαρκὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ πολίτης; *Aereum Martyrem; in terra Angelum; in carne ſupernae Jeruſalem Civem*: adpellat Evagrius. Ac de eodem Theodorus Petraeorum Epiſcopus in vita S. Theodoſii Archimandritae: ὃς ἐκ τῆς τοῦ στύλου ἀκροπόλεως ἡλίου δίκην πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν ταῖς οἰκείαις τῆς ἀρετῆς καταφαιδρύνων ἀκτῖσιν: *Qui e columnae vertice ſolis inſtar, totam, quae Caelo ſubeſt, terram ſuis virtutum radiis conluſtravit*. Coſmas in epiſtola ad Simeonem, quam ex laudato Codice ad Acta ejuſdem S. Simeonis adjiciemus, *ſocium* illum vocat *Prophetarum*, & *comparem Apoſtolorum*. Nec defuit, ἀνὴρ σπουδαῖος, καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ διακονίᾳ τετιμημένος: ut ſcribit Theodoretus: *Vir bonus & Chriſti miniſterio honoratus*, qui ſerio dubitaverit, eſſet ne Simeon humana praeditus natura, an incorporea, quumque in montem ſubiiſſet, & Simeonem ipſum adjuraſſet, ut ediceret, an verus homo eſſet, illo jubente ſcalis admotis ulcera conſpicatus, & ſancti Viri ſermonibus confirmatus, dubitatione quidem exemta, ſed admiratione adaucta, receſſit, remque Theodoreto narravit, a quo eſt literis prodita. Naamanes quoque Arabum Praefectus, ut Coſmas memoriae tradidit, ſuo periculo virtutem Simeonis edoctus, Chriſtianos ſciſcitatus eſt, inter hominesne, an inter Deos Simeon eſſet numerandus.

Epiſcoporum ſuſpiciones diluit experimēto humilitatis.

16. Fuere tamen, ut ſunt vulgo incerta, & varia hominum judicia, qui inſuetam vitae rationem vel improvida cupiditate ſine Divino Numine ſuſceptam, vel ad humanae laudis aucupium inſtitutam partim dubitarint, partim reprehenderint. Quod ad eos adtinet, qui dubitaverint, rem tradit Evagrius, quam a Theodoreto praetermiſſam, ſe a Monachis accepiſſe adfirmat; Aegypti ſcilicet Epiſcopos, ut Sanctiſſimi Stylitae propoſitum explorarent, certum hominem adlegaſſe, qui Simeoni denunciaret Patrum nomine, uti e columna deſcenderet; ut nimirum ſi dicto non invitus obaudiret, eo humilitatis, & obedientiae experimento Deum inſtituti illius authorem agnoſcerent. Quum autem renunciatis ſibi Patrum mandatis, nihil contra mutire auſus Simeon, ſe confeſtim per ſcalam de columna demitteret, juſſus eſt in priſtinam columnae ſtationem redire, omnemque ab Epiſcoporum animis ſuſpicionem abſterſit.

Simeonis obtrectatores redarguit Theodoretus.

17. Obtrectatoribus autem & Inſignem ſtationem aut vanitati, aut levitati vertentibus occurrit Theodoretus, & Prophetarum exemplis docet, quae fuerint divina conſilia in inſuetis ejuſmodi vitae factorumque generibus; ut nimirum rei novitate exciti homines, ad exempla virtutum oculos converterent, & intentioribus animis mandata, & monita exciperent, quibus admiratio, ſignis praeſertim comitantibus, majorem conciliaſſet authoritatem. Refert autem ibidem Theodoretus uberes ejus novitatis fructus; quum nimirum populis ad Simeonis columnam confluentibus, integrae nationes ad Chriſtum converſae ſunt, Eccleſiae in Catholica doctrina confirmatae, Epiſcopi ad Paſtoralem ſolicitudinem excitati, & innumerabilia aegris, ac perditis hominibus impertita beneficia.

§ III.

§ III.

De inſignibus Simeonis ſucceſſoribus uſque ad ſeculum ſeptimum.

CLarius adhuc divina conſilia patuerunt, quum Simeone in Caelos ſublato, illuſtres extiterunt Angelicae exercitationis imitatores, per quos Chriſtianae virtutis odor, & Stylitici Ordinis ſplendor latiſſime ſeſe diffudit.

18. Primum autem inter Simeonis ſucceſſores aetate, & meritis Danielem numeramus, qui ſub Leone Imperatore poſt M. Simeonis obitum claruit. Is in vico Maratha dicto prope Samoſatam ortus, quum duodennis eſſet, in Monaſterium duodecim inde ſtadiis diſtans conceſſit. Fama deinde Simeonis provocatus, Monaſterii Praefectum, ut illum adiret, tunc quidem fruſtra rogavit; ſed per occaſionem deinde voti compos factus, Simeone invitante, aſcendit in columnam, ejuſque verbis, exemplis, ac vaticinio ad Aſceticam perfectionem inflammatus, ad Monaſterium rediit, ſed colendae ſolitudinis propoſitum non abjecit. Itaque Abbate defuncto, poſtquam Coenobii Praefecturam recuſaſſet, clam profugit, atque ad Simeonis mandram ſe contulit, ubi diebus quatuordecim exactis, quum ad viſenda Palaeſtinae Sacra loca diſceſſiſſet, Simeone per viſum hortante, Conſtantinopolim ire perrexit. Portum autem ingreſſus, Idolorum templum in Anaplo a daemonibus infeſtum occupavit, ubi ſolitarius novem egit annos, poſt quos divinitus in columnam eſt evocatus. In hac autem ad annum uſque aetatis octogeſimum, & menſem tertium pervenit, cujus corpus ab Euphemio Conſtantinopolitano Epiſcopo depoſitum magna celebritate elatum eſt. His ex Biographo commemoratis vitae illius tempora ad hunc modum diſpenſamus. Quum vita functus ſit, quo tempore Euphemius Gennadium C. P. Epiſcopum excepit, hoc eſt, anno Chriſti 489. exacto aetatis anno octogeſimo, & menſibus tribus, ortus ejus anno 409. conſignandus eſt. Quare anno 420. in Monaſterium ſeſe abdidit, quum nimirum annum duodecimum adtigiſſet. Ex Monaſterio autem profugit, atque in Simeonis mandra commoratus eſt anno ante Simeonis obitum nono: tot enim tranſegit Daniel in Anaplo poſtquam a Simeone receſſerat, donec in columnam aſcendit. Quamobrem in mandra fuit anno 450. ſeu potius 449. & in columna ſtare coepit anno 459.

Daniel Stylita ſub Leone Imperatore.

Aetatis ejus tempora deſignatur.

19. Porro Acta Danielis ad Imperii, & Eccleſiae ſalutem illuſtria, quae in Eccleſiaſticae hiſtoriae monimentis leguntur, quum ad Styliticam, quam exſequimur, ſucceſſionem non pertineant, ad ſua tempora revocare ſuperſedemus, quum praeſertim tam luculentis aetatis characteribus inſignita ſint, ut hiſtorias legentibus latere non poſſint. Horrendum enim praedixit incendium, quo magna pars Conſtantinopolis abſumta eſt. Leoni Imperatori filiis deſtituto, qui ad illius ſe pedes humilis abjecerat, cuique fuerat adprime carus, maſculam prolem in annum proximum praedixit. Imperatrix Eudoxia, quae nuper ex Africa ſervata erat, Danielem inviſit. Zenoni Imperatori calamitatis, & felicitatis vices, quas ſubinde excepit, vaticinatus eſt. Fidelium precibus, & Eccleſiarum adflictis rebus e columna deſcendere coactus, Baſiliſcum Imperatorem objurgavit, ac deterruit. Zeno in Imperium redux pulſo Baſiliſco ad Danielem cum uxore ad gratias agendas ſe contulit. Quae ſuas quaeque habent temporum notas, & ſimul oſtendunt quanta tum Danielis fuerit & virtutis, & nominis claritas.

Res ejus geſtas Eccleſiaſticae hiſtoriae memorant.

20. Eodem quidem anno, ut vidimus, quo Simeon ex hac vita migravit, Daniel ſubiit in columnam; ut nimirum ſplendidiſſima ſanctitatis face ab oculis hominum erepta, atque in Caelum ſublata, quae Syriae, totiuſque Orientis plagas illuſtraverat, alteram clementiſſimus Deus apud Regiam Urbem, atque in ipſa Conſtantinopolitani Imperii celebritate adcenderet, & ſuper candelabrum efferret, ut mundi contemtum, ſpem vitae aeternae, Catholicae Religionis veritatem, & eximiae virtutis radios per omnes mundi partes diffunderet. Non tamen putamus poſt M. Simeonem Stylitas in Syria defeciſſe, imo vero adfirmare non dubitamus, ibidem

Poſt Simeonem in Syria Stylitae florere pergunt.

Johannes Stylita Simeonis Junioris Magiſter.

dem Stylitas poſt obitum Sanctiſſimi Patris in peculiaris inſtituti ordinem, & formam coaluiſſe. Evagrius enim lib. 6. hiſt. cap. 23. de Simeone Juniore ait, Magiſtrum ejus, (cui nomen fuiſſe Johanni diſcimus ex vita ſutiuri Simeonis, quam ad diem 24. Maii Graece, Latineque edidit, notiſque illuſtravit V. Cl. Conradus Janningus) viſo miraculo, quod in puero Simeone Deus ediderat, illum *in columnam admiſiſſe*. Quae verba conſtitutum indicant Styliticae profeſſionis Ordinem; ita enim in Monachis ſuſcipiendis loqui ſolent Scriptores, *ad Monaſticum habitum admiſit*. Id autem contigit auno Chriſti 526. quum nimirum Simeon quinquennis erat, eoque tempore Johannes Styliticam vitam profitebatur prope Antiochiam; eam vero jam dudum profeſſus videtur, quum tyronem inſtitueudum ſuſciperet. Id autem fruſtra conjecturis adſtruere nitimur, quum argumenta ſuppetant ſole clariora. Nam inter Syros Scriptores Orthodoxos in ſuae Bibliothecae tomo 1. Cl. Aſſemanus Joſve Stylitam memorat, quem ſeculo quinto inclinante claruiſſe ait, hoc eſt, integro ante Simeonis Junioris mortem ſeculo. Monachum Joſve profeſſus eſt in Monaſterio ܙܘܩܢܝܢ *Zucnin*, quod ſitum eſt in agro Amidenſi, temporumque ſuorum calamitates ab anno Chriſti 495. uſque ad 507. rogatu Sergii Abbatis deſcripſit; quo tempore nondum ſortaſſe in columna ſteterat Johannes Simeonis Magiſter. Igitur Simeone defuncto illae ipſae Orientis regiones, quae ſanctum Virum aluerant, ſucceſſores ejus non paucos eduxeruut.

Joſue Stylita, ejuſque ætas.

Simeonis junioris aetas ex Janninge.

21. Inter hos, qui virtutum, ac ſignorum claritate, & ſcriptorum laudibus maxime omnium celebraretur, hic Simeon fuit; quem ut a primo diſcernerent, Juniorem adpellavere, atque, ut nonnullis placet, *Thaumaſioritam*, a monte ſcilicet prope Antiochism, qui ὄρος θαυμαστόν: *mons admirabilis*: ab hujus Simeonis vita, factiſque dictus eſt. Hujus aetatem adcuratiſſime diſtribuit loco cit. Janningus, cujus hacc verba ſunt in Commentario praevio §. 3. num. 21. *Vixit ſub quinque continuis Imperatoribus, Juſtino vetere, Juſtiniano, Juſtino juniore, Tiberio II. & denique ſub Mauritia; primi anno quarto natus, poſteriaris decimo quinta denatus, quarto & vigeſima die menſis Maii. Horum autem terminorum intervollum annos 75. complectitur, quos ita Simeanem impleviſſe ex vita conſtat. Annos quinque exegit in paterno domo uſque ad terraemotum; hinc unus elapſus fuerit in monte, ac primis vitae Monaſticae rudimentis, priuſquam in columnam admitteretur. In hac humiliori, ac potius baſi, quam columna, ſub oculis Johannis anni 6. in ſecunda pedes 40. eminente, 8. tranſacti. Sicque 20. erat annorum, ut meminit expreſſe vita num. 72. quum inde migravit in Montem mirabilem, ubi reliquum vitae tempus confecit, annis 10. in petra ſub dio, 45. uſque ad obitum in columna perſtans.*

Unus in occidente Stylita, Vulfilaicus.

22. Hac eadem Simeonis Junioris aetate ſplendor vitae Styliticae in Occidente primum illuxit. Sed propter hyemis, caelique inclementiam tantae ſeveritati minus idoneam, non ultra patuit, neque primus ipſe Occidentis Stylita, Vulfilaicus nomine, diutius in columna perſeverare permiſſus eſt. Rem, quam ab ipſo Vulfilaico, acceperat, ejuſdem verbis refert Gregorius Turoneuſis lib. 8. hiſt. Francor. cap. 16. *Deinde territarium Trevericae Urbis expetii, & in quo nunc eſtis monte, habitaculum, quod cernitis, proprio labore conſtruxi &c. Columnam etiom ſtatui, in qua cum grandi cruciatu ſine ulla pedum ſtabam tegmine. Itaque cum hyemis tempus ſolitae adveniſſet, ita rigore glacioli urebar, ut ungues pedum mearum ſaepius vis rigoris excuteret, & in barbis meis aqua gelu connexa candelarum more deſcenderet.* Quum narraſſet deinceps everſum, & comminutum Dianae ſimulacrum, addidit. *Advenientibus Epiſcopis, qui me magis ad hoc cohortari debuerant, ut coeptum opus ſagociter explicare deberem, dixerunt mihi: Non eſt aequa haec via, quam ſequeris, nec tu ignobilis Simeoni Antiocheno, qui columnae inſedit, poteris comparari. Sed nec cruciatum hunc ſuſtinere patitur loci poſitio. Deſcende potius, & cum fratribus, quos aggregaſti tecum inhabita. Ad quorum verba, quia Sacerdotes non obaudire adſcribitur crimini, deſcendebam, fateor, & ambulabam cum eiſdem, ac cibum pariter capiebam. Quadam vero die provocant me Epiſcopus longius ad villam emiſit operarios cum ſcutis, & malleis, ac ſecuribus, & eliſerunt columnam, in qua ſtare ſolitus eram. In craſtino autem veniens*

niens inveni omnia diſſipata, flevique vehementer; ſed erigere nequivi quae deſtruxerunt, ne dicerer contrarius juſſionibus Sacerdotum. Ita Stylitarum inſtitutum inviſit Occidentem; ſed virtus virtuti ceſſit, & prudentia, diſcretio, humiliſque obedientia prae columnari ſtatione valuerunt.

Alypius Stylita ſub Heraclio vita functus.

23. Simeoni Juniori comitem virtute non imparem adjungimus Alypium, cujus pretioſa mors in Heraclii tempora incidit, poſtquam annos 77. duriſſimae exercitationis egiſſet. Patriam is habuit Hadrianopolim Paphlagorum, ubi a Theodoro ejus Urbis Antiſtite ſacris literis inſtitutus, tum deinde Diaconus ordinatus, ſolitudinis amore ad Orientis deſerta migrare inſtituit; ſed ab Epiſcopo ſuo revocatus, Monaſticam vitam in patria profeſſus eſt. Mox in columnam cogitavit, ſed Seniorum conſiliis interpellatus, anguſtiſſimam cellam eſt ingreſſus, quum annos triginta natus eſſet. Ibi tranſacto biennio poſt Inferorum copias, & artes fortiter depulſas, ac debellatas, columnam inſedit. Miraculis ille apud Imperatoris Aulam, & Imperatricem ipſam celebris, praeter Incluſorum ad baſim columnae, duo excitavit, rexitque alterum feminarum, alterum virorum Monaſteria, donec meritis plenus, & ſignis glorioſus ad Caelum convolavit. Certum annum, in quem ejus nativitas, & obitus inciderit, ex vita illius apud Surium die 26. Novembris, quam unus ex ipſius diſcipulis ſcripſit, exſculpere non licet.

Sed haec Mauritii & Heraclii tempora adultam Stylitici Ordinis aetatem, & Alumnorum frequentiam late florentem nobis exhibent. Itaque inſigniores, quorum nomina Scriptorum monimentis tradita ſunt, ordine ſuo, quoad ejus fieri poteſt, recenſebimus.

§. IV.

De Stylitica ſucceſſione a Seculo Aerae Chriſtianae ſexto.

Julianus Stylita qua aetate floruerit.

JUlianum Stylitam, de cujus virtutibus, & miraculis non ſemel in Vitis Patrum, ad eandem Simeonis Junioris aetatem revocamus, cujus res geſtas ab Ab. Stephano & Cyriaco Juliani diſcipulo ſe accepiſſe fatetur Moſchus in ſuo Prato, quod initio ſeculi ſeptimi ſcripſiſſe docet Roſweydus. Tertium quendam Simeonem Stylitam, qui de Caelo tactus interiit, & cujus animam in Caelum ferri idem Julianus vidit, memorat ibid. Moſchus cap. 57. His coaevus fuiſſe videtur Stylita anonimus ſub Athenogene Petrae Epiſcopo, cujus virtutes eod. lib. 10. deſcribuntur ex narratione Athanaſii Abbatis, qui eaſdem ab ipſo Athenogene audierat. Alios praeterea Stylitas, quorum Moſchus mentionem facit, ſeculi ſeptimi initio adſignamus. Stylita Severianae ſectae, quem edito miraculo Ephraem Patriarcha Antiochenus ab haereſi revocavit, hoc eodem ſeculo vixit. Ephraemus enim Antiochenam ſedem renuit ab anno 525. uſq. ad 545. His praeterea adcenſendi ſunt Stylitae duo, quorum alter Severianus erat, alter Catholicus, quem vidit, & adloquutus eſt Moſchus, ut ſcribit cap. 29. Hac aetate, qua Stylitarum fama Haereticorum permixtione foedata eſt, non temere putamus, vixiſſe Nicandrum Stylitam, cui Nilus in duabus ſupra indicatis, ac late diſcuſſis epiſtolis, muliercularum conloquia, & humanae gloriae ambitum objecit. Porro numerum Stylitarum circa medium hoc ſeculum fuiſſe oppido frequentem, indicant verba Georgii Hamartoli, qui de Conſtantis II. tempore ſcribens: *Sub quo*, inquit, *vehemens & rapidus ventus exortus plures, eaſque ingentes arbores radicitus evulſit*: πολλὰς δὲ καὶ στύλους κιονιτῶν Μοναχῶν κατέβαλεν: *multaſque Stylitarum Monachorum columnas dejecit*. Per eadem tempora fuiſſe crediderim Stylitam illum, quem duodecim paſſuum millibus ab urbe Damaſco in Phoenicia certaſſe, ſcribit Anaſtaſius Sinaita in hiſt. Patrum lib. 1. cap. 1.

Simeon inter Stylitas ejus nominis tertius.

Stylita anonymus apud Moſchum.

Stylita Severianus.

Nicander a Nilo reprehenſus.

Stylitarũ frequentia medio ſeculo ſeptimo.

Quinam ſeculo octavo Stylitica exercitatione celebrati ſint.

24. Octavum Chriſtiani nominis ſeculum plures adhuc Styliticae palaeſtrae cultores aluit, inter quos hi nobis memorandi ſuppeditantur, ex Chronico Syriaco Dionyſii, quod liberalitate SS. P. Clementis XI. Bibliotheca Vaticana dono accepit. Thomas Telenſis, quem idem Dionyſius ad annum Graecorum 1021. hoc eſt,

Thomas Telenſis.

Theodotus Amidae Epiſcopus. Chriſti 711. conſignat. Thomam imitatus Theodotus Amidae Epiſcopus, qui abdicato Epiſcopatu columnam ſibi inter Amidam, & Daram erexit. Ex eodem ad annum 730. Zacharias, quem Edeſſeni e columna detractum ſibi Epiſcopum conſtituerunt. Petrus. Apud Theophanem Petrum Stylitam legimus ad annum Conſtantini Copronymi 27. Chriſti 762. ubi ait: *Miſit* (Copronymus) *qui Petrum venerabilem Stylitam e petra exturbaret*. Multitudo Stylitarum. Multitudinis autem Stylitarum per eam aetatem luculentum perhibent teſtimonium verba ejuſdem Dionyſii ad annum Chriſti 775. de tyrannide Moyſis Muſaabi ſub Abdalla Arabum, & Perſarum Rege: *Et debacchati ſunt*, inquit, *in Eremicolas, & Incluſos & Stylitas, & plurimos ex columnis deſcendere fecerunt, & Incluſos ex clauſuris extraxerunt*.

Stylitarum mentio ſeculo nono. 25. Nono ſeculo ſub Nicephoro Generali memoratur a Zonara Nicolaus quidam ὁ ἐν τῷ ἔξω κιονίῳ ψευδερημίτης: *In exteriori columella pſeuderemita*. Thomas Margenſis Epiſcopus in hiſtoria Monaſtica, Cod. Syr. Vatic. XIII. cap. 8. meminit Stylitae cujuſdam Jacobitae apud Oppidum ܒܝܬ ܩܪܕܓ Bet-Cardag in provincia Margenſi ſupra columnam ܓܨܐ Gaſae, ſeu Gypſi, ſedentis, quem grandine obrutum ſcribit, quod ſancto Maranamae Neſtoriano irridere voluiſſet: idque adcidiſſe teſtatur ſub Joſve Bar-Nun Patriarcha Chaldaeorum, qui ſedit ab anno Chriſti 820. ad annum 824. Ebedjeſus quoque Metropolita Sobenſis in Catalogo Scriptorum Syrorum cap. 174. laudat Johannem Stylitam, medio circiter praefato ſeculo clarum, quem & Grammaticam Syriacam compoſuiſſe adfirmat.

Stylitae decimi ſeculi. 26. Decimum etiam Chriſti ſeculum Stylitarum exercitationibus floruit, quibus laudatur Lucas, qui poſt devictum a Bulgaris Conſtantinum Porphyrogenitum, a quo expeditionis comes fuerat adhibitus, in columnam aſcendit, de quo Raderus lib. 3. Virid. cap. 4. num. 12. In Chronico Syriaco Gregorii Bar-ebraei ad annum Graecorum 1221. Chriſti 910. memoratur Johannes Jacobitarum Patriarcha, qui e columna Monaſterii ܩܘܪܙܚܝܠ *Curzachel* ditionis Antiochenae, ad eam dignitatem evectus eſt; & rurſus Johannes alter ad Chriſti annum 954. ex ejuſdem Monaſterii columna ad eumdem Patriarchatum adſumtus.

Stylitae in Syria uſque ad ſeculum duodecimum perdurant. 27. Perſeveraſſe porro ad finem uſque ſeculi duodecimi Stylitarum inſtitutum in Palaeſtina, diſcimus ex Johanne Phoca, qui quum anno 1185. Loca ſancta peragraret, Iberem Stylitam ad Jordanis ripas in columna degentem inviſit; ut narrat in deſcriptione ſanctorum Locorum. Exinde vero Barbarorum immanitate, tum Turcarum tyrannide, ac ſuperſtitione florentiſſimas olim regiones vaſtante, omnia Stylitarum veſtigia deleta ſunt; adhuc tamen ſuperſtite in Tel-Neſcin ad poſteritatis memoriam, rerumque mirabiliter geſtarum fidem M. Simeonis columna, quam nos ipſi conſpeximus, quum decem ab hinc annis Syriam luſtraremus, & ſe vidiſſe teſtatur F. Antonius Gonſalez Minorita apud Janningum in Comment. praevio ad Vitam Simeonis Junioris n. 3. Imo etiam altera in Monte admirabili, ſi fides iis, qui Janningo narraverunt, adhibenda.

In Meſopotamia uſque ad ſeculum Chriſti decimumquintum. 28. In Meſopotamia vero ulterius multo perduraſſe Stylitas, teſtis eſt Continuator Chronici Syriaci a Bar-ebraeo editi, qui de Baſilio Maphriano, ſeu Orientis Catholico, aut Primate, mox etiam Patriarcha, anno Graecorum 1723. Chriſti 1412. Raban Jacobum Stylitam his verbis memorat: ܘܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܪܒܢ

ܡܠܦܢܗ ܘܪܒ ܝܥܩܘܒ ܕܝܪܝܐ ܘܐܣܛܘܢܝܐ ܣܒܐ ܒܪܝܟܐ ܘܩܕܝܫܐ. ܕܚܒܝܫ
ܗܘܐ ܒܡܓܕܠܐ ܕܠܓܢܒ ܩܪܝܬܐ ܕܣܘܪܝܢ. ܘܩܡܘ ܥܠܘܗܝ
ܟܘܪܕܝܐ ܠܝܛܐ ܕܒܝܬ ܓܪܘܕ ܘܒܠܠܝܐ ܩܛܠܘܗܝ.

Erat autem ejus (Baſilii) *magiſter & praeceptor Raban Jacobus Monachus & Stylites, ſenex benedictus & ſanctus, qui incluſus erat in Burgo ad latus Severini pagi. Inſurrexerunt autem in eum Curdi maledicti Beth-Garud, & noctu eum interfecerunt*. In Eccleſia Syrorum dies, quo quis Styliticum inſtitutum inibat, celebris. Quantum denique ad eam uſque aetatem Stylitia honorem Syrorum Eccleſia habuerit, liquet vel ex Indice Lectionum Evangeliorum, quae in eadem Eccleſia per anni circulum recitantur, vetuſtiſſimo MS. Codici Syriaco Mediceo I. praefixo, quem nos in Catalogum Codd. MSS. Orientalium Bibliothecae Mediceae Lau-

ren-

rentianae & Palatinae Florentiae anno 1742. editum, retulimus; ubi ſolio 9. lin. 20. notatur Evangelium ex Luc. cap. 6. ſive 20. vulgatae Verſionis: [illegible] [illegible] *Quum quis in columnam aſcendit*, recitandum. Atque haec de origine & ſucceſſione Stylitarum praefati, ad Tabulam explicandam adgrediamur.

C A P. II.

De Columna Simeonis.

Stylitae unde dicti.

29. MArtyrologium Roman. Nonis Januar. de S. Simeone: *A columna*, inquit, *in qua ſtans multos annos vixit, Stylitae nomen accepit*. στῦλος enim & στήλη Graecis eſt *columna*, quam etiam κίονα dicunt; unde Cionitas, & Stylitas promiſcue legimus adpellatos, qui hoc vitae genus elegerunt. Damaſcenus Orat. 3. de Imagin. Συμεώνος τοῦ στυλίτου: & Suidas: στυλίτης, ὁ ἐπὶ κίονος ἱστάμενος. *Columnarum forma fere fuit, ut arbitror, rotunda*, inquit Raderus Cap. 4. cit.

Qua forma Simeonis columna fuerit.

30 Sed Simeonis columna 40. cubitorum tribus conſtabat ſpondylis, quae Angelo modum altitudinis formamque praeſcribente, mira celeritate, ac facilitate excitata eſt. Spondylos ejuſmodi in tabula pictor omiſit, in qua columnam epiſtylio inſtructam effinxit, qualem ad uſum ornatumque aedificiorum ac monimentorum adhibemus. Alypius tamen Stylita, quem ſuperius memoravimus, in columna ejuſmodi fabrefacta, quae ad ornamentum, ſignumque ſepulcri locata erat, ſibi palaeſtram poſuit; ut narrant Acta illius apud Surium die 26. Novembris. Dejecta enim Tauroleonis ſtatua, quae columnae imminebat, hanc fixo Crucis trophaeo inſedit.

Galeſinii error de cava Simeonis columna.

31. Cavam fuiſſe Simeonis columnam, in eaque annis 40. incluſum vixiſſe, Petrus Galeſinius ſcribit. Id autem unde Galeſinius acceperit, mirabundus quaerit Bollandus in Prolog. ad Vitam S. Simeonis M. die 5. Januar. Et quidem Simeonis vitam tot, ac tam luculentis Scriptoribus celebratam nunquam eum luſtraſſe oportet, qui cavae columnae latebras illi adſignet, quem Deus in columnae vertice elatum voluit, ut ſolis inſtar terram virtutibus illuſtraret. Atqui ut magnorum morborum magnas fuiſſe cauſſas Medici conjiciunt; ita non levis eſſe potuit, quae doctum Virum, & in Sanctorum Actis verſatum, in errorem adeo abnormem abduxit. Eam heic lubet obiter indicare, quum & ad minuendam ejus adlucinationis culpam, & ad rem Styliticam non nihil conferat.

Erroris illius origo invaſtigatur.

Stylitae inter Incluſos numerati.

32. Viderat fortaſſe Galeſinius, Simeonem & in Eccleſiaſticis tabulis, & a Scriptoribus interdum *Incluſum* adpellari. Id autem non aliter fieri potuiſſe ratus eſt, quam ſi in cavam columnam ſeſe abdiderit. Sigebertus in Chronico ad annum 458. *Simeon*, inquit, *qui 40. annis incluſus in columna ſtetit*. Quam loquendi rationem a majoribus acceperat. Kalendarium Coptitarum apud Seldenum: *Tertia menſis Thoth, Simeonis detenti*. Etſi autem Cl. Janningus in Comm. ad Vitam Simeonis Jun. §. 1. hujus cognominis *detenti* rationem haud facile adparere ſcribit; mihi tamen procul dubio idem eſt *detentus*, ac incluſus, quo pacto traditos in cuſtodiam carceribus *detentos*. dicimus. Neque Simeonem modo, ſed Stylitas univerſos antiquitas Incluſos adpellavit. Anaſtaſius Sinaita in hiſt. Patrum lib. 1. cap. 1. Stylitae cujuſdam facta narraturus his verbis orditur: *Erat quidam Incluſus ſuper columnam duodecim milliaribus procul ab Urbe Damaſco*: ubi Incluſum ſuper columnam dicit pro Stylita. Quin imo Columnas ipſas, ἐγκλειστήρια & ἐγκλειστηρίους στύλους nuncupaverunt, proprio veluti cognomine ac titulo, quo a ceteris columnis diſtinguerentur. Joh. Phocas de Locis ſanctis cap. 23. Ἐγκλειστήριος στύλος, ἐν ᾧ μέγας γέρων Ἴβηρ ἐγκέκλειστο: *et Encliſteria* (hoc eſt, ſi liceat, Incluſoria) *columna, in qua magnus ſenex Iber incluſus eſt*. Vocabuli autem hujus vim ſignificationemque ab uſu ſcriptorum, qui vitas Patrum ad noſtram memoriam traduxerunt, arceſſere oportet. Incluſi autem in Aſcetica diſciplina vocantur, qui certos anguſtoſque ſibi degendi commorandique terminos praeſcripſerunt, e quibus digredi religio eſſet, ſive in cellulis, ſive in ſpeluncis, ſive humi ſub dio, ſive in columnarum, aut montium verticibus morarentur.

Ipſae columnae Stylitarum ἐγκλειστήρια adpellatae.

Stylitae cur Incluſi adpellati.

tur. Hi omnes conprehenduntur in Baſilicis lib. 7. tit. 8. cap. 2. verbis illis: ὥστε τοὺς μὴ δυναμένους διὰ τὴν τοῦ τόπου θρησκείαν ἐξ αὐτοῦ ἀναχωρῆσαι: *Neque eos, quibus propter loci religionem ab eo recedere nefas eſt*, in jus ſcilicet eſſe trahendos. Atque ut intelligamus, Stylitas praecipue inter Incluſos numerari, eam legem ſolo Stylitarum exemplo explicavit, quiſquis ille fuit, qui, teſte Leunclavio, ad oram MS. Codicis Baſilicorum, haec verba adſcripſit: ὁποῖοί εἰσιν οἱ τόποι, οἷς περὶ ἑαυτοὺς ἀποκλείουσιν οἱ λεγόμενοι στυλῖται: *Cujuſmodi ſunt loca, quibus ſeipſos includunt, qui adpellantur Stylitae.*

Aſcetae in cavis columnas abditi.

33. Fortaſſe etiam non deſuerunt Aſcetae, qui in cavis columnis incluſi ſeſe exercuerint, nimirum in anguſtiſſimis cellulis forma rotunda cylindri inſtar in altum porrectis, quae columnae figuram referrent. Ad quod quidem genus pertinere mihi videtur στυλοειδὲς ἔγκλειστρον, quod ex vita MS. S. Stephani Junioris adſert Cl. Du Cange, qui tamen nou recte pro columna Stylitarum explicavit. Dicitur enim στυλοειδὲς, quod columnae inſtar habet, quum tamen non ſit columna, veluti in ceteris nominibus, quae ἀπὸ τοῦ εἴδους formantur, ut ξιφοειδὴς, σφαιροειδὴς, quae nimirum quum neque enſis, neque ſphaera ſint, ad illorum tamen figuram & ſimilitudinem adcedunt. Id confirmat locus vitae MS. ejuſdem Stephani, quem ex Vatic. Cod. DCCCV. p. 209. heic damus: Οἰκοδομεῖ κελλίον πολλῷ τοῦ σπηλαίου βραχύτερον· εὖρος μὲν οὐ πλέον ἔχον ἢ πῆχυν πρὸς τῷ ἡμίσει, μῆκος δὲ δύο· κατὰ δὲ τὸ ἑῷον μέρος κογχοειδὲς εἶδος διαμορφοῖ τοσοῦτον τὸ ὕψος, ὡς ἵστασθαι μόλις συγκεκυφότα δυνάμενον· τὸ δὲ λοιπὸν ἅπαν ἀστέγαστον καταλείπει: *Cellulam exſtruit in ſpeluuca* (iu qua antea latuerat) *multo breviorem; latitudiuis quidem cubitum cum dimidio babentem, longitudinis vero duos. Ad Orieutalem autem partem abſidis formam effingit tantae altitudiuis, ut curvus ſtare vix poſſit. Ceterum ſine tecto totam relinquit.* Porro κογχοειδὲς εἶδος mihi perinde eſt, ac στυλοειδὴς. Abſidem enim Eccleſiae, quam vulgo *Tribuuam* vocant, Graeci κόγχην adpellant. Cellula vero anguſtiſſima, quae vix ſtantem hominem capiat, interius autem conchae figuram habeat, exterius certe columnae formam imitatur. Ejuſmodi quoque fuiſſe puto domunculam, quam deinde ſibi exſul in inſula Proconneſo exſtruxit idem Stephanus in columna, de qua in vita MS. haec leguntur: ὁ θεῖος Στέφανος στύλον οἰκοδομήσας, καὶ ἐπ' αὐτοῦ οἰκίσκον ὅτι στενώτατον, τούτῳ ἑαυτὸν ἐγκατέκλεισε: *Divinus Stephanus columnam quum aedificoſſet, & in ipſa cellulam quamanguſtiſſimam, in eam ſe ipſum detruſit.* Sed Latiuus Interpres inter Opera Damaſceni illud ἐπ' αὐτοῦ verterat *ſupra ipſam*; & doctiſſimus Ducangius encliſteriam hanc columnam, ſive clauſuram columniformem pro conſueto Stylitarum domicilio eſt interpretatus. Sed mihi multa ſuadent, non ſupra, ſed intra columnam poſitum fuiſſe Stephani domicilium.

Stephanus Junior in turricula incluſus.

Nam I. nuſquam Stephanus vel in Martyrologiis, vel in Actis Sanctorum, vel in monimentis hiſtoriarum Stylitis adnumeratus eſt, aut Styliticae vitae laude ac titulo inſignitus. II. Stephanus non ſupra columnam exſtans & eminens, ſed intra illam clauſus dignoſcitur ex hiſtoria Energumeni, quae in vita narratur. Malignus enim Spiritus, *ut ipſum admirandi viri cubiculum vel ſolum perſpexit, tumultuari & aeſtuare coepit.* Si ſupra columnam ſtetiſſet Stephanus, non poterat *ſolum* perſpici *cubiculum*; ſed ipſe ſimul veniſſet in conſpectum. III. Miles quidam, quum ad pedes Stephani provolutus, ſanitatem impetraſſet, commilitonibus deinde, cauſſam rationemque reſtitutae valetudinis ſciſcitantibus, *Mouachus quidam, dicebat, Stephanus nomiue, qui apud Procouneſum iu anguſtiſſima quadam aedicula degit, duas me imagiues adorare juſſit.* Si autem Stylitarum more Stephanus columnae inſtitiſſet, eo potius indicio columnae, quam aediculae deſignari a milite debuiſſet. Illud etiam, quod Miles ad pedes ſancti Viri adciderit, nulla ſcalae mentione facta, inſinuat, Stephanum non aeriam, & inaceſſam Stylitarum ſtationem tenuiſſe; ſed intra turriculam illam columniformem latuiſſe, cellula ſive in plano conlocata, quod vero mihi ſimilius eſt, ſive in altum gradibus exſtructis ſublata. Talem fortaſſe columnarem cellam animo conceperat Galeſinius, quum contra hiſtoriae fidem cavam finxit Simeonis columnam. Sed de his hactenus.

Diverſae Simeonis M. columnae.

34. Simeon itaque a brevibus columnis, veluti per gradus, ad altiores aſcendit.

Nam

Nam primum ex anguſto illo Mandrae ſepto, quo ſeſe concluſerat, egreſſus, tres menſes lapidem illum inſedit, ubi Angelum Styliticas exercitationes viderat docentem; mox in columna undecim cubitorum ſtetit, tum in alia cubitorum ſeptemdecim, ac deinceps in tertia cubitorum duorum & viginti, in quibus, narrante Coſma, ſeptem exegit annos; quibus tranſmiſſis, quum quartam cubitorum triginta ſibi erigendam curaret, omnis opificum labor & conatus fruſtra fuit, donec Angelo monente didicit, columnam ex tribus ſpondylis in 40. cubitorum altitudinem eſſe parandam; in qua tandem poſt annos 30. aſperrimae vitae agonem complevit.

35. Simeonis autem Junioris primum quidem columella fuit prope columnam Johannis ejus magiſtri erecta, in qua tyrocinium quinquennis inchoavit, & per annos ſex ſtare perrexit. Deinde celſior altera pedum 40. quam tenuit annis 8. donec ad Montem admirabilem ſe contulit, ubi decennium in petra ſub dio, annos vero 45. egit in columna, in qua ſupremum diem obiit. Hanc columnam Joh. Phocas loco cit. num. 2. adpellat αὐτοφυῆ, quam Allatius verterat *ſponte natam*, Janningus vero *nativam*. Quo ſenſu ſponte nata dicta ſit, verba Phocae non obſcure docent; ait enim: χερσὶ λαξευτῶν εἰς βάθος κοιλάνας τὴν θαυμαστοῦ κορυφὴν ὄρους μονόλιθον, ἢ μονοφυῆ μονὴν ἀπειργάσατο, ἧς μέσον αὐτοφυῆ λαξεύσας κίονα, ἐν αὐτῷ τὰς βάσεις ἔθετο ἐπὶ πέτρας κατὰ τὸ λόγιον τοὺς πόδας ἐρείσας: hoc eſt, interprete Allatio, *lapicidarum opera ſummitate montis admirandi late excavata, Monaſterium ex una conflatum compaginatumque lapide extruxit; in media Monaſterii inter exciſos lapides ſua ſponte nata columna gradus appinxit, ſuper petram, ut ſacro eloquio traditur, pedibus firmatis*. Putabat itaque Phocas, columnam exſtitiſſe, quum lapicidae pro Monaſterii ambitu montem excavarent, quo factum ſit, ut praeter operarum ſtudium, in medio tumulus emineret, quem ille αὐτοφυῆ κίονα, *ſponte natam columnam* nuncupavit. A veritate tamen hiſtoriae longe aberravit; vita enim Simeonis apud Janningum alia omnia tradit; nimirum ex pluribus eam columnam & praegrandibus lapidibus fuiſſe coagmentatam, & quidem tanta Fratrum contentione laboris, ut miraculis etiam fuerint adjuvandi. Janningus vero ut Phocae verba ad veram hiſtoriam traheret, Allatii interpretationem interpolavit, & nativam columnam pro ſponte natam dicere maluit; addiditque praeterea: *Quid ſibi vult iſtud: In columna gradus appinxit? Rectius, & praeſenti argumento accommodatius interpretaberis: In columna veſtigia ſeu pedes poſuit*. At Phocas errori ſuo, quem non tam interpretari, quam emendare nititur Janningus, inſiſtere pergit, & innuit, rudem illam tumuli exſtantis molem, baſi & gradibus efformatis ad columnae modulum formamque fuiſſe adcommodatam; quod Capite proximo latius explicabimus. Alypii columna fabrefacta, non ad Aſceticam palaeſtram, ſed ad ſignum ornatumque ſepulcri poſita erat, in qua dejecta, quae imminebat Leonis ſtatua, Crucis trophaeum fixit, & ſtationem exercuit: ut haec potius columna ad tabulae noſtrae ſimilitudinem adceſſiſſe videatur; ejuſmodi enim aedificiorum ac monimentorum columnas animo ſpectabat Pictor, & coloribus in tabula expreſſit.

Columna Simeonis Junioris.

Allatii interpretatio vindicatur.

Alypii columna qualis fuerit.

C A P. III.

De Baſi, & Modio Columnarum.

36. STylitarum columnis infima parte gradus interdum adpoſitos fuiſſe, argumento eſt, quod in Vitis Patrum lib. 10. cap. 129. de Stylita quodam anonymo provinciae Petrenſis legimus; ad quem *omnes qui veniebant, inferius ſtantes*, inquit Moſchus, *loquebantur, ea quod non haberet ſcalam. Si quando igitur dixiſſet illi frater, vola tibi dicere cogitationem, dicebat & ipſe illi leni voce, veni ad gradus columnae; ibatque ipſe ad aliam columnae partem, & ita loquebantur mutuo. Caeterorum vero, qui aſſiſtebant, nullus ea, quae dicebantur, audire poterat*. Gradus etiam in Iberis columna memorat Phocas, ad quos narrat leones Stylitae dicto audientes ligna depoſuiſſe.

Gradus interdum columnis Stylitarū adpoſiti.

Hi

Gradus fuerunt vel baſis ipſa, vel baſis partes.

Baſis pro columna.

37. Hi gradus vel baſim columnae efficiebant, vel ad partem baſis ſpectabant. Habueruut enim Stylitarum columnae baſes ſuas, quas nec in Tabula noſtra Pictor omiſit. Has autem video pro ipſis columnis interdum nominari. Nam vita Simeonis Jun. cap. 2. num. 16. αἰτεῖ γενέσθαι βάσιν ἐν πλαγίῳ τοῦ Ἰωάννου· ἧς γενομένης εὐθὺς ἐπιβὰς καὶ στὰς ἐπ' αὐτῆς: *Petiit baſim ſibi poni ex adverſa Johannis, erectamqae ſtatim conſcendit & inſtitit*. In vita quoque Danielis Stylitae Imperator Leo dicitur Sanctum donaſſe *baſi* geminarum columnarum, *quas ipſe poſuit, duplicem eam columnam nominans*.

Baſis magnitudo varia.

Cl. Janningi conjectura rejicitur.

38. Variam quidem pro varia columnarum altitudine & mole fuiſſe baſim, non dubitamus; ſed doctiſſimo Janningo adſentiri non poſſumus, qui corpus S. Marthae matris Simeonis Jun. in excavata baſi columnae, quam filius inſidebat, conditum fuiſſe conjecit, ex verbis vitae Marthae num. 31. *Exciderunt tandem monumentum in parva concha ad dexteram columnae partem*; ubi haec addidit: *Quidni autem ad hanc formam* (hemicylindri) *in ipſius columnae grandiori baſi, ut pote ex viva rupe formata, excavatus fuerit loculus, ſub quo deponeretur ſacra arca corpus Sanctae Marthae continens?* Haec enim conjectura ex ejuſdem vitae hiſtoria num. 42. rejicitur, ubi miles *a daemonio vexatus ad columnam Simeonis confugiens, inviſibili virtute impellebatur ad tumulum Beatae*. Seorſum igitur a columna poſitus erat tumulus.

Danielis columna magnificetior & inſignior.

39. Baſim praeterea, & quidem magnificentiorem in Danielis columna memorari video. De Gelaſio enim, qui loci illius, ubi Daniel exercebatur, dominus erat, vitae Author ſcribit: *Poſtea vero ei quoque columnam poſuit excelſiorem & craſſitudine validiorem, baſique & ceteris magnificentiorem*. Cetera, quae magnificentius heic poſita dicuntur, fuere, opinor, modius, & cancelli. At fuerint ne columnae epiſtyliis, ut in hac Tabula, aut aliis ornamentis inſignes, divinare non poſſum. A piis certe, ac ſaepe ditiſſimis ac potentiſſimis viris poſitas fuiſſe non ignoro, quos pro ſuo erga Sanctos Stylitas ſtudio, nec impenſis, nec curis pepercisse puto. Unum tamen, quo Danielis columna inſignita fuit, ornamentum praeterire non poſſum. Eſt autem Epigramma, quod Cyrus ob filiam, uxoremque a daemonio liberatam columnae inſcripſit. Fuerat hic Cyrus ampliſſimis in Aula Conſtantinopolitana functus honoribus, ad quos Poëticis ſtudiis ſibi aditum munivit, quibus nimirum in Eudociae amicitiam ſeſe inſinuaverat, ut ſcribit Baronius. Numquam autem majorem, quam ab illuſtri illo ſanctitatis monimento verſibus ſuis peperit claritatem. Hos ex vita MS. Danielis damus:

Verſibus inſcripta,

Ἵσταται ἀνὴρ πάντοθεν ὀρνύμενος, καὶ οὐ τρομέων ἀνέμους·
Τροφῇ δ' Ἀμβροσίῃ τρέφεται καὶ ἀναίμονι δίψει,
Τάχια ῥιζώσας κίονι διχθαδίῳ, Συμεὼν ἢ ῥίζη
υἱέα κηρύττων Μητρὸς ἀπειρογάμου:

quos Raderus cap. 15. Aulae ſanctae ita reddidit:

Hic eſt, qui boreae glacialia flamina ridet.
Ambroſiaque ſatur nectar ab ore trahit,
Statque ſuper geminis alta radice columnis,
Praeco Dei Simeon; nam baſis ima fuit.

Modius M. Simeonis qualis.

Vel patentibus lateribus fuit, vel cancellis inſtructus.

40. Pars autem praecipua Aſceticarum columnarum fuit modius, ſive cellula in columnae vertice, qua incluſi Stylitae, *veluti Eccleſiaſtae in ambone*, inquit Raderus, exſtabant, Quam explicamus Simeonis Tabulam, modium habet cancellis ſeptum. Id autem licet hiſtoricorum verbis minime doceamur, conjecturis tamen ſuadentibus, non videtur a vero abludere, quod vel patente undique modio, ſolo ſuperiori perimetro fulcris impoſito, vel cancellis pervio ſteterit Simeon. Quaedam enim de ſtatione & exercitatione Simeonis ſcripto tradita ſunt, quae inſinuant, pedes etiam ipſius patuiſſe ſpectantibus; veluti quod pedibus ſemper ſteterit tamquam numella conſtrictis, ut narrat Coſmas: quod ſemper ſe inclinans prope digitos pedum frontem admoveret, ut ſcribit Theodoretus. Adcedit, quod Evagrius lib. 1. cap. 13. Modii perimetrum vix fuiſſe ait, duorum cubitorum: δίπηχυ μόλις ἐνδιαίτημα τὸ περίμετρον. Antonius autem Simeonis diſcipulus, qui vitam illius exitumque deſcripſit,

pſit, ait, ſe illius pedes fuiſſe oſculatum, quum jam obiiſſe deprehendiſſet. Anguſtiſſimum autem Modii ſpatium duorum cubitorum non patiebatur, ut Antonius intra Modium etiam admiſſus ſeſe ad pedum oſculum incurvaret. Itaque videtur veroſimilius, Antonium per cancelli ampla foramina illud pietatis officium praeſtitiſſe, vel per apertum undique modium.

Quem igitur Deus ſuper candelabrum poſuerat, ut populis eſſet ſpectaculo ſimul & exemplo & *ſolis inſtar*, ut loquitur Theodorus Petraeorum Epiſcopus, *virtutis radios quaquaverſum diffunderet*, lubentius adducimur, ut credamus, nullo ſepto latere voluiſſe. Cancellis autem ſeptam fuiſſe baſim columnae, ex ejuſdem Antonii verbis colligimus, qui cap. 8. de magnifice depoſito Simeonis corpore ait: *Cortinae igitur argenteae pendebant ad cancellos uſque columnae*. Sed hos Tabula noſtra non exhibet. Ejuſdem Simeonis baſis cancellis ſepta

41. Simeonis Junioris modius, quum ex adverſo Johannis in columnam aſcendit, ex nuce juglande factus eſt: ἐν ᾧ ὁ μόδιος τῷ Συμεὼν ἡ περιβολὴ ξυλοκαρύας πεποιημένος: ut in ejus vita; quem modium ibid. num. 25. legimus, vi tempeſtatis a diabolo excitatae fuiſſe convulſum atque dejectum: καὶ τὸν γεγλυμμένον αὐτίκα μόδιον ἄρας αὐτῇ μηλωτῇ αἴφνης ἐν τῷ κρημνῷ: *Subitoque excavatum modium cum ipſa pelle abreptum in praeceps dat*. De qua melote heic ſermo ſit, ex iis patebit, quae inferius dicturi ſumus. Modius Alypii qualis, quantuſque fuerit, vitae Author indicavit, quum ait: *Paucis tabulis concluſus in capite columnae, adeo ut nec ſufficeret quidem ad hoc, ut parum poſſet Sanctus recumbere aut ſedere, ſed perpetuo ſtaret in ipſa tanquam ſtatua aenea, luctans cum imbribus, cum aeſtu & frigore*. De Danielis modio haec vitae Author: *Dat vero Marcus quidam ei amicus & alioqui familiaris columnam. Cum autem factus eſſet is quoque, qui dicitur modius, & capiti columnae fuiſſet adaptatus*. Quo conſtat, non lapideo ſepto munitum fuiſſe columnae verticem, ſed vel tabulato, vel cancellis ſeu ferreis ſeu ligneis. Ferreas certe anſas fieri juſſit Leo Imperator, quae priorem Danielis columnam cum duplici alia ab ſe exſtructa conjungerent. De eodem Leone, quum in Danielis columnam aſcendiſſet, haec ibid. *Se quidem humi proſternit, tangit autem ſacras illius pedes*. Quo fateri cogimur, aut aperta fuiſſe modii latera, aut laxioribus cancellis inſtructa; niſi tantam putemus ejus amplitudinem, ut & Danielem & Imperatorem humi proſtratum caperet. Profecto Simeonis Junioris cellula tanta erat, ut corpus Matris ſuae demortuae, intra illius tectum pelliceum videre potuerit ſuſpenſum, de quo infra; id autem cellulae potius altitudinem, quam laxitatem indicat. Modius Simeonis Junioris. Modius Alypii Modius Danielis.

42. Quoniam autem perpetuam ſubdialem ſtationem, tanquam Stylitarum propriam, Scriptores memorant, facile intelligimus, nullo ſuperius operimento modios fuiſſe contectos: quod de M. Simeone hiſtoria docet. Daniel vero, quum aliquando ex nivis copia & vi tempeſtatis ſummo cum vitae periculo obriguiſſet, *Imperatore rogante, & pedes ſimul prenſante, vix ſuſtinuit, ut ſibi parvum ſaltem fieret tectum, reveritus lacrymas Imperatoris*. Simeonis quoque Junioris aliquando modium pellicea melote ad cellae inſtar undique fuiſſe contectum, ex ejus vita conſtat; neque ad unum ſemper modum, ſed aliquando patente cellulae feneſtra, aliquando nullo lucis meatu pervia. Cap. 6. num. 46. *Dolori & compunctioni majori ſe daturus, modium alium nulla feneſtella perforatum impoſitum columnae ſubit, veluti ipſius lucis uſura aſpectuque ſe privans*. Rurſus num. 47. *videbam quoque Simeonem e feneſtra camaſinae melotes*: ἀπὸ τῆς θυρίδος τῆς καμασίνης μηλώτης: *defigere in ipſam vultum*. Quo certe tempore Martha Simeonis mater ex hac vita migravit, cellam ille incolebat pelle contectam. Cap. 4. num. 28. vitae S. Marthae: *Tunc famulus Dei Simeon in viſiane conſpicit reliquias Juſtae*: τὸ λείψανον τῆς δικαίας: *intra meloten ſuam camaſinam a dextra parte ſuſpenſas; quumque dexteram extenderet manum, ac tertio illas contingeret, benedictionem ex illis impertitus eſt*. Ad hunc locum doctiſſimus Janningus aquam ſibi haerere fatetur; ait enim in vita Simeonis num. 146. *Vocatur* δερματινὰ τοῦ στύλου σκέπη: *pelliceum columnae tectum, quod hic* μηλώτη. *Unde autem nominetur*, καμασίνη μηλώτη *fateor me ignorare*. Ego vero quum videam καμασίνην adpellari meloten illam- quae, Simeonis M. modius ſine tecto. Daniel Imperatore rogante tectum ſupra modium admittit. Simeonis Junioris modius pelle cōtectus. Quid ſit camaſina melote

quae cellulam contegebat efformabatque, mihi haud aegre perſuadeo, dictam eſſe *καμασίνην*, eo quod eſſet in conopaei, aut camerae formam obtenta. Καμὸν enim pro καμψὸν *curvum* dixerunt Graeci & Latini hinc ducta nominis origine *camurum* pro curvo, unde camera. Ab eodem fonte quae derivata ſunt verba curvitatis flexuſque ſignificationem retinuerunt: καμυ χῖνον in Concilio Florentino pro throni umbella, καμελαύκιον pro pilei genere, & alia id genus multa. Quod ſi cui placeat ab Arabico قمش deducere, non refragabor, quod eſt in rugas contrahere, idem quod Syris & Ebraeis קָמַט. Non ignoro καμάσινος a Grammaticis ἀμφίμαλλος explicari; pro pelle ſcilicet, quae utraque parte villoſa ſit. Sed hoc ipſum noſtram de camaſina melote ſententiam confirmat; villos enim utrimque pellis habere non poteſt, niſi flexa ſit & replicata. Quidni autem conduplicata eſſe potuit pellis modii ad tempeſtatum caelique injurias opportunius arcendas?

Alypius modii tectum dejecit.

Tectum quoque ab initio habuit modius Alypii. Quum enim aliquando ſaxis adpeteretur a diabolo, Chriſtiana fiducia infirmitatem exprobrans adverſario: *Ecce*, inquit, *humi dejicia tectum, quod eſt ſupra caput meum, quod ſaepe arcet jactus lapidum*. Atque exinde ſine tecto fuit, & *manſit ſub dio uſque ad extremum diem vitae ſuae*.

Statio Stylitarum perpetua.

43. Antequam a Stylitarum modiis recedamus, operae pretium puto de eorumdem ſtatione pauca ſubjicere. *Sediſſe illos nunquam puto, nuſquam lego*, inquit Raderus. M. Simeon praeter crebras incurvationes alium etiam ſtationi cruciatum addidit, quod ſtaret pedibus ſemper junctis, ac veluti numella conſtrictis, ut ſcribit Coſmas. Itaque incurvationibus quidem epigaſtrium acerbo vulnere perforatum eſt, ſtatione vero pedes exulcerati ſanie manarunt. Seſſionem autem aliquando Simeon Junior in novum cruciatum vertit: *Succeſſu deinde temporis*, inquit vitae Author, *aliud exercitationis genus excogitans priori longe magis ſtupendum, ad illud ſeſe extimulavit. Conſtituit igitur pedibus ſuis pro ſedili uti, & re ipſa uſus eſt anno integro, immotuſque perſedit*. Alypius quum ex diuturna ſtatione pedes amiſiſſet, per annos 14. immobilis in unum latus decubuit. Leo Imperator quum Danielis pedes miſerandum in modum intumeſcentes vidiſſet, ut remedium quodpiam fixae, immotaeque ſtationi praeberet, priori columnae duas hinc inde alias adpoſuit, & quidem altiores, ferreiſque anſis munitas veteri adnexuit, ad quas, quum vellet, Daniel aſcenderet.

Seſſio Simeonis Junioris aſperrima.

Alypius decubitu diuturno admirabilis.

Danielis columnae tres.

Stylitarum vigiliae.

44. Etſi autem diuturnis ſe vigiliis fatigarunt Stylitae, non eſt tamen dubitandum, quin ſomnum licet parciſſimum ceperint. Quare Johannes Simeonem puerum mira tolerantia inſomnem his verbis adloquitur cap. 2. num. 17. *Oportet & corporis curam gerere, eique mediocrem ſomnum alimentumque indulgere, ut ſufficere laboribus Aſceticae vitae poſſis*. Quibus monitis adductus Simeon num. 46. poſt expletas preces *ſomnum perinde ac famulum arceſſebat, indulgebatque illi parciſſime ad neceſſarium dumtaxat corporis uſum*. Daniel tamen ſingulari beneficio divinitus impetraverat, ut ſomno ſemper abſtineret, nunquam egeret. Quo autem pacto dormirent, qui nec ſederent unquam, nec recumberent? Aut modio, aut virgae innixos puto. Utriuſque enim ſubſidii mihi videor indicia deprehendiſſe inter Acta Stylitarum. Simeon M. quum datas audiſſet a Theodoſio in gratiam Judaeorum literas, *ſurrexit fortiter, adreptoque calamo ad Imperatorem epiſtolam conſcripſit terribilem*, inquit Coſmas. Verbum autem ſurgendi indicat, modio incubuiſſe Simeonem, quum narrata exciperet. Simeon autem Junior ad expellendum daemonem, qui novi Monaſterii ſtructuram diſturbare nitebatur, virgam uni ex diſcipulis ſuam tradidit, qua adlata, auditoque Simeonis imperio diabolus abſceſſit. Non alius autem quam ſuſtentandi uſus virgae fuerit in columna; hac enim in ſtationibus jam olim utebantur Monachi, uti etiam nunc facere pergunt Maronitae & Coptitae Monachi S. Antonii, quos a Syria & Aegypto adcitos Clemens XI. & Benedictus XIII. Pontifices Maximi ſacrae antiquitatis ſtudioſiſſimi, domiciliis, & proventibus inſtruxerunt; ne primi Monachorum parentis, cujus exemplis & inſtitutis, ab Athanaſio olim Romam advectis, Monaſtica vita Occidenti illuxit, diſcipulis & alumnis Roma careret.

Daniel nunquam dormit.

Quo pacto dormirent Stylitae.

45. Quod

45. Quod ad Scalas adtinet, ut plurimum praeſto erant, & columnae admovebantur, quum res poſtularet. Admoveri ſcalas juſſit M. Simeon, quum Danielem ad conloquium invitavit; praeterea, ut Philuſopho, an verus homo eſſet, ſciſcitanti corporis ſui ulcera oſtenderet. Videntur etiam aliquando ſcalae perpetuo haeſiſſe Simeonis columnae. Nam Coſmas diſcipulum memorat Simeoni valde familiarem, qui diu noctuque in ſummo ſcalae gradu adſtans viro admirabili, nunquam ab ejus latere recedebat. Fuere tamen Stylitae, qui ſcalas nullas habuere; ut laudatus Stylita in Vitis Patrum lib. 10. qui ſecretas cogitationes advenarum ex infimis columnae gradibus loquentium excipiebat. Nullas itidem ſcalas habuit Stylita apud Anaſtaſium Sinaitam loco cit. qui fune vas demittebat, ut Euchariſtiam adtraheret, perciperetque.

Scalae colſinis admotae quũ res poſtularet.

C A P. IV.

De Mandris circa Columnas.

46. GRaeci ut Simeonem Seniorem a Juniore diſtinguant, illum τὸν ἐν τῇ μάνδρᾳ, hunc vero τὸν ἐν τῷ θαυμαστῷ ὄρει adpellant. Hinc obortum putat Janningus errorem illorum, qui Simeonem τὸν ἐν τῇ μάνδρᾳ Archimandritam nuncupaverunt. Verba ipſa viri doctiſſimi adferimus, heic a nobis diſcutienda. Ait igitur in Commentario praevio ad Vitam Simeonis Junioris num. 3. & 4. retractans, quae antea Bollandus ſcripſerat ad diem 5. Jan. in Vita Simeonis Senioris. *Eſt autem mandra in priori atque originaria ſuo ſignificato locus maceria lapidea circumſeptus, qualem ſibi in Syriae campis facere ſolebant paſtores, intraque eam pecudes ſuas noctu colligere, ubi a lupis ac furibus tutae eſſent. Talis, nec alia fuit Mandra, quae prima Simeoni nomen dedit; quippe qui praeter unum ſibi miniſtrantem Antonium nullos ſciatur habuiſſe diſcipulos; & ea tamen ſine loco, quem columna ſua occupabat, circumduxit maceriam, ne promiſcuus ad ſe acceſſus daretur etiam mulieribus. Huic vero adjuncta erat mandra altera, intra quam ſeſe peregrini hoſpiteſque reciperent, donec ad Sanctum admitterentur. Caeterum quia paulatim uſui obtinuit, ut Monacharum Coenobia mandrae, & harum Praefecti dicerentur Archimandritae, hinc factum, ut Senior Simeon, qui jam paſſim cognominabatur Simeon in mandra, in excuſis Graecorum ritualibus vocetur Archimandrita praeter totius hiſtoriae fidem. Minus longe aberravit, erravit tamen auctor Synaxarii Claromontani, elogium ejus ſic finiens:* ἐκ γὰρ τοῦ οἰκῆσαι τῇ λαύρᾳ τῇ ἐπονομαζομένῃ Μάνδρᾳ, λέγεται ὁ Συμεὼν τῆς Μάνδρας· ἐκ δὲ τοῦ εἰς διαφόρους στύλους ἀναχθῆναι, καλεῖται Συμεὼν στυλίτης. Contendit igitur Janningus, I. Septum Simeonis nun fuiſſe niſi lapideam maceriam, ſecundum originariam Mandrae ſignificationem. II. Nullos legi praeter unum Antonium Simeonis diſcipulos. III. Nullum ad Simeonis columnam fuiſſe Monaſterium, cujus ille potuerit diſciplinam adminiſtrare, ac proinde contra hiſtoriae fidem Archimandritam nuncupari, dandamque Bollando veniam, quod rituales Graecorum libros ſequutus, hoc titulo non abſtinuerit.

De Mandra M. Simeonis quid cenſeat Janningus.

Negat Simeonem fuiſſe Archimandritã.

47. Sed quod ad primum adtinet, locus ille, ubi Simeon exercebatur, Mandra dictus eſt, non adpellativo, quod ajunt, ſed proprio nomine, undecumque demum illud acceperit; ac propterea neque ad originariam mandrae ſignificationem, hoc eſt, pro maceria, neque ad uſurpatam, & conſuetudine tritam, hoc eſt, pro Coenobio, recte trahi poteſt. Ac ſane videtur ei loco inditum Mandrae nomen etiam ante erectam Simeonis columnam, imo etiam antequam illuc Simeon ſe conferret. Nam Evagrius lib. 1. cap. 13. aetatem & exercitationes Simeonis ita diſpenſat; ἐν μὲν τῷ πρώτῳ φροντιστηρίῳ, ἔνθα τὰ θεῖα κατηχήθη, ἔτη ἐννέα· ἐν δὲ αὐτῇ καλουμένῃ Μάνδρᾳ ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα, ἐν τινι μὲν στενωπῇ ἔτεσι δέκα τὸν ἀγῶνα διανύσας, ἐν δὲ κίοσι βραχυτέροις ἑπτὰ, καὶ ἐπὶ τεσσαρακονταπήχει, ἔτη τριάκοντα: *In Monaſterio quidem, ubi res divinas edoctus eſt, annos vixit novem; in ipſa vero, quae adpellatur Mandra, annos 47. decem quidem in anguſta quodam loco agonem perficiens; ſeptem in columnis breviaribus; in columna demum quadraginta cubitorum annos triginta.* Heic dicitur Simeon

Confutatur.

Mandra Simeonis proprio nomine dicta.

primum exercitus in Monaſterio, deinde in Mandra. Non igitur Mandra pro Monaſterio heic uſurpatur. Deinde annos decem egiſſe in Mandra, antequam in columnas aſcenderet: non ergo ſeptum, aut maceria circa columnam heic Mandra nuncupatur. Potuit, non inficior, Evagrius per prolepſin Mandram adpellare locum Simeonis, etiam antequam maceria, unde nomen deinde acceperit, duceretur; ſed nulla ſubeſt ratio, ut illius verbis vim adferamus. Adcedit, quod ſi Mandra Simeonis dicta ſit vel maceria, vel Monaſterium, quae tunc vulgato Mandrae nomine adpellabantur, perperam addidiſſet Evagrius ἐν ᾗ αὐτῇ καλουμένῃ Μάνδρᾳ: *in ea, quae dicitur Mandra*. Nemo enim hac notatione utitur, quum adpellativa nomina in conſueta & uſitata ſignificatione uſurpat. Quis enim dixerit factas eſſe nundinas in eo, quod dicitur *forum*, aut ſe conveniſſe amicum in ea, quae dicitur *domus*. Recte autem ejuſmodi loquendi rationem adhibemus, quum adpellativa nomina facta ſunt propria, ut ad *Vicum*, qui dicitur, quum de Hiſpaniae oppido loquimur, vel ad locum, qui *Flumen* adpellatur, quum de Caſtello portuque Dalmatiae. Quum igitur peculiari animadverſione expreſſerit Evagrius, locum illum Simeonis fuiſſe *Mandram* nuncupatum, neque maceriae, neque monaſterii argumentum inde ducere licet. Ex alterutra fortaſſe origine potuit nomen proficiſci ante Simeonis adventum, quod haeſit deinde nulla ſeu monaſterii ſeu maceriae habita ratione; eo prorſus pacto, quo Delubrum, teſte Evagrio, in ipſo montis vertice ad Simeonis memoriam exſtructum ab incolis Μάνδρα vocatum eſt.

Monaſterium fuit circa Simeonis columnam. 48. Ceterum quacumque demum ex cauſſa Mandrae nomen locus ille acceperit, ſatis conſtat fuiſſe ſepto vallatum. Septum autem non niſi maceriam fuiſſe, adſentiri non poſſum. Nam advenae Simeonem conſpicere non poterant, niſi intra ſeptum admiſſi. Mulier enim apud Evagrium, quae ſanctum Virum videre cupiebat, virili habitu ſexum diſſimulare coacta eſt, ut intra ſeptum admitteretur; unde ſibi repentinae mortis a Deo poenam concivit. Altitudinis igitur quadraginta cubitorum & amplius fuiſſe oportet maceriam, quae alterius tantae altitudinis verticem ab oculis intuentium ſubmovebat, quod non puto. Ac certe tectis aedibuſque circumpoſitis ſepta erat Simeonis columna. Coſmas enim enarrans illuſtre miraculum impetratae pluviae poſt diuturnam ſiccitatem, ait, populum in ſepti area collectum pluvia ingruente in tecta ſe recepiſſe. Haec autem tecta erant laurae ſive monaſterii, quod circa columnam exſtructum erat; quod quidem diſerte ſcribit vita Danielis apud Surium 11. Decembris: *Venit ad Mandram illam, in qua erat ſita columna B. Simeonis. Infra enim circa eam erat quoddam monaſterium, in quo cum totos quatuordecim dies tranſegiſſet, volebat Simeon Danielem adhuc apud ſe retinere (ſimile enim ſimili delectatur) ille autem non ſuſtinuit*. Idipſum innuit Evagrius lib. 1. cap. 13. cit. quum ſcripſit, eos, qui erant in Mandra, Simeonis Corpus fuiſſe proſequutos, quum Antiochiam deferretur: καὶ λοιπὸν οἱ τὴν αὐτοῦ Μάνδραν γεωργοῦντες.

Plures fuerit Simeonis diſcipuli. 49. Certum quoque nobis & exploratum eſt, praeter Antonium plures Simeonem habuiſſe diſcipulos, ſuaeque diſciplinae alumnos; ac proinde titulum Archimandritae optimo jure fuiſſe illi delatum. Nam in vita Danielis, quam indicavimus, legitur Sergius Simeonis diſcipulus ad Leonem Imperatorem miſſus cum Cuculla, quam Vir ſanctus Imperatori legaverat. Coſmas praeterea de viſis Simeoni divinitus oblatis verba faciens: ܡܛܠ ܗܠܝܢ ܗܟܢܐ ܐܬܓܠܝ ܡܢ ܫܡܝܐ ܠܘܬܗ
ܟܣܝܐ ܕܒܫܡܝܐ ܐܝܟ . ܠܒܪܝܐ ܕܝܢ ܕܡܫܡܫܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܒܨܝܪܘ ܓܠܐ
ܗܘܐ ܦܩܘܕܐ : ܟܕ ܡܩܕܡ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܠܐܢܫ ܠܐ ܢܓܠܘܢ ܐܘ ܢܫܬܥܘܢ
ܒܫܘܩܐ . . . ܠܐ ܕܝܢ ܠܟܠܗܘܢ ܕܡܫܡܫܝܢ ܠܗ ܓܠܐ ܗܘܐ .
ܐܠܐ ܠܒܠܚܘܕ ܕܡܩܪܒܝܢ ܗܘܘ ܠܗ . ܘܬܠܡܝܕܐ ܕܒܝܬܗ .
Ejuſmodi, inquit, *arcanorum notitiam externis negare ſatius duxit, familiaribus etiam quam parciſſime communicare; ita tamen, ut ſimul ab ipſis ſilentii fidem expoſceret* &c. *At ne omnibus quidem familiaribus adminiſtris, atque diſciplinae ſuae alumnis ſine de-*

le-

lectu ſecreta hujuſmodi committebat, ſed iis tantummodo, quos prae ceteris diligebat, & quorum fidem ſatis perſpectam habebat. Neque vero Simeon rexit modo, quum viveret, diſcipulos & alumnos, ſed moriens etiam ſuae praefecturae ſucceſſores deſignavit. Teſtatur id Coſmas de Simeone morti proximo: ܒܐܪܒܥܒܫܒܐ ܕܝܢ ܒܐܪܒܥܐ
ܒܐܝܠܘܠ ܒܬܫܥ ܫܥܝܢ ܟܕ ܩܝܡܝܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܟܠܗܘܢ ܠܘܬܗ. Simeon jure vocatur Archimandrita.
ܩܝܡ ܠܗܠܝܢ ܬܪܝܢ ܥܠ ܚܒܪܝܗܘܢ. ܘܐܓܥܠ ܐܢܘܢ ܠܟܠܗܘܢ ܠܡܪܢ.

Feria autem quarta, IV. *Nanas Septembris, hora nona, adſtantibus cunctis ejus diſcipulis apud ipſum, praefecit illos duos ſociis eorum, & amnes Domino commendavit.* Denique S. Jacobus Sarugenſis in Homilia de S. Simeone, quam ex Syriaco in Latinum ſermonem converſam ſuperius exhibuimus, tam diſerte Simeonem Monachorum Magiſtrum & Archimandritam deſcribit, ut nullus ea de re ſupereſſe poſſit dubitandi locus: ܗܢܐ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܡܢ ܩܕܡ ܗܘܐ ܕܢܦܩ ܗܘܐ... ܫܡܥܘܢ ܫܠܡܘ ܘܦܘܩܕܢܐ
ܦܘܩܕܢܝ ܕܩܒܠܬܘܢ ܡܢܝ ܛܪܘ: ܘܠܐ ܬܛܥܘܢܢܝ ܒܬܪ ܡܦܩܢܝ ܘܠܐ ܦܘܩܕܢܝ.

Simeon itaque ſuum, inquit, *imminere obitum intelligens, odcitos ad ſe ſuae diſciplinae Alumnos ad pie ſancteque vivendum cobortatus eſt... Valete, & mandata, quae dudum a me accepiſtis, ſervate. Videte, quaeſo, ne mei poſt abitum meum oblivio aliquando vos capiat, aut praeceptorum meorum memoria vobis elabatur.*

C A P. V.

De reliquis Tabulae partibus.

50. EX iis, quae hactenus de Stylitarum inſtitutis & diſciplina diſputavimus, in proclivi eſt colligere, quid ex hiſtoriae fide Pictor expreſſerit, quid addiderit, aut mutaverit, aut praetermiſerit. Columna & baſis & modius Stylitarum Actis vindicantur. Cancellos, quos circa baſim omiſit, non temere fortaſſe vertici adpinxit. Monaſterium, quod columnae circumpoſitum ex luculentis teſtimoniis didicimus, ad laevam columnae deſignavit, & pro foribus diſcipulum Simeoni miniſtrantem, Quis autem ille ſit, qui pronus ad columnam adcidit, Vita Simeonis explicat. Fuerat is famoſus latronum dux Antiochus Iſaurienſis, qui quum per medios milites a magiſtratibus ſubmiſſos ſtricto gladio evaſiſſet, equa invectus ad Simeonis columnam profugit, ubi Stylitae verbis intimo flagitioſae vitae dolore correptus, *ploravit duas horas*, ut narrat Antonius, *ita ut & Sanctum & adſtantes ad lacrymas quoque provocaret, & inclinata columnam verſus capite ſpiritum Deo reddidit*. Advenas, quorum frequens ſemper erat apud Simeonem numerus, facti hujus ſpectatores Pictor adjecit. De barbaricis autem & monaſticis veſtibus, necnon de aedificiis, quae Tabula exhibet, locis ſuis, Den adnuente, ſingillatim dicturi ſumus. Ea modo ſubjiciemus, quae ad oris & corporis Simeonis habitum pertinent; ut viri admirabilis recolendam imaginem, ſi minus intimis animi dotibus exprimere poſſumus, externis utcumque corporis lineamentis adumbremus. Quid recte ad hiſtoriae veritatem Pictor expreſſerit.

51. Simeonem, antequam vitam Aſceticam profiteretur, vultu decorum & in actibus ſuis celerem fuiſſe, ſcribit Coſmas. Id autem ad toleranriae commendationem plurimum confert; incredibili enim virtute opus fuit ad fervidam igneamque indolem perpetuae fixaeque ſtationis & modii anguſtiis coërcendam. Brevi autem ſtatura fuiſſe, teſtis eſt idem Coſmas. Canam praeterea Simeonis comam, barbamque demiſſam, ex his, quae adjicimus, Scriptorum teſtimoniis diſcimus. Vita Danielis apud Surium loco cit. Simeonem, qui Danieli adparuit in via, ita deſcribit: *Cum iter eſſet ingreſſus, ei occurrit vir quidam, cui erat aetas ſenis, Monachi veſtitus, cana autem coma, & qui erat in omnibus ſimilis Simeoni, qui erat in columna. Syra vera lingua adlocutus Danielem, rogavit, quonam iter ſuum dirigeret.* Evagrius autem Simeonis M. indoles. Corporis & oris habitus.

 cap.

cap. 13. eit. *Iſtius corpori: quum multae aliae partes ad noſtram uſque aetatem fuerunt reſervatoe, tum caput ipſe equidem conſpiatus ſum, Gregorio viro magni nominis id temporis Epiſcopatum illius Eccleſiae gerente, & Philippico efflagitante, uti Sanctorum reliquioe, quo tutius in Oriente expeditiones militares faceret, ad ipſum mitterentur. Atque, quod valde mirandum eſt, capilli in eapite inbaerentes minime conſumti ſunt, ſed perinde ac ſi viveret, & cum hominibus verſaretur, integri manſerunt. Frontis item cuticula, quonquam contracta fuit in rugas, exaruitque, tamen manſit incorrupta. Multi etiom ex dentibus, qui bominum fidelium manibus minime fuiſſent avulſi, bique figura ſua indicarunt, qualis divinus ille Simeones fuerit & qua ſtatura:* ἰδός τε καὶ ὁποῖος καὶ πηλίκος ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ γέγονε Συμεώνης.

Veſtes ejuſde. 52. Idem Evagrius eap. 14. poſt deſcriptum miraculum inſignis ſtellae eirca columnam diſcurrentis in feſto die Simeonis, quam ſe non ſemel, biſve, aut ter, ſed ſaepius vidiſſe teſtatur, haec addit: *Sunt, qui memorant (ac miraculo ſane tum propter fidem eorum, qui idem ipſum narrant, tum propter alia, quae ipſi conſpicati ſumus, credendum eſt) veram perſonae illius effigiem buc illucque volitantem ſe vidiſſe, barba demiſſa, & capite, ut ſolebat, tiara operto:* τὴν κεφαλὴν τιάρᾳ κεκαλυμμένην ὡς εἰώθει. Quam heic tiaram adpellat Evagrius, Cueulla monaſtica erat, quam Imperatori dono miſſam divino conſilio Daniel a Sergio accepit.

Cuculla. Maforte. 53. Monaſtico etiam palliolo, ſeu maforte indutum Simeonem, in vita Coſmae perſpicimus; quum enim Eliam in curru igneo ſibi adſtantem vidiſſet,

ܕܚܠ ܗܟܢ ܘܐܬܬܒܪ ܘܐܬܒܥܬ ܐܝܟ ܕܐܦܘܗܝ ܒܡܦܪܛܗ ܢܟܣܐ ܕܚܠܬܗ

adeo expavit, atque conterritus eſt, ut faciem trepidus maforte operire cogeretur. Item frequentiſſimo populo ſancti Viri morientis benedictionem poſtulanti: ܘܐܪܝܡ

ܐܝܕܗ ܟܕ ܡܟܣܝܐ ܒܡܦܪܛܐ ܘܒܪܟ ܐܢܘܢ. ܘܐܓܥܠ ܐܢܘܢ ܠܡܪܝܐ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ.

opertam maforte manum elevans benedixit eis, & commendavit eos Domino tribus vicibus. Hoc autem Simeonis maforte pelliceum fuiſſe videtur; nam Chriſtianis in Perſide vehementer adflictis, narrat Coſmas, adparuiſſe Simeonem *ſtantem ſuper columnam albis pellibus indutum.* Ac de Tabula jam ſatis.

ܬܫܥܝܬܐ

ܕܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܐܣܛܘܢܝܐ.

A C T A

Sancti SIMEONIS *Stylitae.*

S. Simeonis patria. 1 Semſes frater. 2

SANCTUS, & Dei amantiſſimus SIMEON in regionis Nachiphelorum vico, quem Siſan [1] adpellant, in Arabia Chriſtianis parentibus natus, ab ipſis Chriſtiano ritu ſacra aqua ablutus eſt circa aetatis ſuae exordium. Fratrem habuit Semſen [2] nomine: hi nempe duo ex pluribus, quos parentes ſuſcepere li-

ܬܫܥܝܬܐ ܕܝܠܗ ܕܕܘܒܪܘܗܝ ܕܩܕܝܫ
ܘܪܚܡ ܐܠܗܐ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܐܣܛܘܢܝܐ
ܗܘܐ ܡܢ ܩܪܝܬܐ ܡܢ ܟܘܪܐ ܕܢܚܦܠܝܐ
ܫܡܗ ܕܝܢ ܕܩܪܝܬܗ ܣܝܣܢ : ܐܒܗܘܗܝ ܕܝܢ
ܐܝܬ ܗܘܘ ܠܗ ܡܫܝܚܝܐ : ܘܡܢܗܘܢ ܗܘܘ
ܠܗ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܟܕ ܗܘ ܗܘܐ ܛܠܝܐ :
ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܕܝܢ ܐܚܐ ܐܚܪܢܐ ܕܫܡܗ
ܫܡܫܝ :

[illegible]

liberos, genitoribus vita functis ſupervixerunt. Beatus autem Simeon a teneris annis paſtoritiam vitam ſequutus, paternum gregem paſcere, ſeque in eo labore ad ſapientiam exercere ſtuduit. Et vero quum per aetatem licuit, ſapienti quodam naturae impetu actus, ſtoraecem, quem, dum per paſcua ducit gregem, multo cum labore colligere ſolebat, adcenſa pyra incendebat, quando rationem ejuſmodi ritus necdum fuerat adſequutus; neque enim ſacros Codices hactenus audierat, neque religionis, pietatiſque in Deum leges didicerat: quippe qui ab ineunte aetate in ſilvis, & in montibus ſolus uſque verſatus fuiſſet, & educatus. Ingenium porro illi a natura mite, atque hilare, indoles optima, morumque mira ſuavitas: id nimirum adteſtantur ejus familiares, qui ab ineunte pueritia eum ipſo conſuevere. Ajunt autem ipſum inediae patientiſſimum fuiſſe, ut cibos haberet, quibus aliorum fami ſuccurreret. Statura fuit modica, grato tamen, & pleno dignitatis adſpectu, celeritate in agendo ſingulari, corporis firmitate, atque robore praeditus.

Puer oves paſcit.

Ejus indoles.

Corporis & oris habitus.

Parentibus [3] vita functis, haeres cum fratre relictus, redire compulſus eſt ad paternam domum; ubi quum populares ſuos ad Eccleſiam Dominica die confluere videret, eos ſequutus eſt, audienſque e ſuggeſto Apoſtolum recitari, aliaſque Divinas Scripturas, a quonam Authore dictata fuiſſent ejuſmodi volumina, quidve continerent, rogabat. Cui Socii: Codices, reſponderunt, Dei ſunt, qui Caelum inhabitat, ejuſque Oracula repraeſentant. Haeſit ille ad haec, velut ingenti admiratione defixus, atque altera die Dominica Eccleſiam repetit, ſacram pro more Lectionem adtentiſſime audit, ut qui audita, & lecta optime intelligeret. Exinde coepit adcuratius ſtoraecem colligere, lectumque ab aliis paſtoribus mer-

Dominicis diebus frequẽtat Eccleſiam. 3

Inveſtigat viã ſalutis.

mercari, & velut ſacris ritibus jam eruditus, incenſum Deo offerebat, quum diceret: Aſcendat ſuavis odor ad Deum, qui eſt in Caelis [4].

4

Viſione excitatur ad perfectionem.

Paucis poſt diebus B. Simeoni, dum pecuariae rei etiam operam dabat, ſpecies quaedam objecta eſt, eaque Viſionum ejus prima fuit. Videre autem ſibi viſus eſt ipſi adeſſe virum, eximia & praeſtanti forma praeditum: adſpectus illi, qui fulguris eſſe ſolet, veſtes ſolaribus radiis ſplendidiores, oris forma pyrae ardentis imaginem referebat, ſceptrumque aureum manu geſtabat, quo dormientem forte Simeonem blande contundens, ac de nomine compellans, excitat. At ille quum ſpeciem illam admirabilem apertis oculis coram ſtantem vidiſſet, expavit enimvero, & totis artubus contremiſcens, pronus humi provolutus eſt. Quum repente vir ille, qui ſe Simeoni ſpectandum offerebat, manu ipſum ſublevare viſus eſt, hiſque verbis incitare: Agedum, poſitoque metu me praeeuntem ſequere: quaedam nimirum habeo, quae tibi renunciem. Domino enim conſtitutum eſt, ut per te nomen ejus praedicetur. Quamobrem te Principem, Ducem, & Magiſtrum populo ſuo, ſuiſque ovibus deſtinavit. Leges itaque, & praecepta Sanctae Eccleſiae dabis, multoſque ab errore ad veritatis cognitionem traduces. Quae ſi exacte perfecteque confeceris, magnam tibi per univerſum orbem famam comparabis, Regeſque etiam, & Magiſtratus, ac populos tuo dicto audientes habebis. Tu vero ne cedito malis; ſed ad diutinam incommodorum, moleſtiarumque perpeſſionem obfirmandus eſt tibi animus, ac ferventi in omnes homines caritate inſtruendus. Enimvero ſi patientiam, perfectamque caritatem cujuſvis conditionis mortalibus exhibueris, ſuperbiamque, & animi elationem caſtigaveris, nec inter primos, nec inter noviſſimos quempiam

piam te majorem es habiturus.

Haec praefatus Angelus, Simeonem ad ſummum montis verticem continuo tranſtulit, poſitoſque ibidem lapides commonſtrans: Agedum, inquit, tolle iſtos, & inde molire aedificium. Cui B. Simeon: Iſtam ego artem, reſpondit, plane ignoro; nec enim ullum unquam aedificium exſtruxi. Tum vero Angelus: Aſt ego docebo; tu vero intende animum. Simulque lapidem praegrandem adfabre dolatum Simeoni obtulit: Hunc, ait, ad Orientem conloca, alterum huic ſimilem ad Aquilonem adjungito, tertium ad Auſtrum, iſtis quartum ſuperimponito, & aedem perfectam habebis. Tunc Simeon: Ecquid, inquit, iſtud rei eſt? Cui Angelus: Altare nempe illius Dei, quem adorabas, cuique incenſum adolebas, & cujus Codices audiebas. Tu vero, continuo ſubdit Angelus, quo coepiſti perge adgredere iter, meque hinc abeuntem ſequere. Tum demum introduci viſus eſt in aedem Martyribus factam ei domui vicinam, in qua Timotheus ejuſdem poſtea diſcipulus habitavit. Sacram aedem ingreſſuro occurrit Virorum agmen immenſum: omnes candidis amicti veſtibus videbantur, ſponſiſque ſimiles: eadem fere ſpecies feminis erat, quae e regione ad Boream ſpectabantur, purpureis ſtolis inſignes & forma, formae autem par erat pudor & modeſtia. Simeoni percontanti, quaenam ea gens eſſet, reſpondit Angelus, virorum eſſe atque mulierum coetus, quos ille ipſe ad Deum eſſet adducturus; imo & his multo plures ejuſdem opera atque ſtudio pietatem amplexuros, Chriſtique ſignaculo notandos; modo ipſe negocium iſtud ſtrenue impigreque tractaret. Inſederant porro circa Templi fores avium turmae pavonibus ſimiles, ignea habere corpora videbantur, ſimilique fulgore conlucere; adeo ut ſcintillae, ex earum praecipue oculis

lis micantes, emiſſi fulguris ſpeciem exhiberent. Aves conſpecto Simeone alas explicuere, ſublatiſque roſtris voces dedere adeo horrendas, ut ſolum circumquaque inde moveri, atque ſubſilire videretur. Frementes tamen beſtias mox Angelus oſtenſo ſceptro viſus eſt compeſcere; illiſque ſilere juſſis, continuo Simeonem Templum ingredi imperat: quo ante Altare ſtante, & una cum Angelo orante, ecce ab intimo Altaris adyto prodit Vir ſpectabilis, ipſo ſole ſplendidior; inerat enim tanta ori gratia, ut pulcherrimi vultus contemplatione oculus impleri, exſaturarive animus nequiret. Amictus illi ad nivis candorem factus, facies hilaris, & adſpectus laetiſſimus, cana caeſaries pulchra varietate diſtincta, capillis ad modum pendulorum e vite botrorum eleganter venuſteque defluentibus, ſermo blandus & lenis; Codicem vero aureum pectore geſtabat. Hic Simeonem talia mirantem, ſtupentemque blande complexus, tertio exoſculatus eſt cum multa amoris ſignificatione, & : O te beatum, inquit, ſi te tanta ſorte, atque munere, quo mox ornandus eris, dignum praeſtiteris. His dictis, Simeonem ambo hinc inde complexi ad aram promovent. Is autem, quem ex inferiori Altaris ſinu prodiiſſe diximus, Simeoni quidpiam unioni ſimile, rotundum, niviſque adinſtar candidum, comedendum porrexit: quo ille guſtato ſaporem quemdam ſenſit, mellis quidem dulcedini, ut ipſemet referebat, proximum, ſed reipſa inexplicabilem perinde atque mortalibus incognitum. Eo admirabili cibo refectus, ſceptrum aureum, ab altero viro oblatum, accepit, audiitque vaticinantem in hunc modum: Et tu quidem paſcendi gregis Chriſti munus propediem es ſuſcepturus: vide, ut fortem animum, magnumque ad eam provinciam adferas. Quibus dictis extemplo ambo e conſpe-

[illegible]

ſpectu evolarunt. Haec prima eſt [5] Viſio, Beato Simeoni, dum rei pecuariae operam daret, oſtenſa; qua adeo inflammatus eſt, ut ſine cibo, potuque unum & viginti dies exegerit. Admirandae profecto abſtinentiae exemplum, in eo praeſertim homine, qui carni, vinoque a pueritia adſuevisſet. 5

Tribus hebdomadis jejunat.

Huic B. Viri Viſioni primae primum item Miraculorum, ab eodem geſtorum, adtexere conſentaneum eſt. Illam, quam modo narrabam, abſtinentiam ad primam a vigeſima diem produxerat, quum inſolita eum inceſſit comedendorum piſcium cupiditas: Deo fortaſſe ejuſmodi cibi adpetitionem immittente, ut Miraculo inde occaſio praeberetur. Erat in vicinia Piſcator, & huic filia, nomine Martha: adcidit, ut is ex propinquo ſtagno eadem nocte ingentem piſcium vim caperet, quos quum domum continuo importaſſet, filiaeque tradidiſſet, ad alia negocia digreſſus eſt. Interea Simeon Piſcatoris domum profectus, filiam interrogat, num pater piſces adtuliſſet, & ſi quidem ita eſſet, libras quinque ſoluto pretio ſibi dari poſtulat. Negavit puella, per Deum jurans, nihil ejuſmodi parentem domum intuliſſe. Repulſus Dei Famulus, in forum perrexit: eo enim loco complures populares ſuos conſediſſe noverat. Aderant ſimul Romani, ejus loci incolae, praeter alios plurimos, quos ex eadem 6
gente, Iſauri [6] proximo bello captos, in forum adduxerant. Illis ergo ſimul conſidentibus, atque inter ſe confabulantibus, ecce invadunt in forum piſcium, neſcio, quo Spiritu animati, greges, & piſcibus immixta Piſcatoris filia, furenti ſimilis; nam & ejulabat, & vociferabatur, atque Simeonem identidem compellans, dirum quidpiam infremebat. Horrendum erat viſu cernere Virginem ſeminudam, hac illac in

Martham Piſcatoris filiam propter perjurium a Spiritu nequam exagitatam liberat.

incertum diſcurrere, conlidere invicem dentes, agitare caput; diabolicis ut acta furiis plane videretur. Nec minus ſtupendum ſpectaculum dabant piſcium turmae, arenti in ſolo adverſus heram infeſto agmine inſilientes. Quae quum in medio foro agerentur, fit undique concurſus tum advenarum, tum indigenarum, cunctis ad rei novitatem trepidantibus. Quidam palabundos piſces in unum cogere, & ipſam puellam veſtibus turpiter nudatam continere, atque vociferantem compeſcere nequidquam conati, tandem una cum Virginis patre, qui eo rumore excitus, filiae ſubventurus adcurrerat, ad S. Simeonem convenere, eam a puella calamitatem deprecaturi. Is vero mox adprehenſa Virginis dextera, inſanos illos motus ſtatim compeſcuit, eaque quieſcente, piſces itidem conquievere. Subdit deinde Simeon: Quia falſum juraſti, publicam hanc vobis ignominiam criminum ultor intulit Deus. Quae res B. Simeoni hominum paſſim exiſtimationem, benevolentiamque non vulgarem conciliavit. Ego vero Deum Famuli ſui adpetitioni occurriſſe tute adfirmo, quia non ex intemperantiae vitio eam provenire ſciebat. Enimvero e medio popularium ſuorum repente dilapſus, quum ad montem Tauſcitium, ubi gregem reliquerat, veniſſet, ingentem piſcem reperit: quem, quum ſe antea Crucis ſigno muniviſſet, ſuſtulit, domumque portavit; factum mirantibus Romanis, communes cum ipſo aedes incolentibus, praeſertim poſtquam novum in eo piſce miraculum conſpexere, Deumque Famuli ſui votum ſancientem intellexere. Portentoſus namque ille piſcis non modo B. Viri familiae, ſociiſque paſtoribus, ſed etiam Romanis, in eadem, ut dixi, domo commorantibus, ad triduum abunde ſuffecit. Horum Romanorum alter Silvanus, alter Barſciapta dicebatur: ambo

Ingens Piſcis divinitus repertus, ei, & ſodalibus ad triduũ abũde ſufficit.

Silvanus, & Barſciapta, Romani S. Simeonis Familiares.

[illegible]

ܘܡܢ ܗܝܕܝܢ ܫܪܝ ܕܢܕܪܫ ܢܦܫܗ
ܒܨܘܡܐ ܘܒܨܠܘܬܐ : ܘܐܬܐܡܝܢ ܠܗ
ܒܥܕܬܐ ܠܠܝܐ ܘܐܝܡܡܐ ܕܢܩܪܒ ܗܘܐ
ܠܚܕܕܐ ܒܚܡܝܡܘܬܐ ܘܨܠܐ ܗܘܐ
ܒܗܝܟܠܐ : ܙܒܢܝܢ ܓܝܪ ܡܢ ܩܘܕܡ̈ܬܐ
ܥܐܠ ܗܘܐ : ܒܪܡܫܐ ܠܪܡܫܐ
ܒܬܠܘܬܐ : ܐܠܐ ܗܘ ܕܝܢ ܗܘܐ ܡܬܦܢܐ
ܒܬܪ ܡܥܪܒܐ ܫܡܫܐ ܗܘܐ ܡܢ ܢܓܗܐ
ܘܥܕܡܐ ܠܨܦܪܐ : ܘܐܦ ܗܘܐ ܡܨܠܐ
ܕܟܪܝܟ ܗܘܐ ܢܦܫܗ ܒܨܠܘܬܐ ܡܢ
ܪܡܫܐ ܘܥܕܡܐ ܠܨܦܪܐ ܘܡܢ ܕܗܘܐ
ܙܒܢܐ ܩܐܡ ܗܘܐ ܒܨܠܘܬܐ ܕܡܟܬܪܐ
ܥܕܡܐ ܕܫܠܡ ܗܘܐ ܠܗ ܠܠܝܐ
ܟܠܗ ܟܕ ܥܝܪ ܗܘܐ ܒܨܠܘܬܐ ܠܒܝܬ
ܐܠܗܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܫܬܥܐ ܡܢ ܗܘ
ܕܗܘܐ ܡܢ ܪܡܫܐ ܠܨܦܪܐ :
ܘܠܐ ܐܝܟ ܐܢܫ ܠܐܠܗܐ ܗܘܐ : ܐܝܟ
ܕܗܘܐ ܐܡܪܘ ܠܝ .

ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܗܕܝܢ
ܗܘܐ ܙܒܢܐ ܠܐܚܘܗܝ ܕܢܦܠܓ
ܡܢܗ ܘܐܡܪ ܠܗ : ܕܐܙܠ ܐܝܟ ܕܨܒܐ
ܐܢܬ ܦܠܓ ܘܡܕܡ ܕܨܒܝܬ ܥܒܕ
ܕܠܐ ܚܪܝܢܐ : ܗܘ ܕܝܢ ܐܚܘܗܝ ܦܠܓ
ܒܗ ܡܕܡ ܒܦܠܓܘܬܐ ܥܠܝܗ ܐܢܫ
ܡܢܟ ܗܘܐ ܠܗ : ܒܡܕܡ ܐܢܬ
ܐܝܟ ܗܘܐ ܠܗ ܡܬܚܫܒܐ ܗܘܬ
ܥܠܝ ܕܒܗܘܢ ܒܦܠܓܘ ܢܟܣܝܐ
ܢܦܫܗ ܡܢ ܡܠܟܐ : ܘܡܠܟܐ
ܕܝܠܗ ܗܘܬ ܠܗ ܠܡܕܒܪܢܐ
ܢܦܫܗ : ܗܘ ܕܝܢ ܢܦܠ ܒܗ
ܒܟܒܪܐ ܐܝܟ ܫܘܒܪܐ ܩܕܝܫܐ
ܠܒܘܫܐ ܚܘܪ ܐܝܟ ܠܓܒܪܐ
ܘܡܬܩܒܠ ܘܥܒܕܐ ܐܚܪܢܐ ܘܕܠܡܕܡ
ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܕܝܢ ܘܚܘܪ ܠܡܩܒܠܐ
ܐܬܚܬܐ ܕܝܢ ܕܫܠܡ̈ܬܐ ܚܘܪ ܐܚܝ
ܠܢܘܗܝ ܘܠܓܒܪܐ ܕܐܠܗܝܐ ܕܒܝܬ
ܡܢܝ ܐܚܪܢܐ : ܠܚܘܡܐ ܗܕܝܬܐ
ܐܘܪܚ ܘܟܬܘܬܐ ܗܕܝܬܐ ܡܠܟܐ
ܕܒܪ ܐܚܘܗܝ ܕܐܚܘܗܝ ܐܝܬ ܗܘܐ
ܗܢܐ ܠܥܒܪܐ ܕܢܬܒܡܘܪܐ ܕܒܝܬ
ܚܝܠܘܗܝ

bo B. Simeonem impenſe deinceps coluerunt; dumque is in majori columna vixit (vixit autem multos annos) frequenter ipſum inviſebant, eodemque audiente, iſtud miraculum referebant: quod, uti praemonuimus, primum fuit a Simeone adhuc juvene patratum.

Adſiduâ operam dat piae precationi.

Ab eo itaque tempore coepit ſeſe jejunio, & oratione excolere: quocirca in Eccleſia adeo adſiduus erat, ut dies cum noctibus, ſumma cum animi contentione ibidem orando, conjungeret. Nam primo quandoque diluculo ſacram aedem ingreſſus, nonniſi ſero poſt ſolis occaſum domum ſeſe referebat: plerumque vero ad lucem ſequentis diei orationem protrahebat: flexis quandoque genibus a veſpera ad mane uſque orans perſtabat; alias item humi proſtratus, totam noctem vigilabat. Quumque per aliquod tempus in hoc pietatis ſtudium incumberet, ipſius Sodales curioſe obſervabant, num in ea moleſtiſſima vigilia pedes aliquando ad quietem ſubtraheret, aut locum, ſitumve mutaret; nec tamen quidpiam ejuſmodi unquam a ſe deprehenſum fuiſſe, ipſi oculati teſtes nobis poſtea narrarunt.

Pro dividunda paterna haereditate interpellatus, ejus optionem fratri defert.

Hunc vitae curſum tenebat Simeon, quum pro dividunda paterna haereditate fuit a Fratre interpellatus. Cui Vir Dei: Vade, inquit, & pro tua prudentia, atque arbitratu negocium conficito, certus, me tibi de hac re nunquam litem intentaturum. Qua tamen ille facultate minime eſt uſus; Fratrem enim unice amabat: ſed commune patrimonium in duas partes ex aequo diviſit.

Ab Amita haeres inſtitutus, omnia bona pauperibus, & monaſteriis adjudicat.

Objetat non ita pridem amborum Fratrum Amita, locuples femina, ſcripſeratque ex aſſe haeredem fratris ſui filium Simeonem: is vero ſeſe omnibus hiſce curis facile expedivit, atque meſſores imitatus, uno veluti falcis ictu copioſam illam vitiorum ſegetem de-

meſſuit, atque alio aſportandam curavit; & veſtes quidem alias Monaſterio, alias egentibus addixit: reliqua, quaecumque ſuperaverant, diſtrahi juſſit, pretiumque pauperibus item erogari, praediis exceptis, quae Fratri adjudicavit.

7 Monaſterio autem S. Euſebonae apud Teledam Caſtellum veſtem, & multiplicem ſupellectilem adtribuit, in gratiam Patruelis ſui, viri admirandae virtutis, ejuſdem Coenobitae, qui eo in loco quinque ſupra triginta annos vixit, ſolitudinis in tantum amicus, ut ad illam januam, per quam in Monaſterium intraverat, nunquam poſtea fuerit reverſus: idemque author fuit B. Simeoni, ut illuc veniret quatuor poſt menſes, propter factam paullo ante meſſem; tum quia pauperes, atque aedes Monachorum inviſere jamdudum ipſe decreviſſet, & ex iis aliquos etiam ad Monaſterium adſuunere. Ceterum quod ad B. Simeonis abſtinentiam, plane admirabilem, per id temporis ſpectat, toto quadraginta dierum ſolemni jejunio nihil omnino guſtavit, praeter Sacram Oblationem, quam declinante ejuſdem jejunii tempore percepit, eaque refectus, ſervata eadem abſtinentiae lege, reliquum tempus ad Paſchatis uſque magnum diem tranſegit; quando Sacro Pane iterum refectus eſt, oblatoſque cibos admiſit.

Ejus abſtinentia admirabilis.

Redeo ad meſſem, quam a B. Simeone factam fuiſſe dicebam; in ea quippe miraculum ingens Deus monſtravit. Quum enim egentibus, & peregrinis ſpicas, ut fieri ſolet, peracta jam meſſe, legentibus ultro adnuiſſet, ut quot quiſque valeret, manipulos ex area impune aſportaret, illique facultate uſi, quantum frumenti voluerant, ſuſtuliſſent, Dominus in manipulos, qui ſupererant, ſuam benedictionem effudit; ut in ſexaginta modius mirabiliter excreſceret. Simili prodigio panis, & vervecinae carnis olla,

Modius frumenti in ſexaginta mirabiliter excreſcit.

ܒܗ ܫܠܗܒܝܢ ܡܫܡܫܢ ܥܢܝܢ ܘܗܘܐ
ܐܚܪܢܐ ܕܢܦܠ ܒܗ ܐܡܪ ܠܐ ܗܦܟ
ܣܝܡܘܗܝ : ܘܗܘܐ ܗܘܐ ܠܗ ܒܠܚܘܕܝܗ
ܕܢܦܩ ܠܒܪ ܕܒܪܐ ܢܣܒܝܢ ܗܘܐ
ܒܬܪ ܦܠܓܝܢ ܐܚܪܢܐ ܢܦܫܝܢ
ܡܛܠ ܕܚܒܪܐ ܕܪܚܝܡ ܗܘܐ ܠܗ
ܘܡܛܠ ܕܝܬܝܪܘܬܐ ܐܣܝܪܬܐ ܕܐܝܬ
ܗܘܬ ܠܗ ܕܢܗܘܐ ܡܫܬܢܐ ܘܠܫܒܩܬܐ :
ܠܐ ܕܢܗܘܐ ܐܡܪ ܒܗ ܠܕܒܪܐ :
ܘܚܝܘܬܐ ܕܐܚܪܢܝܢ ܕܗܘܐ
ܒܦܪܫܘܬܗ ܡܢܗ ܠܐ ܦܠܛ ܗܘܐ :
ܐܠܐ ܠܝ ܡܣܬܒܪܐ ܕܥܒܕ ܒܦܠܛܗ
ܕܝܘܡܐ : ܘܡܛܠ ܐܡܪ ܗܪܟܐ
ܕܠܐ ܦܠܛ ܡܢܗ ܒܝܘܡܐ ܕܥܒܕ
ܘܫܪܟܐ ܒܥܘܡܪܐ ܐܚܪܢܐ
ܘܦܠܛ.
ܠܘ ܒܗ ܕܝܢ ܒܠܚܘܕ ܕܚܒܪܐ
ܕܪܚܝܡ ܗܘܐ ܠܗ. ܐܬܡܨܝܬ ܐܚܪܬܐ
ܣܝܡ ܡܢܝ: ܐܦܢܐ ܠܘܬ ܡܫܩܠܐ
ܘܐܬܦܠܛ ܘܡܫܒܚܢܐ ܒܗ
ܬܒܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܐܠܢܫ ܡܢ
ܒܩܠܐ ܒܗܢܐ ܕܡܫܬܟܚ ܢܗܘܐ
ܕܠܐ ܒܫܠܝܬܐ : ܘܡܢ ܕܐܬܐ ܐܠܢܫ
ܐܣܝܪܝܢܗ ܐܚܝܕ ܒܗ ܡܢܝ
ܒܡܫܩܠܬܐ ܘܐܬܐ ܚܕ ܒܫܒܗܝܢ :
ܘܠܚܡܐ ܐܡܪ ܕܥܒܕ ܗܘܐ ܒܗܘܢ
ܕܢܠܒܛܘܢ ܫܒܠܐ ܘܣܒܐ ܒܣܓܝܐ
ܕܒܩܛܪܐ ܕܒܒܝܬܐ ܘܣܒܐ ܙܒܢܐ
ܕܣܡܪܐ ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܠܒܛܘ
ܫܒܠܐ ܚܕܥ ܐܠܗܐ ܠܟܠܗܘܢ
ܡܥܡܠܐ ܘܡܫܩܠܢܐ ܘܐܚܪܢܐ
ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܐܡܢ ܕܡܥܢܝܢ ܘܐܬܝܢ
ܕܡܣܝܒܝܢ ܘܐܒܠܘ ܘܫܒܩܘ
ܚܕܡܐ ܕܗܒܒܘ ܡܥܡܥ ܐܢܝ
ܗܘ ܒܠܬܝܒܘ ܘܐܡܪ ܒܥܒܕܐ ܐܝܟ
ܕܐܬܐ ܒܡܦܪܢܫܢܘܬܗ ܕܐܠܗܐ :
ܕܢܣܘܐ ܕܗܘܐ ܐܬܡܨܝܬܐ ܡܛܠ
ܒܬܪܬܝܢ ܥܣܪܐ ܕܩܝܡܐ : ܐܝܟ
ܕܢܝܚܐ ܘܫܪܐ ܐܦ ܠܣܡܐ ܐܚܪܢܐ
ܠܐ ܐܝܟ ܐܠܐ ܡܢ ܗܘ ܠܣܡܐ
ܕܚܡܪܐ

[illegible]

la, vinique amphora in tantam copiam exuberarunt, ut quamvis illa Simeon ſolis meſſoribus ſuffectura adparaſſet, non modo iſtis adfatim ſuffecerint, ſed etiam pauperes, quotquot aderant, & ſpicas legebant, exſaturarint; annonam inter Simeonis manus multiplicante Dei providentia, ut innoteſceret, miraculum illud ejuſdem S. Simeonis meritis dari. Quo tempore obſervatum eſt, nullum aliud opſonium, aut panem aliunde a quopiam illuc adlatum fuiſſe, indeque pro certo compertum, ex illo ſolo commeatu, quem Simeon eo die ſuppeditaverat, pauperes & hoſpites, ſpicas legentes, meſſoreſque per ſolidum diem refectos fuiſſe, Simeone cibos porrigente, atque ad comedendum quantum vellent, ſingulos invitante. Et haec quidem ipſe nobis Simeon narrabat, Deo gratias agere nos jubens, ejuſque providentiam admirari, ut quae ratione mirabili ipſius inopiae occurrerat: nec enim ad colligendam ſibi magni nominis famam iſta referebat, ſed ut audientium animis eximiam de Divina Beneficentia opinionem ingeneraret. Quam etiam Apoſtolus laudat, quum docet, Dei liberalitatem majorem eſſe, quam ut eam quis dicendo adſequi poſſit. Quid quod & Dominus nobis pollicitus eſt, ſi quidem in ipſum credidiſſemus, non modo opera, quae ipſe fecit, nos eſſe facturos, ſed his quoque majora. Ceterum quemadmodum non omnia Chriſti geſta ſunt literis conſignata; nec enim, ut Sacrum teſtatur Evangelium, ea libris comprehenſa Orbis terrarum capere potuiſſet; ſic nos quoque B. Simeonis Acta proſequuturi, pauca ex multis narranda ſeligemus.

Panis, caro & Vinũ inter Simeonis manus divinitus multiplicantur.

Rom. 11.

Joh. 14. 12.

Ibid. 21. 25.

Rebus itaque eo, quem dixi, modo conſtitutis, Simeon diſceſſit, ad Coenobium ſuum poſtliminio rediturus. Adſequebantur camelorum, atque jumentorum greges, quos partim eidem Coe-

Monachus fit.

Coenobio legaverat, partim Monaſteriis egentioribus addixerat. Ubi ergo
8 Coenobii * Praefectum convenire licuit, quaſcumque eidem loco deſtinaverat, opes Abbati obtulit, a quo ipſe Simeon poſt triduum praeſentatus eſt Marae * Epiſcopo Gabalorum ** viro ſpectatae virtutis, & Chriſtianorum amantiſſimo, ut qui Monaſticae vitae inſtitutis fuerat olim excultus. Rogabat

A Mara Epiſcopo Gabalae una cū fratre Tōſura initiatur.

9
10 Antiſtitem Abbas, ut Simeonem ſolemni Tonſura initiaret. Epiſcopus interim viſus eſt ſummopere admirari indolem Juvenis: nam etſi ſtatura parvus erat, hunc tamen defectum animi celſitudine compenſabat, eratque rufus, & pulcher, & Dominus cum eo; ſicut Sacrae Literae loquuntur. Aderat inter ceteros Simeonis Frater, benedictionem ab Epiſcopo petiturus, qui unacum Simeone in viam ſe dederat, eoque ad Coenobium deducto, reditum meditabatur. Eum itaque conſpicatus Epiſcopus, in hunc modum adortus eſt: Intuere, ajebat, Fili, & recogita pulcherrimam praeſtantiſſimamque ſortem, quam ſibi minor Frater tuus optavit: adeo certum & indubitabile eſt, ad illam eum provectum eſſe dignitatem, cui parem mortales in terris nullam habent. Mox utrumque ſolemnibus precibus totondit. Quod ad B. Simeonis Fratrem adtinet, ille religioſae militiae ſacramento authoratus, in vas electiſſimum, dignumque Domino ſuo evaſit, vitaeque curſum cum eximiae virtutis fama integre ſancteque abſolvit. Poſteaquam vero ambo Fratres, ſuſcepta cum benedictione Tonſura, ad ſocios Monachos rediturí abiiſſent, S. Antiſtes Maras excelſum B. Simeonis animum demiratus, velut qui mente divino adflatu concitata futurum praeſagiret, ad Coenobii Praefectum, alioſque ſimul adſtantes converſus: Equidem, inquit, nullus dubito, quin iſte Juvenis electum, & nobiliſſimum vas olim

1. Reg. 16. 12.

olim futurus ſit, in quo Deus ſit habitaturus: ejuſque nominis fama ad extremas terras ſit perventura, ut qui ſciam, quemnam illi pridie adſidentem ipſe conſpexerim.

Exactis porro eo in Coenobio quinque menſibus Semſes, quo temporis intervallo facultates ſuas egenribus, & Monachis erogavit, ita demum ad ſuum Monaſterium remigravit. At Simeon, ut qui una cum capillo rerum humanarum curam penitus depoſuerat, totus ad excolendum animum religioſae vitae diſciplina ſe convertit, jejuniis, vigiliis, & perpetuo orandi ſtudio ad perfectam cumulatamque virtutem ſibi viam communiens. Quamobrem adhortantem Fratrem, ut communes opes expenderet, repulit, nihil praeter Dei negocium ſibi cordi eſſe teſtatus. Hoc incenſus Divinae caritatis ardore, foſſam in horto ſuis ſibi manibus apertam ad pectus uſque ingreſſus, totam aeſtatem, quando aeſtus tanta vis eſt, ut ardere omnia videantur, ibidem tranſegit. Quo in loco magnis atque luculentiſſimis prodigiis Famuli ſui Deus ſanctimoniam comprobavit.

Foſſam ad pectus uſque ingreſſus, totã aeſtatem ibidẽ tranſigit.

Jam vero quum hoc robore animi per biennium ſummo labore ſe exercuiſſet, Piorum inimicus diabolus diſcordias inter Fratres ſerere orſus eſt, Monachoſque adverſus Simeonem incitavit. Communem itaque Monaſterii Patrem adeunt, urgent, inſtant, ut ſi quidem Simeon vita, victuque communi uti recuſaret, jubeat ſua ipſum habere, & e Coenobio quamprimum abſcedere. Eam Monachorum conſpirationem quoniam infringere Coenobii Praefectus nequibat, Simeonem blande praetentat, hortatur, ut aequo ac pari cum reliquis Fratribus jure vivere adnuat. Attamen non perſuaſit. Quamobrem quum ille negaret, ſibi fas eſſe a ſuſcepto propoſito recedere, Abbas coactus eſt ex familia illum dimit-

Monachorũ adverſus eum ſimultates.

mittere, praefatus, audientibus ejuſdem adverſariis: eum, qui ſe ad pietatem in ejuſmodi laboribus exercere conſtituiſſet, a ſancto propoſito abducere ſibi neutiquam licere. Ceterum quum quidam Fratrum, cui Coenobiarchae agendi ratio minus probabatur, ſub horam diei tertiam abſoluto Officio e conventu dilapſus, Simeonis voluntatem rurſus adtentare, atque a ſententia abſtrahere meditaretur, repente Divina quadam vi repulſus, humi adflictus eſt, jacuitque ad quinque horas, animo plane deſtitutus. Adcurrere protinus Fratres, qui forte ſub vicina arbore orabant, ſublatumque Monachum ad Simeonem deportarunt, tunc temporis in proximo nemore deliteſcentem. Heic miſer ille reſumtis tantiſper viribus atrum ſanguinem, ſaniemque evomuit. Poſt triduum Simeon jubet illum aqua inſpergi, cujus contactu aeger recuperata mente involat ſtatim in amphoram, & adſatim bibit, ſimilique vomitu iterum ſanioſo cruore degravatus, poſt biduum etiam plane convaluit.

Monachum obrigentem & ſemianimem, qui ipſum adtentare meditatus fuerat, aſperſa aqua curat.

B. Simeonis abſtinentia fuit, ut ſupra narravimus, plane admirabilis. Nam etſi jejunium ab altera die Dominica ad alteram ſine cibo producere plerumque ſoleret, qua temporis intercapedine ejus refectio ad ovi quantitatem vix excedebat; adcidit tamen, ut binas non ſemel, ac ternas hebdomadas jejunus traduceret. Fuit aliquando, quum hominum conſpectum fugiens, in angulo domus, ubi ligna in Monaſterii uſum adſervabantur, latebras, defoſſa circum humo, quaeſivit. Exiſtimantibus porro Fratribus, eum e Coenobio alio migraſſe, triginta poſt dies ex Hebdomadariis quidam volens ligna inde extrahere, Simeonem caſu ibidem deliteſcentem clauſumque reperit, ſitique pene confectum frigidae hauſtu recreavit. Mox ab Hebdomadario monitus Coenobiarcha, & alii plurimi ſu-

Binas non ſemel ac ternas hebdomadas jejunus traducit.

Defoſſa circũ humo, ubi ſtrues lignorũ erat, triginta dies ibidẽ deliteſcit.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ſupervenere, vixque univerſi Simeoni perſuaſerunt, ut, relicto ejus loci ſqualore, ad Sacram Oblationem una cum ipſis adcederet. Et haec delibaſſe ſufficiat de perſequutione, quam ejuſdem ſodales Monachi, communis vitae jura praetendentes, adverſus B. Simeonem commoverunt. Pluries enim coitione facta, apud Coenobii Praefectum eo nomine Simeonem detulerunt, inſtantes, ut pertinacem e Monaſterio ejiceret. Hic vero conſtanter negavit, id ſe unquam facturum, teſtatus neutiquam cohibere ſe poſſe, quin Simeonem magni faceret, & ſingulari benevolentia complecteretur, intuens ejuſdem inter labores patientiam, & praeclaros mores; praeſertim poſtquam Adverſarios non tam diſciplinae tuendae ſtudio, quam aſtu, & invidia moveri deprehendit.

Adverſus ſomni moleſtiam ſeſe hac arte Simeon muniebat. Tereti & rotundo ligno innixus ſtabat; id autem ita torno factum diſpoſitumque erat, ut, ſi quando ſtanti ſomnus obreperet, ſimul lignum dormientis pondere preſſum dilaberetur; unde conſequens erat, ut eo ſubtracto, ipſum quoque corpus conlaberetur. Praeterea narrant, Simeonem corpus aliquando nodoſo fune perſtrinxiſſe; quumque dudum eo, perpetuo veluti ſulco, latera exaraſſet, & ſuccreſcens vulneri caro interpoſita nodis ſpatia compleviſſet, rem ſubodoratus Coenobiarcha, Simeonem ab immani illa carnificina abſtinere in poſterum juſſit, funemque ſuſtulit, divulſae carnis fartum, & adſuſo cruore ſaturum.

Rotundo ligno innixus, ſtās inſomnes ducit noctes.

Nodoſo fune perſtrictus carnem dilacerat.

Nec ſane illud ſilentio premendum arbitror, quod quum Monachorum quidam pro Communitatis more hebdomadam ſortitus; domeſtici furni curam ſuſcepiſſet, futili joco rutabulum, igne probe antea candefactum, B. Simeoni his verbis porrexit: Agedum,

Ignitum furni rutabolum illaeſa manu adprehendit.

dum, Simeon, & ſi quidem Domino tuo confidis, fidem tuam nobis adproba, atque hoc ferrum tute ſtringito. Haec ille jocando dixerat, quum Simeon rutabulum utraque palma prehenſum conſtrinxit impune; Fratribus impendio ſtupentibus, ut qui putaverant, unacum cute carnem quoque ipſius abſumtum iri. At ille ne rutabulum fruſtra ſtrinxiſſe videretur, continuo ad furnum advolat, illumque diligenter convertit, mox etiam ad Fratres reverſus, ambas palmas integras, perinde ac ſi frigida eaſdem abluiſſet, oſtendit. Quod ubi reſciit Abbas, vehementer offenſus, Monachum e familia dimittere ſtatuerat; ſed id quominus fieret, Simeon intereeſſit.

Cacodaemonis opera lumina perdit.

At longe graviore bello adpetitus a diabolo fuit, qui nihil non molitus eſt, ut Dei Famulum a ſtatu ſuo convelleret. Ex multis haec pauca accipito. Quum B. Simeon pro ſuo more ſtans orationi vacaret, ecce Sathanas atra tectus caligine in oculos orantis incurrit, impreſſione adeo violenta, ut pupillae, obtuſa penitus acie, obtorpuerint. Quum itaque Dei Famulum oculis captum Coenobiarcha doleret, ideoque identidem hortaretur, ut medentium operam morbo adhiberet, ille neutiquam dicto acquievit, ſed in vacuum quoddam ſepulcrum ſeſe demitti poſtulavit; atque ibidem poſteaquam dies triginta caecus exegiſſet, Divinitus praeſtitutum aegritudini tempus complevit, quadraginta ſcilicet dierum ſpatium. Quum ergo in ea ſpecu Simeon ageret, ſub noctis intempeſtae ſilentium Divina quadam luce coruſcare locus eſt viſus, qua hauſta, ſtatim ejuſdem oculi recreati ſunt; adeo ut acutiſſime cernerent, perinde ac ſi nulla ipſis aegritudo incidiſſet. Per hunc modum moleſtiſſimo morbo relevatus, ad uſitatum orandi ſtudium, & Monachorum labores ſe iterum retulit, Sociis

Sed exactis in ſpecu triginta diebus oculorum aciem divinitus recipit.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ciis ob rei novitatem magna admiratione ſuſpenſis ".

11 Antrum horrendū ingreſſus 40. dies ibidem manet, orationi intētus, daemonſique inſultus irridens.

Antrum erat prope Monaſterium Orientem verſus tenebricoſum & horrendum, cujus ingreſſum claro etiam die pertentare hactenus audebat nemo, mugiente nimirum ſub pedibus ſolo. At Simeon tam procul a communi metu fuit; ut ſub ipſius profundae noctis tenebras clanculum e Monaſterio digreſſus, ſpecum intraverit, ibidemque totum verni Jejunii tempus tranſegerit. Quam occaſionem nactus diabolus multiplici bello Dei Famulum vexavit. Aliquando enim infinitam multitudinem Viperarum, & Serpentum, ſibilos peſtilenteſque halitus mittentium, Tigridum ſimiliter, & Luporum, aliarumque id genus ferarum turmas egit. Sed ille inania iſthaec terriculamenta adeo non extimuit, ut nec eo mentem divertere, diſtrahique permiſerit: ita quaſi nihil rei ipſi cum illis eſſet, ore atque oculis in Caelum directis perſtitit, tamquam ſeceſſu animi facto a corpore. Mox ſigno Crucis pectus, & frontem communiit; ad cujus ſigni conſpectum tartareus ille exercitus, velut fumus reflantibus euris, repulſus, diſſipatuſque, videri deſiit, ſimulque ſuborta lux clariſſima totum antrum illuſtravit, lucique intermiſſa vox haec interfari viſa eſt: Hem tui te, Simeon, vexant Fratres, multiſque inſuper a diabolo adficeris incommodis: Tu vero caveto, ne inde animum deſpondeas, aut metu conſternaris; quia Dominus tuus haudquaquam te deſeret, uſque donec tuos tibi Fratres ſubjecerit, tuiſque pedibus diabolum ſubmiſerit.

Inde extractus, reducitur in Coenobium.

Jamque ea, quam dixi, abſtinentia totum quadraginta dierum jejunium Simeon peregerat, a Fratribus interim ubique perquiſitus, nec uſquam repertus; quum Coenobiarchae venit in mentem, num forte in vicino ſpecu Dei Fa-

Famulus deliteſceret. Adcitis itaque Monachis quibuſdam, juſſit eos locum quam primum adire, omneſque ejus latebras perſerutari: Hanc, ait, euram, velut a Deo vobis imperatam, capeſſite, o viſcera mea, & adcenſis funalibus, ſpeluneam iſtam intrate: puto enim beatum illum Simeonem eo ſeſe abdidiſſe, eumdemque in ſumma rerum anguſtia verſari; ne, ſi forte loci incommodis, aerumniſque confectus pereat, mortis ejus rei nos omnes merito poſtulemur. His dictis incitati Coenobitae caritate Domini, & Chriſtiano zelo ferventes, laternis & funalibus inſtructi, in ultimos ſpeluncae ſeceſſus ſummo eum labore penetratunt, ibidemque repertum Simeonem, indeque ſtatim ad Eccleſiam reductum Saero Pane refeeerunt [11].

12 Monachorū in eum ſimultates reſuſcitantur.

Hic B. Viri ad communes aedes reditus veterem adverſus eum Monachorum aſtum & ſimultates reſuſcitavit. Ruſus in ejus cauſſa Coenobiarcham Fratres interpellant, rogantque, ut palam edicat, num, Simeone retento, reliquos dimittere velit; an contra illo dimiſſo, ceteros retinere? In hujuſmodi conjectus anguſtias Abbas, quandoquidem & Simeonem obſervabat plurimum, & amabat impenſe, ſimulque Monaſterium, in quo centum viginti Coenobitas habebat, ſartum tectum tueri ſtatuerat, utrique parti ſe facturum ſatis putavit, hujuſmodi reſponſo: Ego vero Simeonem iterum pertentabo, & ſi quidem communibus legibus vivere adnuerit, ipſum retinendum dico; ſin contra recuſet, tunc veſtrum erit ejus negocium definire. Ut ergo datam Monachis fidem liberaret,

E Coenobio Teledae ejectus.

Simeonem adortus, pluribus eidem perſuadere contendit, ut Fratrum moribus, legibuſque ſeſe adcommodaret. Sed

13 quum poſt annum [12] tandem animadvertiſſet, vanam ſpem ſe fuiſſe ſequutum, videretque, nec Simeonem a propo-

[illegible]

poſito ſuo demotum iri, nec Monachos ſuſceptas cum illo ſimultates eſſe umquam depoſituros, adpetente jam quadraginta dierum jejunio, Simeonem officioſe ad ſe arceſſitum, in hunc modum adloquitur: Quantopere te amem, fili, quantumque proinde mihi moleſtum adcidat tua conſuetudine conſpectuque deſtitui, multis experimentis doctus ipſe intelligis. Attamen quoniam Fratres moribus tuis offenduntur, atque conſtitutas a Majoribus noſtris leges violare, aut iiſdem quidpiam detrahere, nefas eſſe exiſtimo; aequi bonique te conſulturum confido, ſi res tuas te habere jubeam, & locum tibi a Domino praeparatum petere. Quandoquidem illum ex intimo animi tui adfectu unice dilexiſti, ille idem ubique praeſens, & clementiſſimus Dominus votis adnuat tuis, teque Sodalibus olim praeeſſe jubeat. Tu vero domum iſtam, in qua eruditus fuiſti, augere & ornare aliquando memineris. Nec enim dubito, quin ipſe ſim quandoque auditurus, te ad eam honoris & dignitatis amplitudinem, authore Deo, perveniſſe, atque de laetiſſimo iſtiuſmodi nuncio ſummopere ſim gaviſurus. Porro haec ſanctum Coenobiarcham ex vero praedixiſſe exitus comprobavit. Nam ipſo adhuc ſuperſtite, ac praeſente, Simeon tantum cepit virtutis incrementum, atque in eam apud omnes homines exiſtimationem venit, ut diſſipata per omnes terras tanti Viri fama ipſam Imperatoris aulam pervaſerit. Quae omnia optimus Senex audivit, ſibique de Alumni ſui profectu mirifice eſt gratulatus, jamque finem vitae ſuae adventare praeſentiens, Coenobium B. Simeoni tradidit. Vir ſane fuit admirabilis, atque omnibus virtutibus ornatiſſimus, qui a teneris annis uſque ad ultimum ſenium Monaſterium incoluit, in quod puer quinquennis intraverat, obiitque novem & ſeptuaginta annos natus. Ea praefatus Simeoni, abitum jam paranti, quatuor de-

Abbatis de eo vaticinium.

denarios porrexit, & : Hanc, ait, tibi pecuniam habeto, ad victum, & veſtitum interim ſuffecturam, dum tibi homines fugere, ac latere lubet. Cui Simeon: Avertat, reſpondit, Deus a Simeone ſervo ſuo, ut pecuniam uſquam adtrectem. Tolle, quaeſo, iſta, mihi utique nihil profutura, atque pecuniae loco preces tuas, neceſſarium & adprime utilem mihi commeatum ſubrogato. Tum vero Abbas orans benedixit ei, & abeuntem paterno adfectu proſequutus eſt; ſicut Iſaac filium ſuum Jacob, illis verbis: Vade in pace, & Dominus ſit tecum.

Geneſ. 28.

In Monaſterium Maræ ſe recipit.

Per hunc modum ab Religioſorum familia dimiſſus Simeon abiit, Deum, quo duceret, ſequuturus. Quamobrem a Monaſterii veſtibulo paullulum digreſſus, converſo ad Orientem Solem ore, ſic orabat: Domine Deus fortis, ubicumque terrarum me tibi deſervire jubes, illuc, oro, me ſervum tuum deducere digneris. Mox praedicti Monaſterii fines praetergreſſus, Boream verſus iter adripuit: atque, velut Domino deducente, confinia caſtelli [14] Tel-Neſein intravit, ibique ad opacae arboris umbram divertit. Interea dum in ancipiti negocio itineris ſui exitum finemque a Domino explorat: ea cura uſque ad veſperam ipſum tenuit. Sic autem orabat: Domine Deus meus ſanctus & juſtus, ſi quidem jubes me in hoc loco ſtatum dierum Quadraginta jejunium abſolvere, facito, ut mihi fores Monaſterii, quodcumque primum occurrerit, pulſanti, hoc a Janitore reſponſum reddatur: Ingredere: omni ſepoſita de rebus meis inquiſitione. Haec precatus, Divinitus factum eſt, ut veniret ad Coenobium Marae filii Baratonis, praedicti Caſtelli indigenae & Principis, ibique occurrerent vir ſenex laicus, & puer ſeptennis, ceteris omnibus alio digreſſis. Dum itaque Simeon pulſat fores, adcurrit puer ille, apertoque oſtio, Simeonem ſalutat

[illegible]

[illegible]

tat humaniſſime, mox ſubdit: Ingredere Domine. Cui Simeon: Inconſulto, reſpondit, Coenobii Praefecto, id ego non faciam: quare illum ut prius adeas, oro, & veniam petas. Tum puer: Ne vivam, ſi facio, inquit, niſi tu antea intraveris. Continuo Simeonis dexteram adprehendens, eum introduxit. Ita demum Senex a puero monitus mox ſupervenit, magnaque cum amoris ſignificatione Simeonem, perinde ac hominem ſibi a multis annis familiarem atque amiciſſimum complectitur; Deo ſcilicet praeteritam perſequutionem Simeoni in melius vertente, eidemque ſeſe viae ducem praebente. Noctem quidem illam cum hoſpitibus traducit: at ubi illuxit dies, Senem adit, ſibique ſepoſitam cellam adtribui rogat, ut qui procul ab omni hominum congreſſu totum praeſentis Jejunii tempus ibidem tranſigere deſtinaret. Cui bonus Senex hilari vultu: Quin, inquit, ipſe tibi locum deligis? Quemcumque ergo elegeris, hunc ego neceſſaria ſupellectili inſtruendum ſine mora curabo. Continuo filium arceſſit, nomine Maram, jubet coenaculum adparare parvulum, pulchrum, & Simeonis voto, ut quammaxime adcommodatum.

Sibi ſepoſitam cellam adtribui rogat,

Accidit interea, ut ad illud Coenobium veniret Baſſus [15] Periodeutes, cujus memoria in benedictione eſt, vir eximius, & admodum ſpectatae pietatis ac virtutis, ut qui omnes ſubegiſſet animi perturbationes. Hic Edeſſae in Meſopotamia patre Senatore natus erat. Tantus ac talis vir ad B. Simeonis conloquium ultro admiſſus, poſtquam prolixe cum ipſo de religione atque Aſcetarum moribus diſſeruiſſet pro ſua pietate & ſapientia, eidem benedixit; precatuſque, ut res fauſte feliciterque eveniret, ipſo Simeone flagitante, cellae aditum obſtruxit, & calce linivit, poſteſque vectibus communivit, inlatis antea panibus ſex, & aquae vaſculo. Per eum modum ad dies quadraginta perducto jejunio, Baſ-

In qua jejunium 40. dierum ſine cibo potuque trãſigit.

15

A Baſſo Periodeuta Euchariſtiâ percipit.

Baſſus de B. Simeonis ſalute valde ſollicitus ad januam cellae venit, apertoque oſtio reperit integros panes, & vaſculum aqua plenum, Chriſtique Famulum flexis
16 genibus orantem [16]. Quae res & ipſum Baſſum, & ceteros, ad facti novitatem confluentes, in magnam admirationem rapuit, praeſertim poſteaquam Simeonem a Baſſo Sacro refectum Pane protinus vigere animadverterunt; adeo ut ſuis ipſe pedibus Sacerdotem domum abeuntem ſequeretur.

In ſepto incluſus Jejunium Quadrageſimale peragit.

17 Poſtridie Simeon ſolitudinem cogitans, rogantibus Fratribus adnuit, ut ſibi in vicino monte Septum [17] conſtruerent. Locum rogatus conceſſit Daniel Presbyter, aediculamque in ſuo Caſtro, Tel-Neſcin dicto, adtribuit. Quo in loco dum Chriſti Famulus verſaretur, ineunte vertentis anni ſolemni Quadraginta dierum jejunio Baſſus illum rurſum inviſit, Septique oſtium de more occluſit, & calce linivit. Finito jejunio ad eum rediturus, Presbyteros ſibi ſubditos, & quoſdam Periodeutas collegas ſuos invitavit, ut ſecum eo adcederent, rei exitum ſapienter proſpiciens. Reſerato itaque oſtio, Septum omnes ingreſſi, poſtquam Simeoni Oblationem porrexiſſent . . . . . *Deſunt nonnulla.*

Oleü benedictione auget.

Ingens interea miraculum ibidem oſtendit Deus. Maras quidam ex primoribus caſtri Tel-Neſcin beato Baſſo, ejuſque ſociis praeſentibus, ac circumſpectante magna hominum frequentia, urceum olei plenum S. Simeoni obtulit, atque, ut ſibi bene precaretur, rogavit. Cui Simeon: Dominus, inquit, benedicat tibi. Extemplo oleum, ceu ſuppoſito igne calefactum efferbuit, atque e vaſe exundans, perpetuo velut imbre ſubjectam humum contexit, ea miraculi perennitate; ut vaſa haurientibus deficerent, & urceus perinde plenus remaneret. Porro ad annos complures continuata eſt eadem liquoris adfluentia in aedibus boni illius viri, qui urceum a B. Si-

[illegible]

B. Simeone ſibi redditum, quaſi rem ſacram habuit. Aegris praeterea oleum illud adhibitum, plurimos ſanavit. Hoc Miraculorum, a S. Simeone palam & manifeſte patratorum, primum fuiſſe comperimus, ex quo ille relicto Coenobio in ſolitudinem ſeceſſit. *Quod aegris adhibitũ, plurimos ſanavit.*

Et haec quidem publice fiebant; quae autem cum inimico omnium Bonorum occulte gerebantur, ſtatim expediam. Fuit aliquando, ut infeſtiſſimus generis noſtri hoſtis immanem colubrum adverſus B. Simeonem ſtantem, atque Orationi vacantem immitteret, qui peſtifero adflatu, horrendiſque ſibilis Dei Famulum fruſtra metu tentare connifus, informe corpus in orbem conglomerans, medium ſpatium inter utrumque ſtantis Simeonis pedem occupat, mox alterum pedem invadit, atque funis in modum ingentibus ſpiris ad genu uſque complexus, ſubindeque conſtringens, Chriſti ſervum terrere, & ab Oratione avertere conabatur: ſed inutili plane labore; Nec enim ille ad monſtri adſpectum, contractumque ullatenus trepidavit, nec inchoatas preces aliquando interrupit: quibus abſolutis, anguis ſpiras, queis B. Viri crura conſtrinxerat, ſponte explicuit, ad nota cubilia rediturus; vixque loco exceſſerat, quum Divina vi ictus a ſummo ad imum medius diſruptus eſt. *Immanis coluber Simeonem metu tẽtare connifus.* *A ſummo ad imum medius diſrumpitur.*

Non abſimili monſtro iterum tentatus fuit. Decem enim poſt dies illi oranti ſub noctis ſilentium Draconis ſpecies objecta eſt. Bellua erat ingens, longa, & maculis interſtincta. Prorepens identidem humum intorta cauda diverberabat, ſimulque peſtilenti ſpiritu circum aërem perflans ſibilanſque, horrendum quoddam inſonabat; ut locus inde contremiſcere, atque ſubſilire pavimentum videretur. Scintillabant oculi, rictuque dehiſcente, velut aeſtuante ac patente camino flammae erumpebant, naribus perinde fumum in atras ac denſas nubes glomerantibus. At inclytus Si- *Draconem fugat.*

Digitized by Google

meon ea ſpecie adeo deterritus non eſt, ut ſublatis e veſtigio oculis, manibuſque in Caelum protenſis Divinam precatus opem, in belluam inſurgeret, ſtatuque oris ſui eandem impetens, his verbis objurgaret: Increpet te Dominus Noſter Jeſus Chriſtus. Extemplo monſtrum illud terribile exceſſit, & diſparuit. Quamobrem merito beatus Baſſus, poſtquam S. Simeonem inviſerat, in Eccleſia, frequentiſſimo populo audiente, velut futura vaticinans, multa Miracula per B. Simeonem a Deo editum iri, adfirmavit, quibus utrum paria ab Apoſtolis, & Prophetis patrata fuiſſent, jure eſſemus dubitaturi. Quid, quod Reges etiam complures & Principes illum ſalutatum venturos, atque in genua provolutos, eum oraturos, ut ſibi benediceret. Vatem vera loquutum fuiſſe, eventus probavit.

Baſſi de B. Simeonis celebritate vaticinium.

Beth-Laha caſtellum eſt, a Tel-Neſcin paſſuum circiter ter mille diſtans: ejus loci Dominus habebat filiam, quae paralyſi ab ipſis fere incunabulis correpta fuerat, ac torpentibus diuturno languore membris pene obriguerat: ita per annos duodeviginti in lectulo immobilis decubuerat. Aegram itaque famulorum humeris geſtatam, & ad Simeonis Septum delatam, pater foris Boream verſus deponi juſſit, dum ipſe Septum ingreſſus, Chriſti Famulum exoraret. At ille hominem comiter adpellans: Perge, inquit, & in nomine J. C. pugillum iſto pulvere plenum ad puellam deferto, eodemque aegram perfricato. Deerat nimirum oleum, nec erat apud vicinos Cauponas invenire poſt annum, & duos menſes. Paruit ille, & puella ad pulveris contactum Divina Chriſti ope repente convaluit, atque e ſella exſiliens, multa hominum frequentia prodigium ſpectante, Deique potentiam demirante, adſurrexit adeo firma valetudine; ut montis, cui praedictum Caſtellum inſidet, arduum clivum pedibus ſuis conſcendere, atque ſuperare potuerit. Huic Vir-

Puella ab incunabulis paralyſi laborantem ſanat.

ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܫܠܡܬ ܙܒܢܗ ܗܘ
ܓܒܪܐ ܕܡܟܐ ܕܒܥܠܬܗ ܥܒܕ ܠܗ
ܐܒܘܗ ܕܝܪܐ ܘܒܗ ܒܟܠܗ ܚܝܘܗ̇ ܟܠ
ܝܘܡܝ ܚܝܝܗ̇ : ܗܕܐ ܕܫܡܫܬ
ܐܬܐܣܝܬ ܩܕܡܝܐ ܕܡܫܬܟܚܐ ܗܘܬ :
ܘܐܬܬܢܝ ܐܒܘܗ̇ ܠܘܬܗ ܕܩܕܝܫܐ
ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܝ ܚܝܘܗܝ .

ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܕܐ ܐܬܩܪܒܘ ܠܘܬܗ ܬܪܝܢ
ܛܠܝܐ ܕܡܫܪܝܢ ܕܐܚܝܢܝܗܘܢ ܗܘܘ
ܒܢܝ ܚܬܢܝܐ ܐܢܫܝܢ ܡܢ ܒܩܥܬܐ
ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ : ܚܕ ܕܝܢ ܡܢ ܟܪܣܐ
ܐܬܝܠܕ . ܘܚܕ ܡܢ ܒܬܪ ܫܬܐ
ܝܪܚܝܢ ܕܐܬܝܠܕ : ܡܢ ܒܝܫܘܬܗ
ܕܫܐܕܐ ܡܫܪܝܢ . ܘܐܝܟ ܡܢ
ܠܫܠܝܛܝܢ ܐܬܩܪܝܬܐ ܢܘܟܪܝܐ
ܒܩܪܝܬܗܘܢ ܡܢ ܬܠ ܢܫܝܢ ܘܐܡܪ
ܠܐܢܫܘܗܝ ܟܠܗ̇ ܕܬܕܡܘܪܬܐ : ܠܐ ܓܝܪ
ܥܕܟܝܠ ܢܦܩ ܗܘܐ ܫܡܥܗ : ܘܟܕ
ܐܡܛܠ ܐܢܘܢ ܐܝܟ ܥܒܕܐ ܐܢܘܢ ܩܕܡܘܗܝ
ܘܣܡܘ ܐܢܘܢ ܘܚܫ ܠܗ ܫܘܚܠܦ
ܚܝܠܗܘܢ : ܡܬܟܪܝܢܐ ܗܘܐ
ܫܦܝܪܐ : ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܝܢ ܒܗܘ
ܐܘܠܨܢܐ ܫܒܥ ܫܢܝܢ : ܘܟܕ ܫܠܡ
ܨܠܘܬܐ ܩܪܐ ܠܩܪܝܒܝ ܕܐܘܠܨܢܗ ܐܢܘܢ
ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ : ܫܩܘܠܘ ܠܟܘܢ ܡܢ
ܗܘ ܥܦܪܐ ܒܫܡܗ ܕܡܫܝܚܐ
ܘܡܫܚܘ ܕܫܦܝܪ ܠܗܘܢ ܫܪܪܘܗ
ܘܫܦܝܪܐ ܐܝܟܢ ܗܘܘ ܘܐܬܐ ܩܘܡܬܐ
ܕܝܠܗܘܢ ܘܐܙܠܘ ܠܒܝܬܗܘܢ
ܟܕ ܠܐ ܣܢܝܩܝܢ ܘܡܫܒܚܝܢ
ܠܐܠܗܐ .

ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܐܬܐ ܠܘܬܗ
ܪܘܡܝܐ ܚܕ ܕܫܒܩ ܗܘܐ ܠܗ
ܫܘܟܪܐ ܒܝܫܐ ܘܟܕ ܐܙܠ ܗܘܐ
ܠܟܪܡܐ ܚܕܐ ܒܬܘܠܬܐ ܫܚܦܬܗ
ܘܠܒܟܪܗ ܒܫܘܠܛܢܐ ܘܡܢ ܪܟܫܗ :
ܘܡܚܕܐ ܡܢ ܣܘܣܝܐ ܢܦܠ ܒܫܠܝܐ
ܘܐܫܬܒܩ ܡܢ ܫܘܫܘܢܗ
ܘܗܘܐ ܐܝܟ ܩܝܣܐ ܝܒܝܫܐ :
ܘܠܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܕܢܬܒܥ ܐܢܫܐ
ܕܢܬܠ

Virgini poſtea pater Monaſterium conſtruxit, ubi in reliquum vitae ſuae tempus ſeſe, ſuaſque res, rationeſque Deo conſecravit. Haec autem puella omnium, qui in eo loco ex variis morbis relevati ſunt, prima fuit. Ejus Pater apud S. Simeonem deinceps ad mortem uſque commoratus eſt.

Poſtea B. Simeoni oblati fuere Paralytici alii duo, pueri erant conſobrini ex valle Antiochena oriundi: & alter quidem cum ea aegritudine natus fuerat; alter vero mali Daemonis opera eandem contraxerat ſexto a nativitate menſe. Commodum interea adcidit, ut per illorum caſtellum forte praeteriens advena quidam ex pago Tel-Neſcin, ipſorum conſanguineus, de S. Simeone multa in rem praeſentem narraret: necdum enim ejus Miraculorum fama ad ipſos aliunde manaverat. Ambos itaque adoleſcentes ad ſervi Dei Septum cognati delatos ad ejuſdem pedes depoſuerunt. Miſerorum ille calamitatem contemplatus, vehementer indoluit; erant enim ambo eleganti forma, eoque morbo ſeptem jam integros annos conflictabantur. Quamobrem abſoluta oratione, puerorum cognatos adpellat, &: Agitedum, ait, utrumque iſto pulvere inſpergite in nomine Chriſti. Quo peracto, confeſtim puetis ſalus reddita eſt, artubus firmiſſime conſolidatis; ut non modo ad S. Simeonem ſuis pedibus adcederent, ſed domum redeuntes, nullius ope indigerent. Quo beneficio adfecti, maximas, quas potuerunt, gratias Soſpitatori Deo egerunt.

Duobus Paralyticis incolumitatem reſtituit.

Huic adtexere placet aliud non abſimile Miraculum. Juvenis Romanus raptam Virginem conſtupraverat: continuo ictus a cacodaemone, & ex equo dejectus, motum omnem corporis amiſerat, & in trunci modum exaruerat; adeo ut nec verba formare, aut quovis ſe vertere valeret. Mente praeterea, atque ratione eo uſque fuerat deſtitutus; ut nec notos

Juvenem Romanum mêtis & motus impotem curat.

 ſibi

ſibi agnoſceret. Pii quidam homines adoleſcentis infortunio commoti, ipſum ad B. Simeonem pertulere. Solidum diem humi proſtratus, ibidem exſpectare eſt juſſus, dum S. Simeon conſuetum precum ſuarum penſum abſolveret. Tum demum Chriſti Famulus aegri juvenis ſociis praecepit, ut collecto ex eodem loco pulvere ipſum inſpergerent, mox etiam aqua eluerent. Quod quum illi dicto citius praeſtitiſſent, ſimul aegrotus ſui compos, ac mente ſanus effectus eſt, humoque adſurgens ſedit, & loquutus eſt. Tunc Simeon ipſum blande compellans: At tu, inquit, te poſthac iſtiuſmodi flagitia nunquam perpetraturum mihi pollicearis. Tum ſubdit: Surge in nomine Domini. E veſtigio Juvenis priſtinum robur, animique facultates integras recuperavit, redditamque ſibi ampliſſimo Dei beneficio valetudinem eſt gratulatus.

Juvenē a daemone ſuccubo conflictatum liberat.

Hunc Juvenem alius poſtea ſequutus eſt, qui a Daemone ſuccubo conflictabatur: obſcenus videlicet Spiritus ementita mulieris forma cubantem adoriebatur, multiſque miſerum hactenus malis adflixerat. Iſtum aliquando conſpicatus B. Simeon adpellat, &: Age, inquit, bone Juvenis, corpus hoc noſtro pulvere ſuffricato in nomine D. N. J. C. eodemque Crucis figuram deſcribens, aedes tuas obſignaro. Quod ſimul ac effeceris, infeſtum iſtum turpemque hoſpitem procul a domo tua tute abiges. Veram Simeonis praedictionem eventus comprobavit. Enimvero Juvenis ille quoad vixit, ab improbo Daemone nunquam eſt infeſtatus.

Miracula iſtis ſimilia, ſed & majora Dominus per B. Simeonem patravit. Nam aliquandiu poſt adfuit Presbyter quidam ex locis Septentrionalibus, difficili admodum ſaevoque morbo vexatus. Quum enim forte in Eccleſia ſedens, Codicem legeret, repente a malo Spiritu, ſub nebulae ſpecie latente, impa-

Presbyterum Paralyticum ſanat.

[illegible]

impacta alapa humi adflictus eſt, perinde atque oculis captus, & linguae, ceterorumque membrorum uſum motumque omnem amiſit. In hoc porro miſerrimo ſtatu repertum domeſtici ab Eccleſia in proximas aedes extulerunt; ibique in ſuo lectulo depoſitus, ad horas novem impos fui, & immobilis permanſit: nec poſtea abſque famuli ope ſitum corporis mutare valuit. Mox pervulgata B. Simeonis fama, in ſpem recuperandae ſalutis erectus, ut ad ipſum quamprimum deportaretur, oravit. Quum ergo ad Scihum (caſtelli id nomen eſt, a Tel-Neſcin paſſuum ter mille) qui eum deferebant, perveniſſent, ibidem pernoctare conſtituerunt, ut nimirum modica quiete refecti, poſtero die ad Sancti Viri Septum aſcenderent. At bonus Deus contuens fidem & laborem piorum hominum, qui operam ſuam in hoc negocio poſuerant, atque ipſius aegroti diuturnam adflictionem, & moleſtiam commiſeratus, eundem manifeſto miraculo ſanavit. Nam quum B. Simeon oraret, Divino plane inſtinctu intellexit praedicti Presbyteri aegritudinem, quave ex cauſſa eidem immiſſa fuiſſet. Arceſſitum itaque quemdam ex multis, qui ipſi ad ejuſmodi miniſteria aderant, juſſit aquae vaſculum ſumere, & Scihum protinus deſcendere. In iſto pago, ſubdit, Presbyterum paralyticum invenies in lectulo decumbentem intra Eccleſiae atrium; hunc tu poſteaquam aqua aſperſeris, his verbis adloquere: Haec tibi Simeon peccator edicenda mandat: In nomine J. C. lectulum in Eccleſia deponito; tu vero ex hoc morbo adſurge, tuiſque pedibus reliquum viae conficito, tantum hucuſque laborem alienis humeris praebuiſſe contentus: hactenus videlicet homines te bajularunt, in poſterum gratia Domini tui tibi vires ſufficiet, ut aliena ope nequaquam indigeas. Continuo famulus ad pagum advolat, reperitque Presbyterum in Eccleſia, prout Simeon docuerat,

rat, in lectulo jacentem, & ex ſaeviſſima illa vexatione adeo proſtratum, ut de vita prorſus ageret. Interea incolae comperto famuli adventu convenere frequentiſſimi, ipſiſque praeſentibus atque teſtibus, aegrotum aqua aſperſit, mox Magiſtri mandatum expoſuit in haec verba: Dominus meus Simeon mandat tibi, ut in nomine Chriſti ſurgas, & relicto lectulo, pedibus tuis ad ipſum pergas. Confeſtim Paralyticus aqua, Servi Dei ore benedicta, aſperſus, morbo relevatus eſt, mentiſque atque oculorum lumen recuperavit, redintegratiſque viribus, e lectulo ſuo ſanus vegetuſque exſilivit, & Eccleſiam ingreſſus, de reſtituta ſalute Deo, & S. Simeoni gratias egit; mox etiam ſuis ipſe pedibus clivum aſcendit, incolarum turba deducente, quum nec factum mirari, nec Dei potentiam laudare ſatis ſe poſſe adfirmarent: quandoquidem illum ipſum, quem paullo ante in lectulo jacentem tamquam truncum conſpexerant, nunc ad contactum aquae benedictae quovis morbo levatum intuebantur, ſimulque e ſtrato ſuo exſiliiſſe, perinde ac ſi in nullam uſquam aegritudinem incidiſſet, aut minimum valetudinis detrimentum paſſus fuiſſet. Quum autem per hunc modum ad cacumen montis evaſiſſet, B. Simeonis ſeptum ingreſſus, humi ſeſe abjecit, Deique Servum veneratus eſt. Cui ille: Surge, inquit, jamque omnem metum ſecurus ponito. Nam etſi Diabolo hactenus licuit tibi eas, quas expertus fuiſti, moleſtias per ſervos & emiſſarios ſuos inferre, majorem tamen Deus tui miſertus tibi rependet gratiam. Quae autem obvenere tibi, mala in authorum capita recidiſſe, poſteaquam hinc diſceſſeris, ſtatim comperies: propterea que ſupplices ad te miſeri adcedent, injuriam deprecaturi. Tu vero inimicos tuos ea miſericordia complecti memineris, qua te ipſum Deus complexus eſt. Modicum itaque pulveris, & aquae hinc capito, eaque

[illegible]

ܕܢܣܒܘܢ ܠܗܘܢ ܐܠܐ ܐܢܫ ܓܝܪ ܐܠܗܐ
ܠܐ ܐܝܬ ܥܒܕܘܢ ܡܕܡ ܕܠܐ ܕܢܬܠܝܗ
ܗܘ : ܘܟܕ ܐܝܟ ܗܠܝܢ ܣܒܐ ܘܩܪܒܐ
ܘܚܘܝ ܠܗܘܢ : ܘܢܟܝܒ ܟܠܗܘܢ
ܠܐܠܗܐ ܩܕܡܝܐ : ܐܙܠ ܕܝܢ ܗܘ ܗܘ
ܩܫܝܫܐ ܒܗ ܚܒܪܐ ܘܡܢܗܘܢ ܘܡܢܟܝܢ
ܠܐܠܗܐ : ܗܘ ܡܢܝ ܠܡܫܝܚܐ : ܐܢܫܝܢ
ܐܢܘܢ ܕܝܢ ܠܗܠܝܢ ܕܒܠܒܒܗܘܢ ܒܡܥܒܕܢܐ
ܡܬܚܙܝܢ ܡܚܙܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܗ
ܗܘ ܩܕܝܫܐ : ܡܟܕ ܐܬܚܙܝ ܠܟܠܗܘܢ
ܩܕܡ ܡܢ ܠܗܘܢ ܣܒܐ ܡܠܝܐ ܡܢ
ܘܐܬܟܢܫܘ ܘܩܡܘ ܐܦ ܐܢܘܢ ܠܘܬܗ
ܕܩܕܝܫܐ ܘܩܕܡܝܐ ܘܟܠܗܘܢ ܫܡܥܘ
ܐܘܕܝܘ ܡܫܠܡܢܘܬܗܘܢ ܘܡܛܠ ܐܢܘܢ ܘܦܩܕ
ܐܢܘܢ ܘܐܙܠܘ ܠܐ ܗܘܘ ܥܡ ܣܘܥܪܢܐ
ܘܡܢ ܘܥܒܕܝܢ ܠܐܠܗܐ.

ܒܗܘ ܕܝܢ ܒܙܒܢܐ ܩܪܝܒ ܐܬܐ
ܠܗܝܟܠܗ ܕܝܠܗ ܕܩܕ̈ܝ ܡܫܟܢܐ ܚܕ
ܡܣܟܢܐ ܡܢ ܕܒܬܚܝܐ ܚܕ ܓܒܪܐ
ܘܡܣܟܢܐ ܘܡܬܒܥܐ ܢܦܫܗ ܡܕܡ ܩܠܝܠ
ܢܦܫܗ ܡܢ ܡܣܟܢܘܬܗ ܕܢܬܚܙܐ ܒܗ ܓܒܪܐ
ܘܐܡܪ : ܡܪܝ ܚܩܠܐ ܐܢܐ ܡܢ ܩܠܝܠ ܐܚܕܬ
ܫܢܬ ܘܙܪܥܬ ܡܩܬܐ ܕܐܬܦܪܢܣ
ܘܐܢܐ ܡܢܗ ܐܢܐ ܘܒܢܝ ܘܐܡܗܘܢ
ܕܐܝܬ ܠܝ : ܘܟܕ ܕܝܢ ܢܦܩ ܐܢܐ ܐܢܫ
ܘܚܙܝܬ ܟܠܗ ܫܢܬ ܟܠܠܝܐ ܘܠܐ ܝܕܥ
ܒܗ ܠܐ ܢܩܝܦ ܠܩܛܝܢ ܐܘ ܗܘܢܝ
ܕܒܠܠܝܐ : ܐܝܟ ܕܝܢ ܡܢ ܗܠܝܢ
ܥܣܪܐ ܕܡܩܬܐ ܘܕܦܫܐ ܘܐܒܕ ܥܒܪ
ܡܕܡ ܕܢܬܠܝ : ܗܘ ܕܝܢ ܡܢ ܟܕ
ܠܡܫܝܚܐ ܐܡܪ ܠܗ ܠܗܘ ܡܣܟܢܐ : ܩܘܡ
ܐܝܟ ܠܐ ܬܬܥܝܩ. ܚܫܐ ܓܝܪ ܕܚܙܝܬ ܡܢܗ
ܠܝ ܡܢ ܗܕܐ ܓܕܫܐ : ܠܐ ܐܝܬ ܗܘܐ
ܐܝܟ ܚܕ ܡܢ ܕܒܬܪ ܗܕܐ ܕܠܐ ܝܕܥܬ
ܒܥܕܢܐ ܕܠܠܝܐ ܘܥܒܕ ܡܣܟܢܐ ܟܠ
ܚܫܒܐ ܘܐܝܟ ܠܐ ܗܕܐ ܟܠܠܝܐ
ܥܦܪܐ ܐܢܐ ܠܗ ܕܒܬܠܬܐ ܥܒܘܪܐ
ܐܘ ܥܒܕ ܐܝܟ ܕܡܢ ܡܢܬܐ ܡܢܟܘܢ
ܠܗܘܢ ܘܡܠܟܐ ܠܩܢܝ ܚܩܠ
ܡܢ ܕܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܢܦܫ ܢܦܫ
ܐܝܟ

eaque ſingulis adhibeto; aderit nimirum bonus Deus, aegris medelam, opemque conlaturus. His dictis, atque factis Sacerdos mirum in modum recreatus, actis primum Deo gratiis, una cum ſociis diſceſſit. Ecce autem occurrunt nefarii homines, quos B. Simeon deſignarat. Illos porro quum pius Sacerdos atrociſſime conflictari videret, aqua primum, mox etiam pulvere aſperſit, ac ſimul utrorumque preces ratas habens Deus, aegrotos ſanavit, qui beneficium ejuſmodi B. Simeoni acceptum referentes, ad ejuſdem ſeptum omnes convenere, ibique cunctis audientibus nequitiam ſuam palam deteſtati ſunt, eoſque Chriſti Famulus ſalutaribus monitis primum inſtructos, atque ejuſmodi flagitia in poſterum cavete juſſos, dimiſit.

Viro egēti ex tribus peponū cauliculis tres menſuras impetrat,

Sub idem fere tempus venit ad B. Simeonis Septum ex Halepinis vir egentiſſimus, in Summa rei domeſticae difficultate aliquod levamentum petiturus, & quantum ex vultu conjectare erat, ob praeteritum infortunium animo vehementer perturbatus. Continuo ad S. Viri pedes ſe abjecit, obortiſque lacrymis ſui doloris cauſſam his verbis expoſuit: Agellum dudum conduxeram, ſeveramque in eo pepones: ſic nempe mihi victum parabam, atque filiis orbis; mater enim pridem objerat. Jamque creſcentes plantae areolas impleverant, quum neſcio quis, homo utique quiſquis ille fuerit, nequiſſimus, hortum ſub noctis tenebras ingreſſus, plantas avulſit omnes praeter decem, iſtas pedibus protriviſſe, atque diſſipaſſe contentus. Haec praefatus, peponum, atque cucurbitarum cauliculos profert, & in medium projicit. Tum Simeon: Surgedum, bone vir, inquit, ſatis uſque infortunio tuo doluiſti; ſed & ego ex iſto ſucceſſu neſcio quid nefaſtum ſubodoratus ſum. Nunc vero pulvetis pugillum hinc accipito, atque ubi agellum intraveris, ducto in Crucis figuram pulvere, ter humum

mum inſpergito in nomine D. N. J. C. Equidem Domini bonitate fretus, confido fore ut, quando tres ſolummodo plantae tibi ſuperſint ex iſtis, Deus Optimus tibi menſuras largiatur tres; totidem enim ex iſta cultura tibi proventuras ſperaſti: quod quum ipſe oculis tuis conſpexeris, Domino gratias habere memineris. Ejuſmodi autem ſceleris authores, quicumque fuerint, vindici Deo celeres, & graves poenas dabunt; imprudentiſſime enim te in hanc egeſtatem redegerunt, Dei patientia abuſi. Ex illis, ſat ſcio, tres ſunt improbi, atque ad omne facinus audaciſſimi, multiſque criminibus infames, & publicae quietis perturbatores, qui magnis etiam flagitiis ſacras Aedes, & Monaſteria violarunt. Atqui ſceleſtiſſima capita Dei vindicta quantocius adſequetur, & ſingulorum ſcelera, etſi non uno, eodemque ſupplicio vindicabit, quod neutiquam evadere queant. Tertio ab hac praedictione die Divini Judicii ſententia ſceleſtos illos ſtupendum in modum involvit, eorumque nefariam conſpirationem diſſipavit, vires adeidit, cervices perfregit duriſſimas, & ſuo quemque peculiari morbo adflixit. Alter enim Elephantiaea lue correptus, dehiſcentibus in fruſta marcidis carnibus, graviſſimique odoris nimbos exhalantibus, poſtremo totus contabuit. Alter vero inflati utris in modum repente totus intumuit, adeo ut praeter acerrimum dolorem, ne tantiſper quidem incedere valeret: quamobrem quidam hominis ſortem miſerati, illum deportare ad B. Simeonem condixere. At vero quum infelix oppidi fines, genibus manibuſque raptando, vixdum pertranſiſſet: nec enim ipſum jumento vehi, morbus patiebatur: adcidit, ut dum quadrupedis adinſtar, eo, quo dixi, labore per montis devexa enititur, neſcio quid offenderet, unde miſerabili ruina in terram adflictus, horribilem in modum diruptus eſt, violentiſſimaque conli-

Divinā ultionem in latrones praedicit.

liſione viſceribus ſuo loco divulſis, atque defluentibus, ſtatim exanimatus concidit. Cadaver Socii caſus atrocitate attoniti humarunt. Tertius diabolum carnificem habuit, a quo miſere tortus, atque demum in furorem actus eſt; ut doloris impatiens, brachia ſua identidem dentibus morſuque adpeteret, linguam commanducaret, veſteſque diſcerperet. Hunc tandem, manicis atque compedibus conſtrictum, pii quidam viri ad B. Simeonem perduxerunt. Quumque in eo miſerabili ſtatu hominem diu jacuiſſe narrarent, finemque tantis malis imponi rogarent, vix tandem illi perſuaſerunt, ut aegroto benediceret, qui morbo tantiſper relevatus, ſuique compos effectus, ſua, ſuorumque Sodalium ſcelera palam confeſſus eſt. Tum Simeon ſubdidit: Hiſce nimirum flagitiis meritas poenas rependit Deus; ut miſericordia vos penitus indignos fuiſſe, ipſum ſupplicium teſtaretur.

Ceterum de Viſionibus, ac Revelationibus, quibus Deus per Spiritum Sanctum B. Simeonis mentem illuſtravit, vix, ac ne vix quidem aliquid narrare, aut dicere poſſumus. Nam & ipſe Dei Famulus etiam atque etiam cavebat, ne in vulgus iſta manarent; ſcilicet ne quis ea forte ab ipſo jactari, ad captandum populi plauſum, ſuſpicaretur, & ex hac temeraria ſuſpicione Spirituale damnum incurreret; aut contra perſuaſus, ea quae dicebantur, vera eſſe, illum ſupra id, quod in eo videbat, exiſtimaret. Quocirca ejuſmodi arcanorum notitiam externis negare ſatius credidit, Familiaribus etiam quam parciſſime communicare; ita tamen, ut ſimul ab ipſis ſilentii fidem expoſceret. Verebatur nimirum, ne ſi ante obitum ſuum iſta in vulgus diſſeminarentur, plerique eadem a domeſticis ſupra fidem exaggerari putarent. At nec omnibus quidem Familiaribus adminiſtris, atque diſciplinae ſuae Alumnis ſine delectu ſecreta hujuſmodi committebat;

Cavet, ne Revelationes, & Viſiones ſibi Divinitus objectae, in vulgus manent.

2. Cor. 12. 6.

bat; ſed iis tantummodo, quos prae ceteris diligebat, & quorum fidem ſatis exploratam habebat.

Viſione Cæleſti munus ſuū edocetur.

Inter cetera hujus generis complurima, objecta illi aliquando fuit ſpecies trium Virorum, quorum alter videbatur ſumma cujuſdam ſcalae tenere: erat autem eadem admirandae celſitudinis, adeo ut Caelum contingeret: alter ad ſcalae medium pervenerat, tertius adhuc circa ima haerebat. Adparet mox in auguſtiſſimo throno conſpicuus Deus, Caeleſtium Mentium choris ſtipatus. Tum vox ignota inſonuit, virum ſcalae medium tenentem de nomine compellans, his verbis: Agedum, & ad fratrem tuum conſcendito. Qua voce ille mire controboratus, ad ſcalae faſtigium enitebatur; donec per ardua fortiter eluctatus, ad eum pervenit, qui ſumma tenere videbatur. Poſt iterum eadem vox haec verba profari audita eſt: Hic eſt Moſes magnus Propheta, & ob Legem Divinitus in monte Sina acceptam, & ob inſignia miracula clariſſimus, Deoque carus, ac per totum terrarum orbem celebratiſſimus; cui proinde parem Ebraeorum natio neminem habuit. Similiter tu quoque gloria, atque rerum geſtarum fama univerſos ſeculi tui mortales ſuperabis: dummodo quae tui muneris ſunt integre, ſancteque perfeceris. Sed & quemadmodum favi ſervo meo Moſi, ſic tibi propitius adero, preceſque tuas ratas efficiam. Haec fatus, tres claves Simeoni tradere viſus eſt; mox eidem interroganti, quaenam tertio illi circa ima ſcalae adhuc haerenti obventura forent, reſpondit: Illum vero jube tibi ſuccedere, atque in locum tuum aſcendere. Paruit Simeon, & ille tertio vocatus, ad medium ſcalae conſcendit.

Ejuſmodi porro Viſionem altera mox ſubſequuta eſt, admirabilis perinde, atque terribilis, quam quum Simeon vidiſſet: vidit autem ſub meridiem ipſo orationis tempore: adeo expavit, atque

ܕܓܠܝܢܘܬܐ ܘܐܬܕܠܚ ܕܒܕܚܠܬܐ
ܘܒܡܦܘܪܗ ܕܓܘܠܬܐ ܢܟܣܐ
ܕܓܠ̈ܓܠܘܗܝ ܢܘܪܐ : ܘܐܝܟ ܕܪܟܒܐ ܐܝܬ ܗܘܐ
ܕܢܗܪ ܒܠܝܠܝܐ ܘܐܦ ܒܪ̈ܩܐ ܡܬܦܣܩܝܢ
ܕܒܠܗ ܕܢܦܩܝܢ ܡܢܗ ܫܡܥܘܢ ܟܕ ܗܘ
ܟܕ ܡܬܚܙܝܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ ܠܐ ܬܕܚܠ
ܘܠܐ ܬܬܪܗܒ ܐܠܐ ܐܬܚܝܠ ܘܐܬܥܫܢ
ܘܐܬܓܪܓ ܘܐܬܠܒܒ ܘܗܘܝ ܥܒܘܕܐ
ܠܚܝܠ ܦܘܩܕܢܐ ܠܐ ܬܕܚܠ ܠܐ ܬܬܪܗܒ
ܡܢ ܩܕܡ ܒܢܝܢܫܐ ܐܝܟ ܕܟܠ
ܡܣܬܒܪܐ ܡܢ ܐܢܫܐ ܘܐܦܢ
ܠܐܘܠܨܢܐ ܘܠܒܘܫܐ ܕܥܡܗܘܢ
ܡܢ ܐܘܠܨܢܗܘܢ : ܗܐ ܐܢܐ
ܡܦܩܕ ܠܟ ܕܬܬܒܥܘܢ : ܘܬܬܒܥ
ܕܝܢܐ ܕܡܣܟܢܐ ܐܝܟ ܫܦܝܪ ܐܢܬ
ܕܐܬܛܠܡܘ ܒܫܘܚܕܐ ܕܥܫܝ̈ܢܐ : ܘܬܠܒܒ
ܘܬܬܥܫܢ ܕܬܬܟܫܦ ܐܝܟ ܕܡܢ ܚܝܠܐ
ܥܠܝܗܘܢ ܐܦܠܐ ܡܢ ܗܫܐ ܘܠܗܠ ܥܠܝܐ :
ܐܦ ܐܦ ܠܘܩܒܠ ܥܬܝܪ̈ܐ ܕܡܫܬܥܠܝܢ
ܘܠܥܘܫܩܐ ܕܡܫܬܥܠܝܢ ܒܓܐܘܬܐ
ܠܛܠܡܐ ܢܬܦܫ ܐܝܟ ܘܠܡܬܒܥܢܘ ܒܟܠ
ܕܚܠܬܐ : ܡܢ ܐܡܪ ܡܠܟܐ ܕܠܐ ܡܬܬܙܝܥ
ܘܐܬܓܠܝ ܗܘ ܡܢܗ ܐܠܗܐ ܒܟܠ
ܡܕܒܪܢܘܬܐ : ܗܘ ܕܝܢ ܫܡܥ ܘܫܡܥܗ
ܕܐܠܗܐ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܠܟ ܦܬܓܡܐ
ܗܘܐ ܒܗ ܚܝܠܐ ܩܕܡ ܒܗ ܒܪܘܟܐ
ܘܦܬܓܡܐ ܕܐܠܗܐ ܐܝܟ ܗܢ ܡܫܟܚܐ
ܩܠܝܠ ܕܠܡܘܬܗ ܐܬܚܙܝ ܕܡܬܦܠܓ
ܗܘ : ܩܠܝܠ ܗܢ ܡܬܬܚܦ ܐܝܟ ܘܩܕܡ
ܕܢܦܩܝܢ ܐܘ ܩܠܝܠ ܕܐܠܗܝܢ ܐܘ ܕܠܡܐ
ܩܠܝܠ ܕܐܡܪ ܢܠܘܗܝ ܫܠܝܚܐ ܠܡܟܟܐ
ܡܩܠܝܠ ܡܬܥܒܕܐ ܕܢܦܩܝܢ ܒܚܝܠܬܐ
ܕܡܠܠ ܐܠܗܐ ܫܒܩܘ ܫܘܒܚܗܘܢ ܘܠܐܢܫ
ܚܕ ܡܕܝܢܬܐ : ܗܘ ܕܝܢ ܡܕܝܢ ܫܠܝܚܐ ܡܢ
ܫܠܝܚܐ ܫܦܝܪ ܚܕ ܡܬܥܒܕܐ ܡܢܗܘܢ
ܗܘܐ : ܟܕ ܕܝܢ ܗܘܐ ܡܬܚܙܝܢܐ ܗܟܢܐ
ܗܘ ܠܡܟܟܐ ܡܢ ܫܡܥܘܢ ܟܕ ܥܡ ܕܟܝܐ
ܘܟܠܗܝܢ ܡܫܬܒܚܢܐ ܡܬܬܕܟܪܐ ܗܘܬ
ܕܟܝܢܘܬܗ ܚܠܦ ܕܫܒܩ ܣܓܝ ܕܝܠܗܘܢ
ܘܩܠܝܠܐ ܒܕܝܪܐ ܕܐܬܬܒܥ ܗܘܐ :
ܬܘܒ

que conterritus eſt, ut faciem trepidus Maforte operire cogereretur. Objiciebatur, nimirum, ſpecies ignei currus: fervebant ardentes rotae, & rotis ſimiles equi: inde crebra micare fulgura, & ejaculari ignes videbantur. Currui inſederat ignota facie vir, qui ad B. Simeonem accedens, eumque comiter adpellans, placido, ac ſereno vultu haec ipſa effari verba dignatus eſt: Omnem poſthac metum exſuito, animumque contra omnes difficultates, atque pericula obfirmato; ut quaecumque muneris tui eſſe compereris, gnaviter exſequaris: meminerisque quam oppido turpe ſit hominis mortalis metu officium deſerere. Cauſſas proinde Pauperum, & Infirmorum, quos Potentiorum inſolentia oppreſſit, fac, ut fortiter, & conſtanter procurare, tuerique deinceps etiam atque etiam ſatagas: Divitum contra, atque Nobilium improbitatem, ſuperbiamque compeſcere. Confidito interim, Dominum tibi propitium fore, teque ab omnibus tuis hoſtibus certiſſime incolumem ſervaturum: nomen quippe tuum ſcriptum eſt in Libro Vitae, tibique parata ſunt honoris inſignia, & patrum, fratrumque tuorum Apoſtolorum conſortium. Elias Propheta ego ſum, qui Divini honoris zelo incenſus, clauſi Caelum, & Achabum, atque Jezabelem canibus dilaniandos objeci; Bahaliticos quoque Sacrificulos occidi. Haec effatus, ſublato in aëra curru, videri deſiit. Quo tanto, ac tam Divino oraculo erectus, & confirmatus famulus Dei Simeon, cogitare coepit, qui tandem forent illi Pauperes, quorum injurias vindicare jubebatur? Num forte illi, qui victum oſtiatim mendicare ſolerent, vel qui Potentiorum vi opprimerentur? An vero alii, quorum Apoſtolus meminit, quique paupertatem ex virtute profitentur, & abdicata ſeculi gloria propter Deum, vitam paucis contentam in Monaſteriis agere conſtituerunt, in ſpem

ſempiternae remuneratic nis? Idem namque Apoſtolus collegas ſuos, & Chriſtianos, quos Sanctos nominat, aliorum caritati frequenter commendare conſuevit. Quumque aliquot diebus in ea cogiratione anceps haereret, ecce ſecundo Elias oranti adparet, eo, quem antea deſcripſi, curru vectus igneo, circum undique flammis ſeptus, in auguſta ſpecie, arque ſolis adinſtar ſplendente, candido amictus pallio, cetera comis, & blandus. Is Simeonem compellans: Quae te, inquit, angit cura, & quid trepidus ſciſcitaris, quodnam Pauperum genus ego tibi pridem commendaverim? Jam iterum edico, ut omnium promiſcue egentium, ſeu Mendicorum, ſeu Monachorum fratrum tuorum curam tibi ſuſcipiendam in poſterum pures; ſed & Sacerdotum authoritatem, & Eccleſiae jura ſarta tecta tueri memineris. Cura ergo, ut nemo Sacerdotium contemnat, aut parvi pendat; ſed omnes ſacris Miniſtris, ſuiſque Rectoribus obſequantur, & pareant. Praecipue vero ſatage, ut operam tuam nunquam ſibi defuturam intelligant miſeri, & calamitoſi, quicumque opulentiorum inſolentia premunrur, pupilli, inquam, & viduae; ſibique ipſi te parentis, & rectoris loco futurum ſciant. Cave, ne Praefectorum, Regumve minis aliquando ceſſiſſe, aut Divitum gratiam ambiiſſe videaris; ſed ex juſto, & aequo Locuplerem perinde, ac Pauperem palam redarguito. Omnes quippe Reges rerrarum, etſi conſpiratione facta in unum coëant agmen, tibi neutiquam obeſſe poterunt. Qui enim Deum ſibi propitium, praeſentemque habet, hunc perturbare, nedum laedere nemo hominum valet. Enimvero, quemadmodum nec Achab, vel Jezabel me opprimere, aut deterrere potuerunt, quin utrique exitium, ſuaeque ſobolis interitum denunciarem, poſt etiam eorum cadavera canibus voranda praedicerem, ſed & eorum

2. Cor. 9. 1.

rum Sacrificulos, ac Tribunos qua ferro, qua flammis abſumerem; ita nec mortalium quiſquam ullatenus laedere te poterit, Dei, nimirum, praeſidio tectum. Verumtamen vide, ut animo ſis forti, & conſtanti, atque ad omnes caſus ferendos paratiſſimo. Cave, ne te labores frangant, aut animum emolliat deſidia. Patientiae in primis, ac manſuetudini adſueſce; adeo ut nullae te vitioſae adfectiones ab officio ceſſare compellant. Haec loquutus, currum in aëra movit, iterumque Simeonis oculis ſeſe ſubtraxit.

Piis exercitationibus, quibus antea utebatur, alias decuplo majores adjecit.

His, atque ejuſmodi oſtentis Simeon edoctus, incredibile eſt, quantum roboris inde collegerit, quantumve in Dei amorem exarſerit. Quamobrem piis exercitationibus, quibus antea utebatur, alias decuplo majores adjecit, dejectoque Septo, ſeſe deinceps adſpectabilem omnibus praebuit, diu noctuque confluentibus ad eum populis, & in ejus contemplatione, velut quodam mentis receſſu defixis, atque haerentibus. Jejunium praeterea longius, quam ſolebat, protrahere conſtituit; ſic ut nonniſi rogatus conſuetum cibi demenſum poſt longa intervalla, feroque tandem perciperet. Cogitans nimirum, admiranſque geminos illos heroas Moſen, & Eliam, haec apud ſe agitabat: Recole jam, Simeon, iſtorum clariſſimorum Prophetarum monita, percontare, quibus moribus, quibuſve artibus ſervi Dominum ſibi adjunxerint, tantamque illius gratiam inierint, ut ipſos iſto honore dignaretur, Jejunione, an vero Oratione? Num Fide, aut Caritate, vel voluntaria animi demiſſione? Num corporis munditie, vel ſtudio Divini honoris? Adeo illum admirabilis ea ſpecies, qua ſpectandos ambo ſeſe eidem obtulerant, & ampliſſima dignitas, ad quam a Conditore ſuo Deo provecti fuerant, ipſum capiebant. Quocirca Viros, ſi qui occurrerent in Divinis Scripturis verſati, de moribus, geſtiſ-

ſtiſque laudatorum Prophetarum identidem ſciſcitabatur: & alius quidem eorundem profectum, & incrementa ab humilitate, alius vero a caritate, atque alius ab ardentiſſimo Divini honoris tuendi ſtudio petenda eſſe decernebat, pro ſuo quiſque differens captu & ingenio. Sic B. Simeon unumquemque ſciſcitabatur ab omnibus doceri cupiens: nec indigna res viſa eſt viro magno, atque in rebus Divinis exercitatiſſimo, vel ad infimos deſcendere, & ab illis exquirere, quonam vitae genere, quibuſve moribus, & exercitationibus Deo melius inſervire, ipſique magis placere eum oporteret. Et haec quidem adſequutus eſt tum ex doctorum Virorum conſuetudine, tum etiam ex Divinarum Scripturarum lectione: omniaque rurſus mente complectens, eadem in rem conferre ſtudebat. Inde porro prodiere longum, nulliſque certis definitum terminis jejunium, illa immobilis, & fixa erecto corpore ſtatio: quae duae res, adtentis ſolummodo humani corporis viribus, ſine Dei peculiari praeſidio, omnem penitus fidem excedunt. Adcedebat orandi ſtudium plane perpetuum: qua in parte nemo uſquam mortalium Simeoni comparandus exſtitit. Huic adde incenſum pro tuendo augendoque Divino honore ſtudium, & ſummam corporis munditiem. Et vero quiſnam aliquando dicendo adſequi ſe poſſe confidat, atque pro merito laudare Virum, qui in mortali corpore incorporearum Mentium actus, & opera repraeſentavit? Frontem enimvero erexit, ut fortis, infuſaque divinitus virtute roboratus, prodiit ad pugnam, velut expeditus, & bellis exercitatus miles; nec militiae difficultatibus, onerique ſuccubuit, nec corporis aerumnis, & incommodis fractus eſt, ſed peccatum ſubegit, & Diabolum peccati authorem profligavit, ejuſque milites diſcuſſit; ſed & inimicos ſuos, armis Domini ſui munitus, ſuperavit, & antiqui hoſtis ca-

ܕܐܚܕܘܗܝ ܃ ܐܝܟ ܐܢܐ ܕܬܠܐ ܐܠܗܐܝܬ
ܚܠܠܬܗ ܘܒܙ ܠܟܢܫܐ ܘܫܩܠܗ
ܘܫܩܠ ܐܬܘܬܐ ܕܢܨܚܢܐ . ܐܬܩܒܠ ܦܓܪܐ
ܕܟܠܝܠܗ ܡܢ ܐܠܗܐ ܡܓܒܠܢܗ
ܓܠܝܐܝܬ ܃ ܐܬܩܒܥ ܥܡܘܕܐ ܕܪܓܠܘܗܝ
ܠܗ ܡܕܝܢ ܐܦܢ ܕܢܦܫܗ ܐܬܩܒܥ
ܘܡܕܐ ܕܒܣܪܗ ܡܢ ܩܝܡܬܐ ܐܡܝܢܬܐ
ܐܬܦܪܥ ܘܐܬܦܠܓ ܗܘ ܒܪܘܚܗ
ܕܡܟܝܟ ܃ ܠܐ ܐܬܒܠܝ ܡܢ ܚܘܒܐ ܗܘܢܐ
ܕܟܠܐ ܕܚܘܒܗ ܠܡܪܗ ܡܬܬܚܝܒ
ܗܘܐ ܒܟܠܙܒܢ ܃ ܘܠܐ ܐܬܦܠܓ ܠܗ
ܒܩܛܝܢܘܬܐ ܘܡܫܬܪܝܘܬܐ ܕܚܨܗ
ܗܘܐ ܚܠܝܐ ܒܟܠܙܒܢ ܃ ܡܬܬܠܒܒܐ
ܚܕ ܐܝܟ ܢܘܪܐ ܗܘܐ . ܠܐ ܕܝܢ ܡܢ
ܡܬܐ ܕܒܩܝܡܬܐ ܘܠܐ ܚܒܪ ܣܘܚܐ
ܠܡܬܒܥܬܗ ܡܢ ܡܐ ܡܫܒܐ ܕܥܝܕܐ . ܕܟܠܗ
ܚܝܠܗ ܡܢ ܥܡܠܐ ܃ ܢܘܕܪ ܠܕܘܟܬܗ
ܒܣܬܐ ܕܡܪܗ ܃ ܕܠܐ ܥܒܕܐ ܗܘܐ
ܚܕ ܟܠܗ ܘܫܪܟܐ ܦܓܪܐ ܗܘܐ ܠܟܠܗ
ܡܪܗ ܃ ܠܡܥܡܠܗ ܐܢܐ ܒܟܠ ܚܝܠܝܟ
ܘܫܪܟܐ ܒܫܝܢܐ ܬܘܒܐ ܃ ܡܛܠ ܕܝܢ
ܕܡܢ ܚܕ ܫܢܝܢ ܐܘ ܝܬܝܪ ܃ ܚܕ ܡܢܗ
ܕܗܘ ܒܥܝܢܝ ܢܦܫܗ ܡܢ ܠܗ ܕܢܘܗܪܐ
ܡܠܟܐ ܕܐܠܗܐ ܘܡܚܙܝܬܗ ܢܛܪ
ܗܕܡܘܗܝ ܕܢܘܗܪܐ ܒܥܝܢܐ ܕܪܘܚ ܩܕܝܫ ܃
ܡܢ ܠܗ ܐܢܐ ܐܘܠܝܢ ܡܢ ܩܕܝܫܐ
ܘܦܪܫܬ ܡܢ ܢܫܐ ܘܟܠܗ ܡܢ ܗܕܐ ܃
ܘܐܝܟ ܡܕܝܢ ܕܒܥܠܡܐ ܢܘܗܪܐ ܒܥܠܡܐ
ܗܘܐ ܡܬܠܡܝܕ ܕܒܡܘܗܝ ܢܦܫܬܐ
ܒܡܥܡܠܐ ܕܩܕܝܫܐ ܃ ܐܝܟ ܠܗ ܐܢܐ
ܐܘܠܝܐ ܐܝܟ ܕܠܐ ܒܡܬܕܡܪܐ ܘܠܐ
ܒܡܬܥܝܢܐ ܘܠܐ ܒܫܘܒܚܐ ܐܝܬܘܗܝ ܃
ܐܝܟ ܐܢܐ ܠܡܥܡܠܐ ܐܘ ܐܝܟ ܕܩܘܡܬܐ
ܐܝܟܢܐ ܕܢܗܒܬܗ ܐܘܠܝܐ ܕܗܒܝܒܐ
ܠܡܥܡܠܗ ܕܠܡܛܐ ܃ ܗܟܢ ܐܢܐ ܚܕ
ܐܬܚܙܝ ܕܐܦܪܝܢ ܐܦܝܢ ܐܬܚܫܝ
ܥܕܡܐ ܚܕ ܐܠܦܐ ܦܐܝܐ ܘܐܚܪܝ ܗܘܐ
ܕܟܠܗ ܘܡܥܡܠܝ ܐܝܟ ܕܒܗܘܢ ܕܠܐ
ܠܡܬܠ ܦܓܪܐ ܕܦܪܙܠ ܢܛܪ ܡܬܝܩܐ
ܘܠܐ ܠܡܫܡܠܐ ܒܗܕܐ ܕܐܬܠܝ ܦܓܪܐ
ܡܢ

castra, Chriſti fide inſtructus, expugnavit ac diripuit, victorque victoriae inſignia a Deo Conditore ſuo tandem accepit. Et lapidi quidem pedes palam adfixit, mentem vero in recta fide confirmavit: dumque caro pedum ejus ex perpetua ſtatione dirumpebatur, invictus animus in amorem Agonothetae ſurſum rapiebatur. Similiter quando ex diuturna corporis inclinatione vertebrarum compages laxabantur, mens Chriſto intima caritate conjungebatur. Nec aliquando acerbiſſimo earnis dolore ſpiritus ardor refriguit, ſed quovis momento vivacis ad inſtar flammae, in Caelum ferebatur: nec otium in tranquilla ſtatione eidem ſuaſere ſaepe reflantibus ventis excitatae rempeſtates, quandoquidem ſpem ſuam in Domino poſuerat. Corporis ulceroſi queſtus contemſit, & carnem improbo labore continenter exercuit. Quumque ſomnum oculis negaret, viſum quoque pene amiſerat, mente interim ex Divina viſione Caeleſtem haurientе lucem. Stabat erectum ſuper columna corpus, animus interim apud Deum habitabat, & carne inter homines relicta, cum Angelis verſabatur. Quis autem iſta eloqui ſe poſſe putet, aut quid in hac tam multiplici rerum ab eo geſtarum copia ſibi dicendum ſeponat? Num quod nulla vi coactus, ſed pro arbitrii ſui poteſtate vas eſſe honoris elegerit, membraque ſua mundaverit, ut fierer Spiritus Sancti templum? Quodve incommoda, & aerumnas deliciis, atque otio antetulerit, eſuriem, inquam, ſaturitati, opibus inopiam, adfligi in hoc ſeculo cum Chriſto malens, ut eum illo Caeleſtis gloriae deliciis in Sanctorum civitate potiretur? Enimvero eam ſibi imperavit vitae regulam, quam nec primi, nec medii, nec ultimi temporis hominum quiſpiam eſt adſequutus. Quodnam enim corpus, aut quae ferrea membra laborem tolerare potuerunt parem? Recto ſiquidem corpore ſtetit ſuper Co-
lu-

Stat diu ſuper columna intra cubiti unius ſpatium,

lumna quadraginta cubitorum triginta annos, intra cubiti unius anguſtias, conſtrictis velut numella pedibus; ita plane, ut neutrum pedem movere dextrorſum, aut ſiniſtrorſum, eidem liberum eſſet: donec intolerabili labore adtrita, conſumtaque cute, caro quoque diffluxit, & oſſa, nervique ſuis exſuta cementis patuerunt. Epigaſtrium praeterea diruptum eſt: quod ex ejuſdem familiaribus adminiſtris poſtea compertum eſt; qui inſuper adfirmabant, multo acriorem ex epigaſtrii, quam ex pedum aegritudine dolorem exſtitiſſe. Spondyli etiam tres, dum ille inter orandum ſeſe curvat, protendit, ac provolvitur, continuo, & quotidiano labore ſoluta compage, ab invicem divulſi ſunt. Ter inſuper poſtquam Columnam conſcendit, hebetata oculorum acie, creditus eſt, viſum plane amiſiſſe, ea adfectione ſingulis vicibus ad quadraginta dies durante: cauſſa erant vigiliae, & inedia fere perpetuae. Ejuſmodi porro oculorum vitium, exceptis ejus adminiſtris, nec tamen omnibus, nemini patuit, ut qui apertis oculis omnes adloqueretur, neminem plane videns. Quum autem eo cum incommodo quadraginta dies exegiſſet, repente lucem famulo ſuo Chriſtus reſtituit: quod itidem externorum nemini innotuit, tacentibus nempe domeſticis; id enim ſevere caverat, interdixeratque generatim, ne incommoda, & aerumnas, quas ipſe continuas patiebatur, cuiquam patefacerent. Sufficit enim mihi, ajebat, Deum iſta ſcire, cui uni deſervio, & cujus gratiam unice ambio.

Ter obcaecatus lucem divinitus recuperat.

Graviſſimas aerumnas, & incōmoda patitur.

His itaque incommodis, atque iſtis multo gravioribus malis clam palamque ad patientiam exercitus eſt Dei Athleta Simeon: & per aeſtatem quidem ferventiſſimi ſolis aeſtum, per hyemem vero ſaeviſſimum frigus incredibili conſtantia toleravit; unde velut aurum, conſumtis fecibus, purgatiſſimum prodire viſus eſt, ſole, videlicet, ignis ſupplente vi-ces,

[illegible]

Digitized by Google

[illegible]

ces, cute vero, quae carnem ejus circumdabat, caurini ſpeciem praebente: & ignis quidem tandem exſtinctus eſt, & caminus aliquando deferbuit; Dei autem ſervus utrinque ſummam gloriam adeptus eſt. Jamque aeſtate abeunte ſuccedebat ſuis ſtipata malis hyems, illa, inquam, hyems, de qua velut admirabundus Propheta canebat: *Ante faciem frigoris ejus quis ſuſtinebit?* Hyemem ſequebatur ventorum validum agmen, nivalis Boreas, violentus Eurus, & turbidus Auſter, & eodem ciente procelloſi glomerabantur imbres. His ſcilicet copiis diu pugnatum eſt cum docto Opifice, qui domum ſuam ſuper petram aedificaverat. Vicit tamen Simeon, & ventorum contra rabies repreſſa eſt, glacies niveſque diſſolutae ſunt, atque imbres abſorpti. Quis jam non miretur Virum, qui recto corpore diu noctuque ſtans, pedibus diſrupta cute dehiſcentibus, atque fatiſcente epigaſtrio, ne minimum quidem commovetur: qui ob diuturnas vigilias caligantibus oculis, irruentem nihilominus ſomnum repellit: qui laxatis dorſi vertebris, inſuperabili fortitudine adhuc pugnat: qui mortificatus, ut Job, hauſit ex propria morte vitam. Quemadmodum enim ille ſedens in ſterquilinio dolorum, preces ſuas, velut incenſum, ad Caelum uſque venturas fundebat; ſic ipſius frater, & ſocius Simeon, pedibus columnae adfixus, mente Caelos penetrabat, Deum mortalibus reconciliaturus. Quidquid iſte etiam fuit a Sathana adcuſatus ejus propemodum criminis, quo ille patientiſſimus Propheta, quum de Deo aliquando quereretur nequiſſimus Spiritus, perinde atque praeter jus, faſque ſibi obſiſteret, quominus ſua poteſtate, arbitrioque in eo divexando uteretur. Nos vero hujus generis pluribus conſulto praetermiſſis, pauca delibabimus.

Pſal. 147. 17.

Accepta itaque poteſtate, pacis Inimicus Simeonem mirum in modum ad-

Ulcere laborat.

adflixit. Orabat aliquando recto, ut ſolebat, corpore ſub horam diei nonam, quum ſiniſtro pede vehementiſſime dolere coepit: tum gliſcente in ſingulas horas dolore, ſub occaſum ſolis pes idem puſtulis coopertus adparuit. Quibus ante diluculum ſequentis diei diruptis, ingens ulcus patefactum eſt, ſimulque defluentes tabo carnes una cum ſanie vermes plurimos in terram uſque egerere coeperunt: inſuper tam gravem peſtilentemque odorem exhalare, ut vix ad medias ſcalas venire quiſpiam ſuſtineret. Qum is morbus Simeonem novem menſes tenuiſſet, ſic hominem debilitaverat, ut non viribus modo, ſed corpore etiam pene omni amiſſo, conſumtoque, diſtabeſceret, vixque jam ſpiritus ſupereſſet. Cujus rei rumor quum omnia circum loca compleviſſet, vehementer perculit finitimarum civitatum populos, & viros Primarios, quos inter Epiſcopos complures, Periodeutas, & Presbyteros pagorum Curiones. Inde frequentes ad S. Viri Septum adeſſe, inſtare, orare, ut alterutrum fieri permitteret; vel ut Columna diminueretur, vel certe ipſe inde deſcenderet tantiſper, dum ea aegritudine relevaretur, quae profecto nullam curam admittere merito videri poterat, niſi ſublata prius incommodae ſtationis moleſtia; quam tamen Chriſti famulus quinque ſupra quadraginta annos toleravit. Quin & ipſi invictiſſimi Imperatores, poſteritatum memoria digniſſimi, idem ſentiebant. Quocirca Theodoſius ſcripſit eximiam Epiſtolam Imperii majeſtate, ſapientiaque digniſſimam, quam viris quibuſdam ſapientibus tradidit, per tres Epiſcopos Simeoni perferendam, ſimulque inſtitit, ut Columnam deſerere tantiſper dignaretur; donec vis morbi remitteret, aut de ejuſdem Columnae altitudine demi aliquid pateretur, quo facilior, ac brevior ad eum aſcenſus fieret. Spondebatque ſe Medicos miſſurum, qui perſpecta aegritudinis natu-

Theodoſii Imp. & Epiſcoporū, pro ſalute ipſius cōſilia & preces.

ܕܡܬܬܕܒܪ ܡܢ ܗܘ ܐܠܗܝܐ ܡܫܝܚܐ
ܐܘ ܕܒܝܕܘܗܝ ܫܠܡ ܡܢ ܗܘ ܐܠܗܘܬܐ
ܐܝܟ ܕܒܝܘܡܐ ܟܕܡܝ ܠܒܪ ܐܟܢ ܕܢܗܘܢ
ܠܗܘܢ ܘܢܥܒܕܘܢ ܠܗ ܐܝܟ ܐܝܢܐ ܕܡܫܚܐ
ܕܢܝܬܐ ܠܗܘ ܐܠܗܝܐ ܘܕܢܫܟܚ ܠܗ
ܚܠܡܐ ܕܐܣܝܘܬܐ.

ܗܘ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܫܡܥܘܢ ܕܐܠܗܐ
ܡܕܡ ܥܡܗܘܢ ܐܝܟ ܕܐܢܫ ܠܡܕܡ ܕܫܡܥܘ
ܒܗ ܫܡܥܐ ܘܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܚܝܐ ܥܒܕܐ
ܠܟܠܗܘܢ ܐܦܣܩܘܦܐ ܩܫܝ ܠܒܢܝ ܥܕܬܐ
ܘܠܟܠܗܘܢ ܒܕܪܓܗܘܢ: ܐܦ ܠܡܠܟܐ ܗܘܝ
ܒܡܗܝܡܢܐ ܘܪܚܡܝ ܡܫܝܚܐ ܡܪܝ
ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܘܐܚܘܬܗ ܐܦ ܠܗܘܢ ܟܬܒ
ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܠܘܝܢ ܡܫܝܢ ܘܕܚܠܬ
ܐܠܗܐ ܕܝܠܗ ܐܠܗܐ ܕܝܠܗ ܦܠܚܝܢ
ܕܡܚܕܝܢ ܘܡܥܫܢܝܢ ܠܡܠܟܘܬܗܘܢ.
ܠܟܠܗܘܢ ܕܝܢ ܗܕܐ ܐܡܪ ܗܘܐ ܡܪܝܐ
ܦܪܝܫܐ ܝܬܝܪܐ ܐܝܟ ܠܐܦܣܩܘܦܐ ܡܫܬܐܠ
ܕܢܦܩ ܕܐܠܗܐ: ܘܠܡܐܡܪ ܟܠܗ ܕܡܢ
ܗܘܢܐ: ܐܦ ܠܗܘܢ ܠܡܠܟܐ ܟܬܒ
ܘܡܠܬܐ ܗܕܐ ܗܘ ܐܡܪ ܗܘܐ ܕܐܡܪ
ܠܟܠܗܘܢ ܒܥܝܬ ܠܗܘܢ ܕܐܦ ܐܢܬܘܢ ܠܡ
ܡܨܠܝܢ ܥܠܝ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܘܐܦ ܐܢܐ ܡܬܚܪܐ
ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܕܠܐ ܢܫܒܘܩ
ܐܢܫ ܕܚܘܒܗ ܕܢܦܠ ܥܒܕܗ ܕܝܠܗ ܠܫܛܝܘܬܐ
ܘܢܦܘܩ ܡܢ ܕܘܟܬܗ: ܗܘ ܓܝܪ ܝܕܥ
ܕܒܐܝܕܐ ܡܕܥܐ ܠܗ ܗܢܐ ܝܬܒܬ:
ܘܠܐ ܢܫܒܘܩ ܠܝ ܕܐܬܒܥܐ ܠܣܡܡܢܐ ܘܠܥܩܪܐ
ܐܘ ܠܥܒܕܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܐܠܐ ܗܘ
ܢܦܝܫ ܠܝ ܟܘܪܗܢܐ ܗܢܐ ܒܐܝܕܗ: ܕܝܠܟ
ܓܝܪ ܗܢܐ ܡܪܝܐ ܛܒܐ ܒܫܘܠܛܢܗ ܕܬܬܪܨ
ܘܬܬܢܛܪ.

ܟܕ ܕܝܢ ܥܠܡܘ ܬܡܢܝܐ ܝܪܚܝܢ ܥܡ
ܥܣܪܝܢ ܝܘܡܝܢ ܘܠܐ ܢܚ ܘܠܐ ܫܠܐ
ܟܘܪܗܢܐ ܡܢ ܝܘܡ ܠܝܘܡ ܘܐܠܗܝܐ ܟܐܒ
ܡܬܝܩܪ ܗܘܐ ܛܒ: ܡܢ ܟܠ ܥܕܢ ܕܐܬܐ
ܗܘ ܝܘܡܐ ܗܘܐ ܠܗ ܩܕܡܝܐ ܕܨܘܡܐ
ܒܗ ܕܒܝܪ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢܥܠܐ
ܕܬܪܥܐ ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܐܝܟ ܕܥܝܕܐ
ܕܠܐ ܢܦܘܩ ܗܕܟܐ ܗܘ ܐܠܗܝܐ
ܡܫܝܚܐ

natura, ejuſdem curationem ſuſciperent.

Hiſce tamen honoris, benevolentiaeque ſignificationibus nihil commotus Simeon, certuſque aliunde hoc ipſum ſuae in Deum pietati, cujus praeſentem opem ſentiebat, admodum conſentaneum eſſe, hoſpites ſuos, Epiſcopos, inquam, & Clericos, atque alios cujuſvis ordinis, ſtatuſve homines pro ſuo quemque merito, graduque benigne, comiterque exceptos, cum eadem amoris, officiique ſignificatione dimittebat. Imperaroribus vero Chriſtianis, & Chriſtum amantibus, Domino Theodoſio, & Sororibus reſcripſit, quae cum pietate, ac timore Dei maxime convenire, atque ad Imperium tuendum, augendumque conducere judicavit. Quod tamen omnes, Dei praeſertim Eccleſiarum Epiſcopi flagitabant, conſtanter negavit, unquam ſe a propoſito ſuo diſceſſurum. Quod ipſum Imperatoribus etiam reſcripſit in haec verba: Vos interim etiam atque etiam rogo, ut pro me Deum oretis. Ceterum confido, Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum pro ſua in me caritate nunquam commiſſurum, ut ipſius ſervus in eam incidat amentiam, ut velit loco ſuo cedere, ſtationemque deſetere. Novit enim, quo animi mei ſenſu me ipſi in hoc ſtatu crediderim; idcirco non ſinet, ut ſpero, me pharmacis, & herbis egere, aut mortalium cujuſquam opera, ſed per ſe ipſum aegritudinem iſtam depellet. In poteſtate ſcilicet ſua bonus Dominus opus ſuum habet, ut illud pro libito emendet, atque tueatur.

Conſtăter reſpuit,

Quum ergo morbi vis poſt menſes octo, & dies viginti neutiquam leniretur, imo in dies ingraveſcere, exaſperarique dolor videretur, & dirum ulcus membra continuo depaſceret, adfuit dies Quadrageſimae primus Simeoni feſtus, in quo Septum de more occludi oportebat. Heic vero Sacerdotes complures, & populus rurſus Simeonem interpel-

 lant,

lant, & rogant, ut quandiu eo ſaeviſſimo, atque inſuperabili morbo confliƈtaretur, aditum convenire ipſum volentibus, ejuſque benediƈtionem cupientibus patere uſque vellet: vereri omnes, ne multiplici malo oppreſſus idem vita decederet, ipſique ſupremo ejus adloquio, atque benediƈtione privarentur. Quibus tamen ille minimum commoveri viſus: Avertat Deus, reſpondit, tantum crimen, ut dum vita manebit, obligatam ipſi fallam fidem. Quod itaque meum eſt, perſequar; Dominus autem, quod aequum, & juſtum judicaverit, faciat: & ſi quidem mori me decreverit, ipſius ſum: ſi contra vitam mihi prorogare voluerit, perinde mihi futurum eſt, dummodo iſtud quodcumque ex ejuſdem Dei mei voluntate contingat. Sic demum repulſis Piorum hoſpitum precibus, Septi oſtium occludi juſſit, manſitque clauſus ad triginta dies. Quumque interim nullis curata remediis aegritudo dies in ſingulos vehementius invaleſceret, procubuere ad extremum vires, & quidquid reſiduum vitae, naturaeque erat, defluxit; ut nullam jam ſalutis ſpem reliquam oſtenderet. Quamobrem fit iterum ad Septi oſtium promiſcui vulgi concurſus. Rurſus inſtant, ut liceat morientem adloqui, ſupremaque mandata, & benediƈtionem excipere. Ea ergo carorum communi trepidatione, luƈtuque permotus Chriſti famulus, multitudinem utcumque ſolari conatus eſt; aegre tamen, nec ſine ingenti fraƈti corporis moleſtia haec pro concione loquutus: Videte, ne tantum ex meis malis moerorem fruſtra ſuſcipiatis; etenim Dei mei, cui ab adoleſcentia deſervio, benignitate fretus, confido, me cito, & in momento curatum iri. Jamque duo de quadraginta dies ab inchoato jejunio defluxerant, inieratque hebdomada, qua oſtium Septi recludi ſolebat, quum ecce noƈte media feriae tertiae in quartam vergente fulgurare Caelum, Septumque

Divinitus cō-valeſcit.

con-

ܘܐܬܚܙܝ ܠܗ ܒܕܡܘܬ ܥܠܝܡܐ
ܚܕ ܫܦܝܪܐ ܒܠܒܘܫ ܚܘܪܐ ܘܩܐܡ
ܡܕܡܐ ܕܠܥܠ ܡܢ ܒܝܬ ܐܪܥܐ
ܠܫܡܝܐ ܡܚܙܐ ܘܐܡܪ ܠܗ :
ܠܐ ܬܚܫܒ ܘܠܐ ܬܬܪܥܡ ܠܐ ܐܬܒܝܫ
ܘܐܬܒܥܝ . ܗܐ ܠܒܫ ܐܠܗܝܢ ܐܬܐܬܐ
ܘܐܠܗܝܢ ܬܘܬ ܘܠܒܠܝܢ ܬܬܐܦܝ
ܒܫܡܝܐ . ܘܐܝܟ ܕܡܠܠ ܗܠܝܢ ܐܬܩܪܒ
ܐܒܝܢ ܘܩܪܒ ܠܓܒ ܗܘ ܪܓܠܗ ܕܫܡܥܐ
ܗܘܬ ܠܗ : ܘܒܗ ܒܒܝܬܐ ܢܓܪ ܡܢܗ
ܗܘ ܟܠܗ ܘܝܢ ܐܬܠܒܢܗ ܘܐܬܒܝܢ
ܠܘܥܡܗ ܘܐܬܚܠܡ ܦܓܪܗ ܘܝܗܒ
ܐܦܘ ܘܐܬܝܢ ܡܠܠܗ ܘܥܒܪ ܗܘ
ܚܣܝܢ ܕܣܪܝܘܬܐ .

ܘܟܕ ܢܓܗ ܨܠܝܘ ܠܥܠܗ ܒܕܪܓܐ
ܬܠܬ ܕܬܠܡܝܕܝ ܗܘܘ ܠܗ ܐܫܟܚܘܗܝ
ܟܕ ܚܠܝܡ ܡܢܕܡ ܘܬܡܝܗܝܢ ܘܡܬܦܪܚܝܢ
ܠܠܗܐ : ܫܒܪܐ ܗܘܐ ܠܒܫ ܐܝܟ ܡܢ
ܪܡܫܐ ܕܢܚܬܘܢ ܡܢ ܠܘܬܗ ܐܝܟ ܗܘ
ܕܠܝܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܗܘܬ : ܡܛܠ
ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܕܢܬܝܗܒ ܡܪܢ ܠܗ ܛܝܒܘܬܐ .
ܩܠܝܠ ܕܝܢ ܡܢ ܬܪܝܢ ܕܡܫܡܫ ܗܘܐ
ܠܗ ܠܐ ܡܬܦܪܫ ܗܘܐ ܡܢ ܠܘܬܗ ܐܠܐ ܥܠ
ܓܒܗ ܒܠܠܝܐ ܗܘܐ ܡܢ ܪܡܫܐ ܥܕܡܐ
ܠܨܦܪܐ ܥܠ ܕܪܓܐ ܕܥܡ ܩܛܠܐ
ܬܪܝܢ ܓܝܪ ܡܫܡܫܢܘܗܝ ܗܘܝܢ ܗܘܘ
ܕܬܫܡܫܬܐ ܗܘܘ ܠܗ . ܟܕ ܕܝܢ ܚܙܘ
ܥܒܕܐ ܦܪܝܫܬܐ ܕܐܠܗܐ ܡܢܗ ܬܠܡܝܕܘܗܝ
ܕܡܢܝܚܐ ܫܦܝܪܐ ܘܐܬܚܝܝܗ ܐܦ ܥܒܪ
ܕܐܠܗܐ ܕܐܬܒܠܐ ܡܢ ܫܘܚܠܦܐ ܐܬܬܒܝܣܬ
ܡܢ ܗܘ ܟܠܗ ܫܘܠܡܐ ܘܡܕܒܪܢܘܬ
ܡܢܗ ܪܘܚ ܡܣܘܬܐ ܐܦܝܣܬܐ ܘܫܝܢܐ
ܕܣܪܝܘܬܐ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܐ ܡܬܚܫܚ ܗܘܐ
ܡܫܟܚܐ ܠܗ ܐܝܟܢܐ ܬܘܒ ܡܢ ܫܘܠܡܐ
ܐܬܚܝ ܘܐܬܗܦܟ ܠܪܝܚܐ ܒܣܝܡܐ
ܐܫܬܘܕܝܘ ܗܢܘܢ ܠܡܬܒܥ ܡܫܬܐܠܝܢ
ܡܢ ܗܘ ܕܪܚܝܡ ܠܗ ܗܘ ܝܬܝܪܐ
ܘܡܚܘܝܢ ܠܗ ܡܛܠ ܡܕܡ ܗܘܐ ܠܟܠܝܐ
ܘܡܡܠܠ ܐܝܬܝܗܘܢ ܘܥܒܕܐ ܡܢܗ ܕܢܓܠܐ
ܠܗ ܕܐܝܟܢܐ ܐܬܐܣܝ ܠܗ ܡܢ ܘܐܡܪ :
ܒܛܝܒܘܬܗ

conſpicua luce coruſcare coepit: adparet Juvenis pulcherrimus, candido amictus ſyrmate, qui ſuſpenſo terram inter, & Caelum gradu, ſic ut a Simeone perſpici, audirique poſſet, eundem blande compellans: Abage jam, inquit, Simeon, metum, & curas triſtes, magnoſque poſthac ſpiritus induito: hic, nempe, dies praeſenti adverſus Diabolum bello finem imponet; & ille quidem victus aufugit, re autem corona manet in Caelo. Haec praefatus, propior Simeoni factus, pedem ulcere adflictum ſuaviter adtrectans, luem illam e veſtigio depulit: indeque redintegratis mirabiliter viribus, corpus convaluit, color ori redditus eſt, & linguae motus; conſequenter foetor ille teterrimus prorſus exſtinctus eſt.

Adpetente autem jam die, ambo diſcipuli columnam conſcendunt, & Magiſtrum omni aegritudine, moeſtitiaque relevatum adtoniti vident, eos nimirum praeter morem juſſerat pridie ante noctem deſcendere, ut qui divinitus intellexerat, quam Dominus in eum gratiam eſſet conlaturus; ſolebat namque alter Simeonis diſcipulus, ejuſdem amantiſſimus, ſuper ſcalarum gradibus ad latus Magiſtri pernoctare. Duo autem erant, quorum opera ad familiare miniſterium Chriſti famulus utebatur. Et vero poſtquam diſcipuli praeceptorem ex eo luctu in tantam laetitiam ex inopinato evaſiſſe conſpexerunt, ſummaque pace poſt moleſtiſſimam vexationem potitum, propeque inſpectum ulcere pridem ſemeſum pedem convaluiſſe repererunt: illam praeterea peſtilentiſſimam mephitim in ſuaviſſimum odorem tranſiiſſe, eundem obteſtari coeperunt, alter praecipue, quem ipſi cariſſimum fuiſſe diximus, & individuum comitem; ut tam ſubitae curationis rationem aperire dignaretur. Tum vero Simeon, ut manus ambo ſibi porrigerent, petiit, ſimulque ſponderent, ſe ejuſmodi ſecretum, ipſo ſuperſtite, nemini eſſe prodituros; mox rem omnem ex-

expoſuit, & paucis eriam indicavit, quas in ea Viſione calamitates, rerumque publicarum viciſſitudines plane admirandas intellexerar, Urbi propediem obventuras. Quae omnia illi, optima fide occuluerunt; tantum narrabanr, Simeonem, dum ea exponeret, ex intimo animi ſenſu ingemuiſſe, & multum, diuque Deum oraſſe, ut ſibi vitam finire liceret, antequam eorum, quae ipſi praemonſtrata fuerant, quidpiam eveniret. Poſt diem convenere, velut ex condicto, Epiſcopi, Sacerdotes, & promiſcui vulgi immenſa multitudo, Deoque perinde deducente, Septum ingreſſi, eum tam ſubiro convaluiſſe, maxime admirabantur, quem pridie exſpiranti ſimilem reliquiſſent. Qua etiam occaſione Domnus [18] Epiſcopus Antiochenus columnam cum praedicto diſcipulo conſcendit, & Chri-

A Domno Patriarcha Antiocheno Eucharistiam accipit.

18 ſti famulo Oblationem impertiit, Deo gratias agens, ejuſdemque bonitatem conlaudans una cum ſociis, magnum beneficium arbitrati, talia ſuis oculis vidiſſe. Illis porro poſt paullo abeuntibus ſalutem precatus Simeon, in ſui ipſe certaminis ſtudio permanſit.

Hujuſmodi itaque, & his longe plures aerumnas Chriſti famulus Simeon libenter ſuſcepit, Domini gratia conroboratus; in quibus tamen ſummum illud virturis ſtudium, quo a puero fuerat incenſus, nunquam remiſit. Hanc porro Sancti Viri conſtantiam abunde, & multipliciter remuneratus eſt Deus: nam in primis Dei ejuſdem adſpirante gratia, tantam apud omnes genres gloriam adeptus eſt, ut nominis ejus fama ad ultimos terrarum fines pervaſerit. Mulra quoque admiranda, praeter omnes naturae leges, Divina ope patravit. Eam praeterea apud omnes cujuſvis ordinis, ſtatuſve homines exiſtimationem eſt conſequutus, ut quae ipſe dixiſſet, velut oracula e Caelo demiſſa, ſumma cum reverentia exciperentur. Quod Dominus

Luc. 10. 16.

teſtatus fuerat illis verbis: *Qui vos audit*,

[illegible]

Digitized by Google

ܛܠܡ : ܗܟܢ ܗܟܝܠ ܐܝܟ ܕܐܝܠܝܢ ܐܦ
ܗܘܘ ܠܗ̇ ܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܡܥܝܢ ܗܘܘ
ܠܡܠܬܗ ܕܛܘܒܢܐ : ܘܗܢܘܢ ܐܦ ܐܓܪܐ
ܗܢܝܐܬܐ ܩܒܠܝܢ ܕܥܡܗ ܠܗܘܢ
ܩܒܠܘ : ܡܢܗ ܕܝܢ ܐܝܠܝܢ
ܕܝܢ ܕܩܒܠܘ ܡܠܬܗ ܕܒܪ ܡܢܝܢܐ
ܐܝܬܝܗܘܢ ܒܨܪܐ ܩܘܪܒܢܗ ܕܡܢܝܢܐ
ܩܘܡܬܗܘܢ : ܘܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܣܓܝܐܐ
ܗܟܢܐ ܐܝܟ ܕܡܫܬܥܝܢ ܠܐ ܡܬܡܢܝܢ
ܐܦ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܩܡܘ ܠܩܘܒܠܐ
ܩܘܡܬܗ : ܗܟܢܐ ܡܢܗܘܢ ܕܒܨܪܐ
ܡܠܟܐ ܒܫܢܬܐ ܘܐܦ ܕܒܗ̇ ܐܝܟ
ܕܫܢܬܐ ܡܕܝܢܬܐ . ܚܕ ܕܝܢ ܡܢܗܘܢ
ܐܢܛܝ ܒܘܠܘܛܐ ܡܢ ܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܡܕܝܢܬܐ ܕܗܘܐ ܒܗ̇ ܫܢܬܐ ܘܗܘ ܠܐ
ܡܢܝ ܥܢܬܐ ܕܡܠܬܗ ܕܒܨܪܐ
ܠܡܕܝܢܬܐ ܐܝܟ ܠܗܘܢ ܬܠܬܐ : ܘܠܐܢܫ
ܡܩܒܠܐ ܕܝܢ ܕܚܫܝܢ ܗܘܘ ܡܣܟܢܐ
ܕܩܘܡܬܐ : ܡܫܚ ܠܐܝܠܝܢ ܡܠܬܐ
ܬܠܬܐ ܚܕ ܡܢ ܕܗܘܝܢ ܗܘܘ ܒܗ .
ܥܡܠܐ : ܘܐܬܘ ܠܘܬܗ ܕܛܘܒܢܐ
ܐܝܟ ܬܠܬܡܐܐ ܓܒܪܝܢ ܘܒܟܘ
ܩܥܘ ܥܘܠܐ ܘܩܒܠܘܗܝ ܗܘ
ܗܢܐ : ܘܟܕ ܫܡܥ ܛܘܒܢܐ ܟܠ
ܓܠܘܬܗܘܢ ܥܠܝܗ ܠܗ ܟܕ
ܐܡܪ ܠܗ : ܚܙܝ ܠܐ ܐܢܬ ܒܥܠܬܐ
ܗܢܐ ܒܝܫܬܐ ܐܬܝܐ ܥܠ ܗܠܝܢ
ܡܣܟܢܐ ܘܡܬܥܠܒܝܢ ܥܠܝܗܘܢ ܗܠܝܢ
ܥܡܠܐ ܒܥܠܐ ܕܒܥܠܐ ܠܥܠܡ : ܡܛܠ
ܕܗܟܢܐ ܕܚܠܝܢ ܗܘܘ : ܐܠܐ ܚܘܣ
ܥܠܝܗܘܢ ܘܐܝܟ ܗܘ ܕܥܝܕܗܘܢ
ܡܢܝܢܐ ܗܘܒܐ ܗܟܢܐ ܐܝܬܝ : ܗܘ
ܕܝܢ ܒܪܘܡܗ ܘܡܫܥܐ ܠܗ ܒܥܝܢܐ
ܘܐܡܪ ܠܗ ܕܐܙܠ ܐܡܪ ܠܗ : ܕܙܠ
ܐܡܪ ܠܗ ܠܫܡܥܘܢ ܗܘ ܕܝܠܝ :
ܕܐܢ ܨܒܐ ܕܢܦܘܠ ܡܟܣܗܘܢ ܡܢ
ܗܘ ܕܗܒܐ ܕܟܢܫ ܠܗ ܢܦܘܠ :
ܐܢܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܠܗܘܢ ܒܝܬ
ܐܣܝܪܐ ܢܦܠܘܢ ܐܢܐ ܠܗܘܢ : ܘܚܕ
ܝܘܡܐ ܠܐ ܢܦܘܩ ܐܢܐ ܠܗܘܢ ܡܢ
ܡܢܐ

dit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Age vero quemadmodum illi, qui Simeonis dicto obaudierunt, ampliſſimum obedientiae fructum reportarunt; ita qui eidem adverſati ſunt, miris modis adflicti, audaciae ſuae poenas dedere graviſſimas. Et illi quidem omnem numerum exceſſerunt: iſti vero plurimi memorantur; ex quorum cenſu fuit Senator quidam Antiochenus, vir omni ſcelere inquinatiſſimus, qui eo anno, quo in civitate Magiſtratum geſſit, multos dire vexavit, inter ceteros praecipue pauperes quoſdam opifices, qui in pellibus rubro colore inficiendis operam ſuam urbi locaverant: iis namque penſum triplo majus, quam quod ſingulis annis hactenus expenderant, indixit: cui ſolvendo quum impares ſe eſſe intelligerent, ex tota ejus opificii univerſitate viri circiter trecenti ad B. Simeonem venere, injuriam expoſtulaturi. Quos quum audiſſet Chriſti famulus, dolens, homines inſontes, egenteſque eam vim ſuſtinere, Senatorem, miſſo nuncio, admonuit his verbis: Vide, ne conſilio, operaque tua malum iſtud homines miſerabiles, & immerentes patiantur, intolerandum iſtud vectigal in perpetuum conlaturi (id enim ſe timere illi edixerant) ſed eorum miſeratus ſortem, praeter pecuniam jure, & conſuetudine praeſcriptam, cave, ne ab illis quidpiam exigas. At homo ille ſuperbus Sancti Viri monitum praepoſtere interpretatus, infremuit, & nuncium torve intuitus: Tu vero, inquit, Simeoni meo haec nomine referto. Si quidem iſtorum hominum vectigalia ſolvere conſtituit, eo videlicet auro, quod hucuſque adfatim conrogatum tenet, rem ipſe optime expediet, & utroſque noſtrum ea cura deinceps liberabit. Alioquin ſi debitores ipſos in manus meas venire contigerit, carceris paedore omnes utique conficiendos eſſe ſciat; idque nec in unum diem ejus gratia fore differendum. Quae quum B. Simeoni renuncia-

Senator Antiochenus monita S. Simeonis flocci faciens, horrẽdas ſcelerum ſuorũ dat poenas.

ta

ta fuiſſent, ſublatis in Caelum oculis: Si novit, inquit, Deus, ſervum ſuum praeter iſtas pelliculas, quibus tegor, poſſediſſe, ſeu adtrectaſſe aes, Regis mortalis imagine ſignatum, ex quo Monachus factus ſum; tum me idem bonis omnibus avertat: obtrectatoribus autem, iſta ſuſpicantibus, mihique improperantibus, oro, ignoſcat in ſupremo Judicii ſui die: iis interim, qui injuriam paſſi ſunt, pro ſua aequitate, arbitrioque provideat. Poſt triduum poena ſceleſtum conſequuta eſt, ſi qua alia atrox, & horribilis. Enim vero necdum e Simeonis Septo adcuſatores deceſſerant, quum nunciatum eſt, miſerum illum Senatorem repentino hydrope correptum foedum in modum ventre intumuiſſe; indeque tam acri dolore ſubito adflictum, ut in rabiem eo agi videretur, atque humi ſeſe provolveret, & huc atque illuc agitaret phrenetico ſimilis. Ea porro calamitate infelix Senator admonitus, Chriſti famulum primum per literas contumaciae ſuae poenam deprecatus, tum. miſſis per ditionis ſuae loca nunciis, Sacerdotes etiam atque etiam obteſtatus eſt, ut Chriſti famulum per ſe convenirent, ejuſque benedictionem infimis precibus ſibi expoſcerent. Animadverterat enim, malum nulla medentium arte poſſe ſuperari; Medicos ſiquidem complures conſuluerat, a quibus, poſt adhibita cetera artis remedia, ad ardentiſſimum ſolem arena defoſſus, ibidemque ſe continere juſſus fuerat, quoaduſque torrefacto corpore, cutem deponeret, inutili curatione mire diſcruciatus. Simeon itaque, vicinorum pagorum Curionibus, & plebe inſtantiſſime ſupplicantibus, tantiſper exorari ſe paſſus, rem Deo committendam eſſe reſpondit, ſimulque adferri aquam juſſit: qua adlata, Oratores compellans: Aquam iſtam, inquit, homini deferte; & ſi quidem Deus praenoſcit, illum a recuperata valetudine ad meliorem frugem eſ-

ܡܢ ܐܠܝܗܘ ܢܚܙܐ ܡܢ ܢܟܚܬܐ
ܒܫܥܬܐ : ܡܫܝܚܐ ܕܡܬܚܠܡ
ܠܗ ܦܠܚܝ ܡܬ̈ܐ ܗܦܟܝ ܚܠܬ
ܬܫܡܫܬܐ ܕܡܫܥܝܢܐ : ܐܢ ܕܝܢ
ܢܓܗ ܡܢܗ ܕܠܐ ܚܙܐ ܡܢ ܒܝܬܗ
ܐܟܠ ܡܫܝܢܐ ܣܢܐ ܠܗܘܢ : ܟܕ
ܕܝܢ ܐܬܐ ܗܘ ܕܥܡܝܠ ܦܠܚܝ ܡܬ̈ܐ
ܘܡܢܝܢ ܕܢܦܘܠ ܒܐܦܬܐ ܕܒܝܬܗ
ܕܗܘ ܒܡܠܘܟܐ : ܡܢ ܥܠܬܐ ܐܟܐ
ܕܢܬܗܦܟ ܒܟܪܣܗ ܡܢ ܐܠܝܨܘܬܗ
ܘܐܬܠܟܒܬ ܟܪܣܗ ܘܢܦܩܘ ܠܗܘܢ ܘܢܦܫܗ
ܢܦܩܬ ܘܠܐ ܒܝܫܐ ܐܝܟ ܦܠܚܝ ܡܬ̈ܐ ܐܟܠ
ܡܫܝܢܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܢܐ . ܘܗܘܬ
ܕܚܠܬܐ ܪܒܬܐ ܘܐܬܕܪܟܘ ܒܝܫ̈ܐ
ܘܐܫܬܒܚ ܐܠܗܐ .

ܗܘܐ ܛܪܝܒܘܢܐ ܚܕ ܕܡܠܟܬܐ ܐܝܬ
ܗܘܐ ܒܐܬܪܐ ܕܢܟܦܠܝܐ ܒܟܘܪܐ
ܕܢܘܡ̈ܕܝܐ ܕܚܘܠܛܢܐ ܦܬܓܡܐ ܗܘܐ
ܘܡܢܟܣ ܗܘܐ ܠܝܬܡ̈ܐ ܘܐܪ̈ܡܠܬܐ
ܘܓܙܠ ܡܢܟܠ ܕܠܐ ܒܕܝܢܗ ܘܠܐܬܪܐ
ܘܠܕܡܠܟܘܬܐ ܡܢܟܣ ܗܘܐ ܘܒܙܐ
ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܕܚܠ ܗܘܐ ܘܒܢܝ ܢܫܐ .
ܘܐܬܒܥܝܘ ܗܟܢܐ ܘܐܬܘ ܐܘܕܥܘ ܠܗ
ܠܛܘܒܢܐ ܡܛܠܬܗ : ܟܕ ܫܡܥ ܕܝܢ
ܡܪܝ ܟܠ ܗܠܝܢ ܒܥܠ ܕܒܝܬܐ ܗܘܐ
ܫܠܚ ܠܗ ܕܢܐܡܪ ܡܢ ܦܠܚܝ ܬܢܚ̈ܬܐ
ܒܬܪ ܕܫܡܥܬ ܥܠܝܟ ܕܢܟܬ ܐܝܬ ܘܠܐ
ܐܬܦܢܐ ܕܠܐ ܕܝܠܟ ܕܠܐ ܬܡܢܥ ܐܦ ܗܘ
ܕܝܠܟ . ܗܘ ܕܝܢ ܥܒܝܕܐ ܒܥܝܪܐ
ܒܬܪܝܨܘܬܗ ܘܒܪܡܘܬܗ ܠܐ ܫܦܝ
ܠܗ ܕܡܠܬܗ ܕܩܕܝܫܐ ܠܐ ܩܒܠ ܐܠܐ
ܐܘܣܦ ܥܘܠܐ ܥܠ ܥܘܠܐ ܘܐܚܕ ܠܗܘ
ܕܐܫܬܕܪ ܠܘܬܗ ܘܡܚܝܗܝ ܒܫܘܛܐ
ܘܐܡܪ ܠܗ ܕܙܠ ܗܫܐ ܐܡܪ ܠܗܘ ܕܫܕܪܟ
ܘܥܒܕ ܚܙܝܢܐ ܐܟܘܬܗ ܐܦܪܫܗ ܠܘܬ
ܕܝܢܐ ܕܡܪܝܐ ܘܥܠ ܡܫܘܚܬܐ ܕܐܠܗܝܐ
ܘܒܥܐ ܐܝܟ ܨܦܪܐ . ܟܕ ܠܡܚܪ ܗܘܐ ܗܘ
ܕܐܫܬܒܩ ܘܢܦܩ ܡܠܬܐ ܡܢ ܦܘܡܗ
ܠܐ ܢܟܣܬ ܐܠܐ ܐܝ ܗܘܐ ܟܠܗ ܕܐܡܪ
ܗܘܐ . ܦܫ ܐܝܟ ܡܢܝ ܡܝܬܐ ܥܡܝܡܝܢ
ܦܣܝܓܠܝܢ :

eſſe rediturum, ſimul ac illa adſpergetur, confeſtim Chriſti gratiam ſibi adeſſe ſentiet: ſin autem contrarium praevidit, praedico, aegrum aquam haudquaquam eſſe viſurum. Expeditur ſtatim qui aquam ad aegrotum celerrime deferat. Jamque domum intraverat, quum audiit', reum ſcelerum ſuorum poenas dediſſe; dumque doloris impatiens per lectulum ſeſe exagitat, ex violenta corporis quaſſatione dirupto ventre, per fracta viſcera animam effudiſſe, ipſo rei eventu Simeonis vaticinium comprobante. Quo miraculo ſceleſtis utilis timor incuſſus eſt, juſque ſuum inſontibus vindicatum, cunctis manifeſtam Dei juſtitiam praedicantibus.

Habebat Arabum Regina in regione Nachiphelorum Tribunum, hominem nequiſſimum, qui poſthabita Deï reverentia, pupillos, & viduas vexabat; ſed & Provinciam rapinis, & iniquis vexationibus infeſtam habebat. Quamobrem communi incolarum conſilio decretum eſt, ut oratores ad B. Simeonem ea in cauſſa mitterentur: quibus ille benigne exceptis, remiſit qui Tribunum in haec verba admonerent: Vide, ut ab iſtis flagitiis, quorum pridem delatus fuiſti, poſthac abſtineas, ne forte dum aliena rapis, ipſe tua ſimul amittas. At homo inſolentiſſimae ſuperbiae, profundiſſimaeque avaritiae non modo ſancti Viri admonitiones repulit, ſed praeterita ſcelera novo crimine exaggerans, ejuſdem nuncium, contra jus, & fas comprehenſum, male multavit; deinde probris, & conviciis adfectum, his cum verbis dimiſit: Abi nunc, & fac, ut ille, a quo miſſus fuiſti, te quantocius videat. Necdum illuxerat poſtera dies, quum nefarium, ac ſceleſtum hominem Dei Vindicis ira, nil minus opinantem, oppreſſit: ſub ipſum fere temporis momentum, & in ipſo fere veſtigio miſer arefacto, ſtipitis adinſtar, corpore, membriſque torpentibus, concidit: nec poſt

Tribunus Arabs nuncii S. Simeonis male multans repente corruit.

caſum quidpiam eſt loquutus, praeter hoc unum: Domine Simeon, oro te, miſerere mei. Simulque exſpiravit, elatuſque eſt eodem, ut dixi, Simeonis nuncio praeſente.

S. Simeon a monitionibus abſtinens, Caeleſti Viſione corripitur.

Inter haec deferuntur ad S. Simeonem querelae plurimorum, importunas ejuſdem in cauſſis viduarum, atque pupillorum, aliarumque miſerabilium perſonarum interceſſiones, ac monita criminantium. Homines iſti erant, qui Dei judicium parvi pendentes, miſeram plebem opprimebant. Id vero permoleſte ferens Chriſti famulus, eos, qui talia detulerant, adpellans: Deum, inquit, praeſentem teſtor, me iſtis, qui mea monita ſe tolerare non poſſe dicunt, eadem illis pro ipſorum utilitate, & ſalute a me ſuggeſta fuiſſe, meque eoſdem frequenter oraſſe, ut beneficentiae adſueſcerent, & egentium, infirmorumque miſererentur: ſimulque pauperibus, & inferioris conditionis hominibus quibuſcumque Dei timorem praedicaſſe pietatem & Sanctorum imitationem. Nunc vero haec hactenus utcumque tentaſſe ſufficiat: nam poſthac quandoquidem monitorem faſtidiunt, ſtat cauſſam iſtam Deo committere, ut ipſe pro ſua ſapientia, atque bonitate illam expediat. Eadem diſcipulis ſuis praefatus, praecepit, ne monita ad quemquam perſcriberent, neve aliquid a quopiam acciperent, dum ipſe de toto ejuſmodi negocio Dei ſententiam, adprobationemque exploraret. Poſt dies circiter triginta ſupervenere qui factam ſibi injuriam expoſtulabant; ſed quum nemo illos audire, aut defendere vellet, & Sancti Viri diſcipuli, Praeceptoris juſſa veriti, neminem ſuſciperent, hoſpites ea agendi ratione non parum offenſi, nec ſine ſtomacho diſceſſere. Dum igitur B. Simeon Dei voluntatem explorat, ſpecies admirabilis, & horrenda intempeſta nocte precanti oblata, tantum eidem metum incuſſit; ut ſupra quam dici poteſt perterrefactus, totus in-

[illegible]

inhorreſceret. Duo Viri eximia magnitudine, & forma repente adparuere; ſplendentibus inſignibus illuſtre Virorum agmen ſequebatur. Tum vero agminis ductor alter Simeonem ſevero, triſtique vultu intuitus: Hoccine eſt, inquit, facilem, & benignum ſeſe omnibus promiſcue hominibus praebere: quod nimirum tibi pridem mandatum fuiſſe memineras, ſi quidem ea, quae initio oſtendiſti, & deinceps feciſti, eriam ad exitum augeri, & compleri velles? Aſt tu contra nihil iſtud penſi habens, animum tenere, tibique imperare necdum didiciſti; adeo ut brevi moleſtia victus hominum, qui a me ad te mittuntur, pertaeſus apud te dudum ſtatueris, pauperibus, & adflictis operam tuam denegare. Divinum praeterea miniſterium tibi itidem commiſſum deſerere modo agitabas, cavens, ne quis tuorum ab ſponte offerentibus quidpiam acciperet. Et nunc, quoniam hoc tibi placere video, quas tibi pridem tradideram, claves auferam, & alteri tradam: tuque interim beata, pacataque vita in hac ſolitudine fruere. Haec primus. Quum ab altero, qui nimirum animadverterat, Simeonem collegae objurgatione vehementer perculſum, pro eodem interceſſum eſt, in haec verba: At ego, inquit, fidem pro illo jubeo, eum poſthac imperata ſine cunctatione facturum. Tum ad Simeonem converſus: Tuum, ait, eſt docere; Domini vero eſt providere, ut negocium ſuum habeat exitum. Tu itaque quod tuum eſt, praeſta, & Dominus, quod ſuum eſt, itidem praeſtabit.

Opportunum adcidit, ut poſt ejuſmodi viſionem duo juvenes ad Chriſti famulum Simeonem venirent. Erant ambo fratres, patria Antiocheni, quorum pater Simeoni veteri neceſſitudine erat conjunctiſſimus. Querebantur, ſe a Comite Orientis, homine crudeliſſimo, ob ſuſceptam dudum cum ipſorum parente inimicitiam, iniquiſſime vexatos, & nunc eun-

Comes Orientis ejus monita contemnēs, miſere interit.

eumdem nullum non movere lapidem, ut ambos publieae cuſtodiae manciparet. Simeon, cognita re ſicut juvenes expoſuerant, Comitem per internuncium admonendum curavit, his verbis: Cave, ne pueris iſtis negocium faceſſas; ſunt enim mei. At homo vafer, & cujuslibet rei ſimulator, & diſſimulator, lupinam rabiem ovina obtegens pelle, B. Simeonis ſimplicitati facile ſe impoſiturum arbitratus, per eundem internuncium ita reſpondit: Ego vero ab animo cuiquam nocendi tantum abſum, ut ſi modo ipſe juſſeris, ad infima quaeque obſequia cum iſtis adoleſcentibus deſcendere, non recuſem. Jamque adpetebat Quadrageſimae ſolenne jejunium, quo durante, Septum claudendum eſſe Comes intellexerat; reduces iraque paullo poſt in urbem juvenes, miſſis ſatellitibus, comprehendi imperat: carcerem minatur, niſi vadimonium ſiſtant, ſpondeantque, ſe praeſtituto die Curiam ad publica ſervitia ſubituros. Deinde Simeoni inſultans, id ipſum illi quamprimum ſignificare jubet adoleſcentes, epiſtolamque per eorundem famulum beato Viro perferendam dedit. Ea nequiſſimi hominis improbitate, inſolentiaque etſi maxime commotus Simeon, rurſus tamen Comitem admonere inſtituit, iterumque eidem reſcripſit in haec verba: Semel admonui, & nunc mihi monendus es: vide, ut pueros iſtos omni moleſtia liberes; ne indidem tibi aliquod infortunium imprudens adcerſas; tuque ipſe ad cauſſam dicendam traharis, & incaſſum, nimiumque ſero patrocinia quaeras. Sed ſanis conſiliis adcommodari non poterat homo Pharaonici faſtus, & ſuperbiae. Quamobrem poſita, quam pridem induerat, perſona, palam, & publice, univerſo Comitatu audiente, Simeonis nuncium adpellat, & : Vade, inquit, meoque nomine Simeoni haec profare: Nuper intellexi, te per iſtos quadraginta dies, clauſo Septo,

pto, ſeceſſum meditari: rem itaque mihi gratiſſimam feceris, ſi id temporis ſpatium, mala mihi precando inſumas: nam ſi quid boni mihi fueris precatus, nolim, mihi iſtud obvenire. Quod plane factum eſt: ignorabat nimirum homo ſtupidus imminentem capiti ſuo Divinae vindictae gladium. Quum enim Comitis reſponſum ejuſmodi nuncius retuliſſet, Simeon placide caput ſubrigit, & : Imprudens iſte, ait, petit, ut ipſi uni per totam quadrageſimam vacaturus, conſtitutas pro peccatis noſtris, & univerſi orbis ſalute preces intermittam; quaſi vero pronum illi ſit, Divinae vindictae impetum repellere. Et nos quidem quod ipſi profuturum noveramus, conſilium ſuggeſſimus. Ceterum quoniam ipſe maledictionem pro benedictione optavit, quae idem vota fudit, eadem rata quantocius efficiet Deus. Vixque dies effluxerat, ex quo oſtium Septi Simeon occluſerat: quod Dominica die factum eſt: quum nefarius ille, qui nihil magis, quam res ſuas in tuta, & tranquilla pace conſtitutas eſſe credebat, Divini judicii ſententia ſubito oppreſſus eſt. Multis quippe acceptas ab eo injurias perſequentibus apud Imperatorem, & Hiparchum, variaque ejuſdem ſcelera deferentibus, feria tertia hebdomadae primae Jejunii, biduo poſt Simeonis ingreſſum, Comes a quinque Palatinis, ipſo crudelioribus, comprehenditur, dum forte per medium forum ſublimis vehebatur, ſervis cum toto comitatu dilapſis. Quodcumque reus portabat, totum ablatum eſt: fune inſuper pedem, mox collum conſtrictus, ad tribunal cum ingenti ſtrepitu, contemtuque, pertractus eſt: quia a Deo caſus ejus fuerat decretus. Heic vero & grandi pecuniae ſumma ab Hiparcho multatus, & in vincula conjectus, juvenes, quos dudum iniquiſſime vexaverat, ut ad ſe quamprimum venirent, flagitavit, praeſenteſque infimis precibus orare inſtitit, ut apud S. Simeo-

meonem in ipſius cauſſa intercederent, atque ab eodem literas ad Imperatorem commendatitias ſibi impetrarent, profeſſus, omnem illam calamitatem in caput ſuum incubuiſſe, ex eo quod S. Viri monita contempſiſſet. Cui optimi adoleſcentes: Atqui pridem nunciatum eſt, reſponderunt, Simeonem oſtium Septi jamdudum clauſiſſe, nec cujuſquam colloquium interea admittere ſolere. Et vero ſi Septi oſtium aperire licuiſſet, ille profecto & hominem ſupplicem benigne excepiſſet, & apud Imperatorem, & Curiae Praefectos per literas negocium ejus tranſigendum ſuſcepiſſet: Chriſti enim famulus Domini ſui morum diligentiſſimus imitator fuit. Ab omnibus itaque deſertus infelix reus, cum infamia, & dedecore omnium maximo per varias Imperii urbes circumductus in Regiam urbem deportatur, cauſſam coram Imperatore dicturus, a quo bonis omnibus exſpoliatus, etiam in exſilium projectus eſt: quo neutiquam pervenit, per viam peſſimo fato interceptus, maledictione, quam ipſe ſibi optaverat, ad exitum uſque illum proſequente.

Praegrandium Soricū genus, pecori, & hominibus infeſtum, agro Aphſonitarum exterminat.

Interea Simeon, patefacto Septo, populis eo adſatim confluentibus operam ſuam, atque ſe ipſum reddiderat, quando promiſcuum hominum vulgus ad ejuſdem fores adparuit. Incolae erant Aphſonitidis, qui querebantur, inauditum praegrandium Soricum genus agro ſuo ex inopinato incubuiſſe, pecori perinde, atque hominibus maxime infeſtum: ubi enim ſomno ſopitas oves inveniſſent, aut ſolitarie paſcentes, eaſdem infeſto agmine invadebant, perforatoque abdomine, viſcera vorabant: auſi etiam boves, & majora pecora pertentare, ſingulos tauros, aut aſinos quinquageni, vel centeni adoriebantur, fugientes pertinaciſſime inſequebantur, donec beſtia, contento curſu debilitata ſuccumberet; tum vero conglobati, in praedam involabant. Nec vero hominibus

ܡܚܘܠܬܗ ܘܐܫܬܪܝܘ ܣܘܥܪܢܐ
ܟܠܐ ܘܐܬܡܢܝܘ ܒܗ ܦܩ̈ܕܐ ܐܝܟ
ܕܦܩܕ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܡܥܒܕ ܐܝܬܝ
ܠܘܬܝ ܡ̈ܠܟܐ ܕܢܬܠܫ ܗܘܐ ܠܡܚܠܬܗܘܢ
ܘܐܡܪܝܢ ܐܢܘܢ ܕܗ ܐܡܪ . ܕܒܠܗ ܐܬܟܠܝܘ
ܠܬܪܥܐ ܕܣܝܓܐ ܠܡܫܪܝܐ
ܡܛܠܠܗ . ܕܝܢܝܢ ܐܦܠܐ ܕܗܘܐ ܟܠܢܫ
ܚܘܐ ܥܠ ܕܥܢܝܬܗ ܡܠܠܗ ܠܕܥܒܕ
ܗܘ̈ܝ ܕܝܢ ܚܝܒܗ ܘܐܡܪܘ ܠܗ
ܕܠܡܐ ܡܢ ܫܡܥܘܢ ܡܫܝܚ ܗܘ
ܓܒܪܐ ܕܗܝܟܠܗ ܡܢ ܐܢܫ ܠܐ ܡܬܦܠܠ
ܠܐ ܚܙ ܡܪܢ ܒܐܠܘܬܐ : ܐܠܐ ܐܝܟ
ܟܝܢ ܗܘܐ ܓܒܪܐ ܕܗܝܟܠܗ ܡܥܒܕ
ܘܠܡܠܟܐ ܟܬܒ ܗܘܐ ܘܠܗܘܦ̈ܪܟܐ : ܡܢ
ܠܒܪ ܫܡܥܘܢ ܡܢܫܡܠܘܬܗ ܐܝܟܢܐ .
ܘܒܕܪܘܗܝ ܘܫܠܚܘܗܝ ܒܡ̈ܕܝܢܬܐ ܟܠܗܝܢ
ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܘܪܚܐ : ܘܟܕ ܚܕ ܠܡܕܝܢܬܐ
ܕܡܠܟܘܬܐ ܐܦ ܠܘܬ ܕܢܐܙܠ ܩܕܡ ܗܘܐ
ܠܗ . ܘܐܬܝܗܒ ܠܗ ܡܢܝܢܐ ܘܗܘܐ ܐܫܝܕܐ
ܠܐܣܟܘܠܐ . ܘܟܕ ܐܙܠ ܠܡܘܬܒܐ ܡܫܒܐ
ܡܢܘܬܐ ܒܝܫܬܐ ; ܘܠܘܛܬܐ ܗܝ
ܕܫܐܠ ܗܘ ܠܢܦܫܗ ܒܕܡܐ ܠܚܪܬܐ
ܕܚܝܘܗܝ .

ܒܬܪ ܗܕܐ ܦܬܚ ܡܢ ܕܐܬܦܬܚ
ܬܪܥܐ ܕܡܫܝܓܬܗ ܕܐܬܟܢܫܘ
ܐܬܘ ܠܘܬܗ ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ
ܡܢ ܣܦܪܐ ܕܐܦܣܘܢܐ ܘܐܘܕܥܘ
ܠܡܕܝܢܬܗ : ܡܛܠ ܚܘܒܕܢܐ
ܗܘܠܝܢ ܥܩܒ̈ܪܐ ܘܐܬܝ̈ܠܐ ܕܡܚܒܠܝܢ
ܗܘܘ ܚܩܠܐ ܒܕ ܚܝ̈ܘܬܐ ܘܐܟܠܝܢ
ܠܗܘܢ ܘܢܦ̈ܫܬܐ . ܘܥܒܕܝܘ ܗܘܘ
ܐܦ ܒܥܘܪ̈ܐ ܡܚܪܒܝܢ̈ܐ ܕܗܘܘ
ܗܘܬ ܚܕܬܐ ܐܘ ܢܩܒܐ ܐܘ ܚܡܪܐ
ܡ̈ܚܩܝܢ ܘܦܫܝܢ ܟܕ ܚܝܝܢ ܒܬܪ
ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܚܡܫܝܢ ܐܘ ܡܐܬܐ
ܚܒܪܐ ܕܪܕܝܦܐ ܚܝܘܬܐ
ܘܢܦܠܐ ܘܐܟܠܝܢ ܠܗ : ܘܗܘܝܢ
ܠܡ ܢܚܝܪܝܢ ܐܝܟ ܚܝܘܬܐ . ܘܡܢ
ܡܕܡ ܐܝܬ ܠܐ ܚܪܝܢ ܠܐ ܐܦ ܒܒܢܝ̈ܢܫܐ
ܠܚܠܠܐ ܘܚܕܐ ܡܛܠܬܐ
ܗܘܘ

[Syriac text illegible]

bus minus exitiales erant, ſoliti poſt parvulos, canum more, curſitare: quodque Soricum generi prorſus eſt inſolitum, Suum inſtar grunnibant. Haec monſtra illis narrantibus, Simeon perinde ac rei novitate obſtupefactus, haeſit aliquantiſper: mox miſerorum calamitati ingemiſcens: Impetum abominandi reptilis, inquit, nemo poterit ſuſtinere: ſiquidem a Deo, ſcelerum vindice, poteſtatem accepit. Poſtremum quum illi ſupplices inſtarent, & in lacrymas funderentur; caſus, nimirum, acerbitate permotus: Sumite, ait, pauxillum ex iſto pulvere, in nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti, eoque tres in qualibet domo Cruces deſcribite: ſingulas deinde in ſingulis quatuor oppidi plagis; ubi etiam per triduum vigilias, & Oblationem celebrabitis, precibuſque Deum vobis propitium reddere ſatagetis. Equidem confido Deo meo, omnem ejuſmodi peſtem poſt triduum exſtinctum iri; nec vel unam ex eo beſtiarum genere ad memoriam eſſe remanſuram. Ea B. Viri ſponſione freti Aphſonitae, in patriam revertuntur: quaecumque ab eo fuerant imperata, fecerunt, ea ſucceſſus felicitate; ut eodem, quo ille praeſignaverat, die beſtiae illae in auras evanuiſſe viſae ſint, vel certe aliquo terrae hiatu abſorptae; adeo nullae uſquam deinceps illarum reliquiae adparuere. Quod illi publice poſtea teſtati ſunt, ad agendas beato Simeoni cum ſolenni officio gratias, ad ejus Mandram reverſi.

Aphſonitas poſtmodum, nec diſſimili ex cauſſa, ſubſequuti ſunt Libaniotae. Libani [19] Montis juga, ſic porro indigenae narrabant, dudum invaſerat ferarum genus, hominum praecipue exitiis datum: quotidiana funera queſtubus, & lacrymis omnia compleverant: adeo nullum pagum in toto Libano invenire erat, unde non bina, vel terna capita quot diebus ab illis beſtiis ad lanienam

Aliud ferarū genus hominibus exitioſiſſimum fugat & Libaniotas ad Chriſti fidem convertit.

19

nam raperentur. Quandoque conſpectae ſunt muliebri forma, ſparſo mulierum in morem capillo, per agros palari, auditaeque ſimiliter horrificos edere ejulatus. Frequenter etiam ſub propria beſtiarum ſpecie in domos irrumpere auſae, & homines invadere; ſic ut infantes e ſinu matrum, & nutricum raptos, ipſis praeſentibus, & nequidquam luctantibus, diſcerperent: unde continuus in aedibus luctus, & moeror. Sed agros magis infeſtos tenebant; adeo ut turmatim procedere incolae cogerentur gladiis, & ſudibus armati, nec tamen citra periculum: beſtiae ſiquidem ſimulata primum fuga, mox a tergo adrepentes poſtremos agminis carpebant. His, atque ejuſmodi multis ſuam calamitatem exaggerantes Simeon interpellavit, & Enimvero, ait, veſtris conſentaneam actibus mercedem rependit Deus: & quoniam ſummum rerum Opificem, qui, quum nulla re egeret, ex gratuita ſua caritate vos condidit, ſuaque providentia hactenus aluit, abjeciſtis, & inania, fictaque Numina, nihilque vobis profutura complexi eſtis; propterea vos immanibus cibum deſtituit feris, ſic meritas tantae perfidiae poenas daturos. Agite nunc, miſeri, adite Numina veſtra, opemque in tanto diſcrimine ab Idolis veſtris expoſcite. Illa, ſi quid porro valent, peſtem Caelo vobis immiſſam avertant. Quum autem illi nihilominus inſtarent, ſupplicesque ad baſim columnae adcidiſſent, atque contentiſſima vociferatione culpam faterentur, poenamque infimis precibus deprecari pergerent, complures Chriſtiani, qui illuc orationis cauſſa confluxerant, calamitoſorum hominum commiſeratione capti, ſuam ſimul operam, preceſque apud Dei famulum interpoſuere; poſtremoque evicerunt, ut miſeris pro more opitularetur. Et vero lacrymis digna viſa eſt illorum calamitas; quum, ſicuti narrabant, parentes frequentiſſime coge-

gerentur, filios inter immanium ferarum rictus ſpectare, & in ipſo nutricis ſinu, ipſis praeſentibus, impune diſcerpi, ſemeſaque cadavera per compita, viaſque raptari, nemine contra beſtiarum impetum ſtare audente, aut valente, ſeu vi, ſeu arte earundem infeſtationem praevertere. Quamobrem Simeon Libaniotis placatior factus: Nunc vero, inquit, ſi priſcum errorem abjicere, & Deum Conditorem veſtrum poſthac agnoſcere, colereque deliberaveritis, polliciti, vos in poſterum Chriſtianos facturos, noſtrumque baptiſmum ſuſcepturos; ego viciſſim ſpondeo, me iſtiuſmodi perniciem apud Deum a vobis deprecaturum, vobiſque praeſentibus & videntibus, veri Numinis clementia, peſtem illam ſublatum iri, quae, rectiſſima utique ejuſdem juſtitia jubente, terras veſtras hactenus infeſtavit. Ad haec illi quaecumque pro occaſione communis ſuggerebat dolor, ex animo pollicebantur, datoque inſuper chirographo, Chriſtiana Sacra ſe eſſe ſuſcepturos ſpoponderunt: abjectaque avorum ſuperſtitione, ſcelerata delubra funditus exciſuros, atque ſimulacra confracturos, modo ab illo metu, Simeonis opera, reſpirarent. Tum vero ille, impetrato, quod unice optaverat, ſuſcipiendae Chriſtianae Religionis propoſito, mox ſubjecit: Aſportate ex iſto pulvere in patriam veſtram: ibique ſingulorum pagorum quatuor fines totidem lapidibus ſignate: & ſi quidem Chriſtiani Sacerdotes inter vos verſantur aliqui, illos adcerſitote, iiſque docentibus, tres Cruces ſuper ſingulos lapides deſcribite, & per triduum vigilias Chriſtiano more peragite: quibus expletis, pro certo habetote, praeſentis Numinis opem ibidem vos viſuros fore: etenim ſpero, Dominum meum Jeſum Chriſtum beſtias cohibiturum, quominus poſthac Dei imaginem corrumpant. His dictis meliora ſperare docti, abjerunt, & in patriam

triam regreſſi compererunt, ab eo die, quo B. Simeon oraverat, condixeratque, feras a caedibus certiſſime ceſſaturas, eaſdem nec domos intraſſe, nec incolarum quemquam infeſtaſſe: ſi quem vero palantem per agros offenderent, innoxias praeterire, quaſi caeleſte mandatum reverentes. Sed nec illis per agros vagandi libertas diu conſtitit; nam poſtquam incolae quae a S. Simeone praeſcripta fuerant, perfecere, ea divinitus circa ſaeviſſimas beſtias geſta ſunt; ut miraculi evidentia convicti indigenae, vulgus promiſcuum virorum, & mulierum, puerorum & infantium ad S. Simeonem venerint, votique reos ſe ultro confeſſi, baptiſmum poſtularint. Heic vero rem, ut geſta fuerat, exponere pro concione juſſi, in hunc modum ad frequentiſſimam coronam loquuti ſunt: Simul ac in patriam venimus, quod ſanctitas tua mandaverat, lapides fiximus, & Cruces in eis deſcripſimus: vigilias ſimiliter celebravimus, quibus finitis, videbamus beſtias ire, ac redire vias; & ubi lapides Cruce ſignatos offenderent, ut quae eos adtingere non auderent, circum eoſdem ſtrepere, & horriſonis ululatibus omnia late loca complere: remotiora montis juga obtinentibus ad inſolitos mugitus trepidantibus: & aliae quidem circum lapides euntes, ibidem concidebant: aliae vero noctu per agros vagabantur, auditaeque ſunt muliebri voce ululantes, verbiſque more humano formatis, iſta ingeminare: Heu, Simeon, quibus nos obruiſti malis! Haec autem ſaepius vociferatae, in veſtigio exanimabantur. Sic multiplici fato omnes conſumtae, videri deſierunt: adeo nullae poſtea ejus generis ferarum reliquiae uſquam adparuere. Coria etiam tria, quae illarum beſtiarum eſſe adfirmabant, monſtrabant, quae ad oſtium Septi omnibus conſpicua diu pependerunt. Pelles erant varii coloris: nec tamen tigres, aut lupos, aut aliud ferarum

[illegible]

rum genus nobis hoc tempore cognitum repraeſentabant.. Per hunc modum ab jugis Libani· Idolorum cultus tandem abrogatus, & omnino ſublatus eſt. Poſt ſeptem dies diſceſſere, ſummas Deo agentes gratias, a quo maximis donis corpori, magis autem animae profuturis, adfecti fuerant. Indeque factum eſt, ut continuae a Monte Libano ad Simeonis Septum bominum concurſationes fierent: multique, necdum enim omnes ejus loci adcolae Chriſtiani facti fuerant, per eam occaſionem noſtrae Religionis praeceptis imbuerentur, & ad baptiſmum unacum liberis ſuis convolarent [20]. 20

Fons erat apud locum, quem [21] Anadris incolae dicunt, qui ex una licet vena expreſſus, tantam tamen aquarum copiam trahebat, ut omnes circum terras felici adluvione inrigaret. Hic repente exaruit, periere ſimul arbores, & ſata ſolita inrigatione deſtituta; conducti propterea arifices ſcatebram, ſubmota tellure, detegere, & aquam in priſtinum alveum reducere conati ſunt: ſed inutili prorſus labore, donec re velut deſperata, ad S. Simeonem venire coacti ſunt: eam nempe mali cauſſam ſuſpicari jam coeperant, quam eidem aperire maxime erubeſcebant. Edixerat pridem Simeon, monueratque frequenter, ut omnes Chriſtiani Dominica die ad veſperam uſque feriarentur, indictamque ab omni opere vacationem obſervarent: quod ſancti Viri monitum euncti fideles obſervaturos ſe ſancte ſpoponderant. Ruſticus autem quidam ſub lucem conſequentis diei Dominicae aquas in ſata derivare nibilominus auſus fuerat: quem quum ejuſdem populares maxime objurgare, atque apertae inobedientiae poenas ab eo exigere debuiſſent, non modo indignum facinus adprobavere, ſed etiam imitati ſunt, deſertaque Eccleſia, ſuuum ſinguli ruſticum inſtrumentum illue comportarunt. Sed reos in flagranti ſcelere oppreſſit

Fonti, ob aquas die dominica in ſata derivatas exarenti, reſipiſcētibus agricolis, laticem triplo copioſiorem reſtituit.

21

poena : mane enim poſtero penitus exaruiſſe fontem reperiunt , ſataque inſuper die Dominica inrigata , perinde ac ſi injectis flammis conflagraſſent , in cineres abiiſſe . Quo infortunio ſupra quam dici poteſt perturbati , confuſique , palmis ora contundere , ſuamque temeritatem , & contumaciam incuſare ; inde de remedio deliberari coeptum . Quumque fruſtra omnia pertentaſſent , poſtremo S. Simeonem , ut modo ajebam , adire compulſi ſunt , eundemque quid in ea calamitate factu opus eſſet , diſſimulata ejuſdem cauſſa , conſulere . Sed enim ille fucum ſtatim ſubodoratus : Ego vero , inquit , in hoc facto aliquod ſublatere crimen praeſentio : quare , remotis ambagibus , rem plane edicite . Heic illi , ubi ſe deprehenſos fuiſſe animadverterunt , culpam palam , & candide confeſſi ſunt . Enimvero vix dici poteſt , quanto zelo Vir ſanctus ſubito exarſerit ; adeo non illi viſum ſatisfuit , homines increpuiſſe , niſi etiam ignominia adfectos , & plagis inſuper male multatos a conſpectu ſuo abegiſſet . Eo cum dedecore rei extra Mandram rejecti , ſub ipſo nihilominus limine conſtitere , rogantes , prenſanteſque obvios quoſcumque , ut ipſorum culpam apud Chriſti famulum deprecarentur : qua via quum etiam negocium minus procedere intellexiſſent , Sacerdotes ejuſdem loci , alioſque Presbyteros & Periodeutas , ut operam , authoritatemque ſuam interponerent , rogaverunt . Jis tandem officiis delinitus Dei ſervus , praeſertim poſtquam reſcivit , eoſdem in veſtibulo exteriori ad tertium diem in maximo luctu , & moerore perſeveraſſe , rurſus intra Septum redire juſſos , in hunc modum adloquutus eſt : Jam ambigere non poteſtis , miſeri , ut ego vobis utile conſilium dudum ſuggeſſerim , ut qui de ſalute veſtra ſim impendio ſolicitus : non enim aurum veſtrum quaero , ſed animas , quas Divino conſpectui tutas , &

ܚܠ ܐܦܝ̈ܗܘܢ ܠܡܚܪ ܕܐܬܥ ܠܗܘܢ
ܒܡܥܝܢܐ ܕܡܝ̈ܗܘܢ : ܟܕ ܕܝܢ ܐܠܝܗ
ܘܐܬܚܪܒܘ ܒܚܕ ܒܫܒܐ ܡܬܦܩܚܝܢ
ܡܚܘܕܝܢ ܡܢ ܚܕ ܡܢ ܐ̈ܚܐ
ܘܐܬܐܠܨܘ ܠܗܘܢ ܕܢܠܟܘܢ ܠܘܬ
ܠܩܕܝܫܐ : ܡܢܚܐ ܕܥܡܝܕ
ܗܠܝܢܘܢ ܕܡܕܡ̈ܝܢ ܒܕܝܢ ܘܐܫܟܚܘ
ܘܐܡܝܢ ܠܗܘܢ : ܕܗܕܝܢܐ ܡܢܕܡ
ܚܕܬ ܢܡܘܣܐ ܦܪܫܘܬ ܠܝ :
ܟܕ ܕܝܢ ܚܙܐ ܕܠܐ ܢܫܟܚ
ܠܗܘܢ ܐܘܕܥܘ ܒܠܒܗ ܥܡܘܬܐ
ܐܝܟ ܕܐܬܥܠܝ ܘܐܝܟ ܕܐܬܓܠܝܬ :
ܟܕ ܕܝܢ ܚܙܐ ܗܘ ܩܕܝܫܐ
ܚܙܐ ܥܡܗܘܢ ܐܬܬܦܝܪ
ܗܘܘ ܦܘܪܫܢܐ ܘܒܥܐ ܐܢܘܢ ܡܢ
ܒܥܡܐ ܚܕܬܐ ܘܡܚܝ̈ܢܘܬܐ :
ܐܝܟ ܗܕܐ ܩܕܝܫܐ ܚܒܝܒ ܗܘܐ
ܚܙܝܢܗ ܕܡܪܗ : ܟܕ ܕܝܢ
ܢܦܩܘ ܡܢ ܠܘܬܗ ܒܒܗܬܬܐ
ܥܒܕܘ ܢܦܫܗܘܢ ܡܦܝܣܝܢ
ܠܗܘܢ ܚܠ ܗܘ ܬܪܥܐ ܒܬܪܥܐ
ܕܡܢܕܪܐ ܘܗܘܘ ܦܝܣܝܢ
ܠܟܠ ܢܫܐ ܘܡܬܟܫܦܝܢ
ܘܡܦܝܣܝܢ ܠܟܠ ܦܓܥ
ܕܢܒܥܘܢ ܥܠܝܗܘܢ ܐܝܟ ܕܢܦܝܣ
ܒܥܠܝܗܘܢ ܠܩܕܝܫܐ : ܘܐܦ
ܠܟܗ̈ܢܐ ܐܦܝܣܘ ܠܩܫ̈ܝܫܐ
ܐܬܪܐ ܘܠܦܪܝ̈ܘܕܘܛܐ
ܘܐܦܝܣܘܗ ܠܩܕܝܫܐ :
ܘܟܕ ܫܡܥ ܕܬܠܬܐ ܝܘ̈ܡܝܢ
ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܒܬܪܥܐ : ܒܐܒܠܐ
ܘܒܥܩܬܐ ܥܠܝܗܘܢ ܘܦܩܕ
ܕܢܥܠܘܢ ܠܡܕܢܚܐ : ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ
ܕܐܡܪܬ ܠܟܘܢ ܡܫܚܠܦܘܬܐ
ܕܡܘܬܪܐ ܠܟܘܢ : ܠܐ ܓܝܪ
ܟܣܦܐ ܘܠܐ ܕܗܒܐ ܒܥܝܬ
ܐܠܐ ܠܟܘܢ ܠܢܦܫܬܟܘܢ
ܕܢܚܐ ܐܢܐ ܕܬܩܝܡܝܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ
ܕܐܠܘܗ ܐܦܠܐ : ܟܕ ܕܝܢ ܚܙܘ
ܕܡܠܬܗ

ܒܡܒܠܒܠܘܬܗܘܢ ܘܠܡܣܝܡܘ
ܩܝܡܐ ܒܟܬܒܐ ܕܐܝܕܗܘܢ ܐܝܟ
ܗܕܐ ܠܐ ܢܥܒܕܘܢ : ܐܡܪ ܠܗܘܢ
ܒܫܡܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܬܠܬ
ܠܗܝ ܟܐ̈ܦܐ ܕܨܠܝܒܐ ܡܪܫܡܢ
ܒܠܒܗܘܢ ܕܡ̈ܝܐ ܘܐܪܡܝܘ
ܐܢܘܢ ܒܓܘܗ ܕܡܒܘܥܐ ܗ̇ܘ
ܡܢ ܚܠܐ ܕܢܒܥ ܗܘܐ ܘܣܒܘ
ܚܠܐ ܡܪܫܡܘ ܒܗ̇ܘ ܨܠܝܒܐ
ܘܐܪܣܘ ܠܗ ܒܡܒܘܥܐ :
ܘܩܝܡܘ ܬܠܬ ܨܠܝ̈ܒܝܢ
ܡܢ ܗܪܟܐ ܘܡܢ ܗܪܟܐ
ܘܥܒܕܘ ܐܢܘܢ ܫܗܪܐ ܒܥܕܬܐ
ܘܠܨܦܪܐ ܡܕܡ ܣܒܪܐ ܡܢܢܐ
ܥܒܕܐ ܡܪܝ ; ܘܐܙܠܘ ܠܡܒܘܥܐ ܐܝܟ
ܕܐܡܪ ܠܗܘܢ ܘܟܕ ܚܙܘ ܒܨܦܪܐ
ܐܫܟܚܘ ܐܬܪܗܘܢ ܠܐ ܒܠܗܘܢ
ܕܢܦܩܝ : ܘܡܒܘܥܐ ܕܡܝܐ ܘܡܫܟܚܝ
ܬܠܬܐ ܐܦ̈ܝܢ ܥܠ ܕܡܢ ܩܕܡܝܬܐ:
ܘܐܬܘ ܟܠܗܘܢ ܒܟܢܫ ܘܡܫܒܚܝܢ
ܠܐܠܗܐ ܕܥܒܕ ܥܡܗܘܢ ܛܝܒܘܬܐ
ܘܐܙܠܘ ܒܫܠܡܐ .

ܗܠܝܢ ܘܕܐܟܘܬܗܝܢ ܡܢ ܗܠܝܢ
ܘܪ̈ܘܪܒܢ ܘܬܡܝ̈ܗܢ ܡܢ ܗܠܝܢ
ܒܝܕ ܛܘ̈ܒܢܐ ܫܡܥܘܢ ܥܒܕ ܡܪܝܐ
ܒܐܝܕܘܗܝ ܕܐܠܗܘܬܐ : ܐܝܢܐ ܓܝܪ
ܦܘܡܐ ܡܫܟܚ ܕܢܐܡܪ : ܐܘ
ܢܫܬܥܐ ܥܠ ܢܨܚ̈ܢܐ ܘܬܕܡܪ̈ܬܐ ܕܥܒܕ
ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܠܐܠܗܘܬܗ ܕܝܫܘܥ ܒܐܬܪܐ
ܕܐܬܟܠܬܗ : ܠܘ ܒܡܕܝܢܬܐ ܒܠܚܘܕ
ܐܠܐ ܐܦ ܒܐܬܪܘܬܐ ܪܚܝܩܬܐ ܡܢܗ ܕܚܢ̈ܦܐ
ܘܡܓܘܫܐ ܦܠ̈ܚܝ ܢܘܪܐ ܘܡ̈ܝܐ
ܘܒܝܡܐ ܒܓ̈ܠܠܐ ܕܝܡܐ
ܡܟܝܠ ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܥܠܘܗܝ ܗ̇ܘ ܕܐܡܪ
ܡܪܢ ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ ܚܕܐ ܕܐܡܪ
ܕܗܝܡܢܝܢ ܒܝ ܘܡܫܡܫܝܢ ܠܝ
ܥܒ̈ܕܐ ܕܥܒܕ ܐܢܐ ܥܒܕܝܢ ܘܕܝܬܝܪ̈ܢ
ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܥܒܕ ܐܢܐ ܥܒܕܝܢ ܒܫܡܝ :
ܟܕ ܗܘܐ ܟܠ ܐܝܡܡܐ ܡܕܝܢ ܥܡܘܕܗ
ܕܟܕܐ ܕܐܠܗܘܬܗ ܒܗ ܚܙܝܢ ܡܫܬܟܚܐ
ܗ̇ܘܬ

& caſta fiducia plenas repraeſentare cupio vehementiſſime. Ad haec quum illi culpam ſuam jam probe perſpectam haberent, atque deteſtarentur, fidemque proprio chirographo firmatam obligaſſent, ſe in poſterum nil tale commiſſuros; ſubdidit Simeon: In nomine Domini noſtri J. C. tres lapillos Cruce ſignatos in mediam ſcatebram projicite: arena ſimiliter eodem ſigno notata fontem adſpergite: tres itidem Cruces in utroque latere fontis erigite: vigilias mox in Eccleſia celebrate. His peractis, illuceſcente jam die ad locum accedite, opus Dei ſpectaturi. Quae quum ab illis religioſe perfecta fuiſſent, clara jam luce ad locum venere; jamque terrarum ſuarum nihil videbant, aquis nimirum totam circum planitiem operientibus, fontemque deprehendunt, laticem triplo majorem effundere. Tum vero univerſi turmatim ad S. Simeonem revertuntur, gratias Deo, quas poterant, maximas pro benficio acturi, eoque officio functi diſceſſere.

Haec, & plura, eademque majora, & majori adhuc admiratione digna Deus, B. Simeone interventore, patravit. At enim quis dicendo adſequi ſe poſſe confidat, aut eadem pro dignitate exponere eximia ejuſdem opera, quae vel in provincia geſta ſunt, vel in locis a nobis remotiſſimis apud Ethnicos, & Magos, ignis, & aquae cultores, atque inter pelagi procellas contigere? Quare exiſtimo in B. Simeone adimpletum fuiſſe, quod in Evangelio Dominus praedixit: eos, videlicet, qui in eum crediturí eſſent, ipſique vera caritate conjuncti fuiſſent, opera, quae ille faciebat, Divina ejus ope eſſe facturos, ſed & illis etiam majora. Quum vero ſacrae Literae teſtentur, Petri praetereuntis umbra aegrotos ſubito convaluiſſe, & Apoſtoli Pauli ſemicinctia, & ſudaria energumenis, morbiſque difficillimis laborantibus admota, ſanitatem re-

Joh. 14. 12.

Act. 5. 15.

Ibid. 19. 12.

reſtituiſſe; Simeon utrique fere aequalis, & propemodum comparandus, ut qui eorum diſciplina probe fuerat imbutus, tum etiam egregiis ipſorum laboribus mirum in modum delectabatur, ſic ut praeclara eorundem geſta audiens, animo quodammodo aeſtuare, geſtireque videretur; hae etiam in parte omnium hominum conditionem longe ſuperavit. Et vero quum humi minime incederet, ejus praetereuntis umbra ſuper quemquam cadere nequivit; quumque veſtes ad aegros mittere non ſoleret, nemo earum contactu ſanari potuit. Ceterum ejuſdem orantis voces loca remotiſſima Divina quadam, atque ſalutari vi penetrabant, &, adnuente Domino, ſanitatem aegris, adflictiſque opem ferebant.

Porro eorum, quae a Domino per eum, vel in ejus gratiam in barbaris regionibus, atque in mari, & inter Ethnicos geſta ſunt, velut ex ampliſſima meſſe manipulum collegimus: adeo omnem dicendi copiam excedunt. Oceanus nimirum extitit perennes opes in Chriſtum credentibus promtans, cujus amplitudinem nemo circumſcribere queat, aut explorare profunditatem. Et quemadmodum qui ex pelago amphoram hauriunt, aut qui ex Euphrate bibunt, vel ex arena maris granum auferunt, quorum profecto nec deficit copia, nec numerus minuitur; ita propemodum quicumque ex dono Spiritus a Domino ſervis ſuis infuſo, voluptatem haurire ſolent jucundiſſimam, nae illi adfatim beati efficiuntur, iſti vero nullum detrimentum patiuntur. Quamobrem modicum quid de geſtis Sanctorum literis proditum eſt, prout, nimirum, hominum utilitati, & capacitati adcommodum videbatur. Enim vero Domino ſuo ſunt ſimiles ejus ſervi, & ſimilia opera ejuſdem operibus agunt, quorum magnitudinem, & numerum
Joh. 21. 25. admiratus Evangeliſta, adfirmavit; ſi ſin-

[illegible]

[illegible]

ſingula literis mandanda forent, orbem terrarum continendis ejus geſtorum libris impatem, & anguſtum futurum. Quoniam autem divinos praeſtantiſſimi, & ſanctiſſimi Simeonis triumphos diſcere vobis perjucundum eſt, & memoria admirabilium operum, quae per Athletam ſuum Dominus noſter patravit, vobis ipſo melle eſt dulcior; ideo ex multis pauca coram dilectione veſtra de ingenti triumphorum hujus B. Viri theſauro proferemus, quae ipſi propriis oculis vidimus, & manibus contrectavimus. His nonnulla adjiciemus, quae licet in remotis regionibus adciderint: a Viris tamen fide dignis ad eumdem Beatum Simeonem ſcripta fuere.

Naamanes Princeps peregrinationem Arabum ad S. Simeonē interdicit.

Memorabile in primis exſtitit, quod Antiochus filius Sabini, Damaſci Praefectus, aliquando eidem Simeoni in multa hominum frequentia narravit. Naamanes [22], ajebat, Arabum Princeps, venit aliquando in ſolitudinem, Damaſco e regione oppoſitam: & quoniam pax Arabibus cum Romanis erat, me ad prandium amice invitavit. Prandentibus nobis, &, ut adſolet, multa ultro citroque inter nos confabulantibus, incidit de Simeone ſermo. Tum vero Naamanes: Aſt ego ſcire percupio, hunc ne, quem Simeonem adpellatis, hominem eſſe putatis, an vero Deum? Quumque ego repoſuiſſem, neutiquam eſſe Deum, ſed Dei ſervum. Cauſſam, ſubdit ille, cur iſtud a te ſcitatus fuerim, accipe. Quum Simeonis fama Arabiam noſtram pervaſiſſet, coepiſſentque noſtri homines ad illum frequentiſſimi commeare; proceres gentis noſtrae ſuſpicati, ne iſtiuſmodi commercio Arabes Chriſtiana Religione imbuti, patriam Romanis proderent, admonebant; ut quantocius eam peregrinationem interdicerem. Quod & feci, & Edictum in generalibus totius gentis Comitiis promulgavi, poenam capitis, & univerſae familiae excidium intermi-

22

na-

natus, ſi quis tale aliquid deinceps auderet. Sequenti nocte a ſoluto conventu me in tentorio dormientem adoritur repente Viri auguſta, nec mihi hactenus viſa ſpecies. Juvenes quinque adſequebantur, ſatellites candidi. Eo adſpectu vehementer exterrefactus, ad pedes Viri procidi, metu pene exanimatus. At ille indignabundus ſtatim inclamat: Tune populum Dei a me arcere audeas, mortalium nequiſſime? Simul ad lictores ſuos converſus, jubet, quatuor quidem manus mihi, pedeſque hinc inde conſtringere: alterum vero flagris, ita ut in lectulo jacebam, nudum quam ſaeviſſime caedere. Nec aderat, qui me plorantem, opemque efflictim petentem ab inmani illa laniena eriperet: donec atrociſſime caeſus, eodem Viro jubente, poſtremum ab illis lorariis dimiſſus ſum. Tum ille exſerto gladio, truciquc voce me compellans, ſubdidit: Tu vero ne quempiam poſthac ab Oratorio Simeonis avertas, etiam atque etiam caveto: nî parcas, juro, me te, tuamque familiam hoc ferro membratim diſſecturum. Tum ego meo periculo doctus, lucem praeoccupo, nova Comitia indicturus, in quibus funeſtum, & exitiale illud Edictum abrogavi; edixique, cuilibet fas eſſe deinceps adire Simeonem, & apud eum orare, Chriſtianaeque Religioni nomen dare. Ad haec ſubjiciebat Naamanes: Equidem niſi Perſarum Regi ſubeſſem, ipſe ad Simeonem accederem, & fierem Chriſtianus: enimvero ex eo pavore, atque acerrima fuſtigatione conſequutus morbus me ultra menſem tenuit. Nunc vero poſt illud Edictum Eccleſiae in noſtra ditione conſtruuntur, atque inter nos Epiſcopi, & Sacerdotes frequentes ſunt, & impune verſantur; hoc enim Edicto ſanxeram, ut cuique integrum foret, ſi vellet, Chriſtianam Religionem amplecti, nec ad antiqua Saera poenis quiſpiam cogeretur. Haec Antio-

Sed Caeleſti viſione admonitus, edictū abrogat.

Inde Chriſtiana Fides in Arabia mirifice propagata.

ܦܪܣܝܐ ܘܦܠܚܝܢ ܠܗܿ ܫܡܥܘܢ
ܒܠܠܝܐ ܡܕܝܢ ܐܬܐ ܟܢܫܗ
ܘܕܡܟܢܐ ܒܡܫܟܢܬܗ : ܘܡܢ ܐܡܪܬܐ
ܘܦܬܐܡܬ ܐܝܟ ܦܪܨܘܦܐ ܐܝܟ
ܐܢܫܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܚܙܝܬܗ ܡܢ
ܕܡܢ ܐܝܟ ܟܠܝܠܐ ܚܡܫܐ ܐܢܐ
ܠܓܒܪܐ ܚܕ ܫܡܫܐ ܕܚܙܝܬܗ
ܕܡܢܗܘܢ ܠܐ ܚܝܠܐ ܘܠܝܬ ܒܡܢܗ
ܫܡܥܐ ܐܣܬܪܝܬ : ܘܡܢ ܚܝܠܬܗ
ܥܒܕ ܠܟܠ ܘܩܛܠܝ ܒܫܘܩܐ
ܘܦܩܕܬ ܦܓܪܐ ܗܘ ܕܝܢ
ܒܢܣܘܬܐ ܘܡܟܬܫܐ ܡܫܬܥܐ
ܡܥܐ ܐܡܪ ܠܝ ܐܝܬ ܡܢ ܐܢܬ
ܕܟܠܝܬ ܠܥܡܗ ܕܐܠܗܐ ܘܦܩܕ ܠܦܠܚܐ
ܐܪܒܥܐ ܘܐܣܪܘܢܝ ܒܐܝܕܝ ܘܒܪܓܠܝ
ܘܐܚܪܢܐ ܢܓܕܗ ܒܫܘܛܐ ܡܥܡܐ
ܘܡܚܘܢܝ . ܘܠܐ ܗܘܐ ܕܦܪܩܢܝ ܠܗ ܡܢ
ܐܝܕܝ ܕܚܡܫܐ ܕܗܘ ܢܓܕܐ ܘܐܬܪܢܩ
ܚܠܝ . ܘܦܩܕ ܡܫܬܪܝܢ : ܘܫܡܛ
ܣܝܦܐ ܗܘ ܕܠܚܡܝ ܗܘܐ ܘܢܟܣ
ܠܝ ܘܐܡܪ ܠܝ ܒܡܘܡܬܐ ܚܝܠܬܐ
ܕܠܐ ܬܟܠܐ ܬܘܒ ܡܢ ܟܢܘܫܬܐ ܘܠܐ ܐܢܫ
ܚܕ ܒܕܢܚܐ ܡܢ ܗܝܟܠܗ ܕܒܝܬ
ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܒܬܪܗ ܣܒܪܐ ܡܢܝܗܘܢ
ܐܢܐ ܗܘ ܕܡܝܢ ܘܕܒܠܗ ܫܪܒܬܐ : ܐܢܐ
ܕܝܢ ܦܪܝܡܬ ܒܝܘܡܐ ܘܫܪܝܬ ܠܟܠܗ
ܣܕܪܐ ܘܦܪܣܬ ܠܗܘܢ ܕܟܠ ܕܨܒܐ
ܢܐܙܠ ܠܘܬ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ :
ܘܐܡܪ ܢܥܡܢ ܕܐܠܘ ܗܘܐ ܕܠܐ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ
ܕܠܐ ܡܛܠ ܘܐܬܐ ܗܘܝܬ : ܘܗܘܝܬ
ܐܦ ܐܢܐ ܟܪܣܛܝܢܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܫܟܚ
ܡܢ ܕܚܠܬܐ ܗܝ ܘܡܢ ܡܚܘܬܐ ܕܚܝܠܐ
ܟܘܪܗܢܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܝܪܚܐ . ܘܗܫܐ
ܒܬܪ ܗܕܐ ܦܘܩܕܢܐ ܥܕܬܐ ܒܢܝܢ
ܒܐܪܥܢ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܩܫܝܫܐ
ܐܝܬ ܠܘܬܢ ܘܠܐ ܡܬܟܠܝܢ ܟܕ ܐܝܬ
ܦܩܕܬ ܕܢܬܟܠܐ ܐܢܫ ܠܡܗܝܡܢܘܬܐ
ܕܡܫܝܚܐ ܘܠܐ ܢܬܐܠܨ ܐܢܫ ܒܚܝܠ
ܠܕܚܠܬܐ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܗܘܬ ܠܗ ܐܢܫ
ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܠܢ ܢܥܡܢ ܗܘ ܕܐܬܐ
ܗܘܐ

tiocho narrante, univerſa concio ad celebrandam miram Dei bonitatem excitabatur: Oppido quam ſublime effert Dominus, ajebant, virtutem eorum, qui pio, perpetuoque ſtudio eidem inſerviunt!

Magus erat in Perſide omnium ſectae ſuae hominum perinde atque omnium nebulonum princeps, qui ab eo, qui Rex [1] Regum dicitur, amplam adeo poteſtatem in Chriſtianos, quos Perſae Nazarenos adpellare malunt, obtinuerat, ut ſui juris, arbitriique eſſet, noſtrae Religionis homines vexare, verberare, ad publicas cuſtodias trahere, eoſdem quibuſvis poenis ad ejurandam Chriſti fidem adigere: obſiſtentes denique, abnuenteſque acerbiſſimis cruciatibus adfectos perimere. Hujuſmodi itaque poteſtate uſus homo crudeliſſimus, lupina rabie gregem Chriſti invaſit, atque Chriſtianorum complures promiſcui ſexus, laicos ſimul, & Clericos, viroſque Sacerdotio inſignes comprehendit, multiſque adfectos incommodis, ſaeviſſimae etiam quaeſtioni ſubjecit, omniſque generis cruciatibus torſit: ut qui non proponeret Deum ante conſpectum ſuum, nec imminentem capiti ſuo Divinae Juſtitiae gladium praeſentiret. Sed neque eorum Chriſtianorum laniena exſaturatus, alios quinquaginta ſupra trecentos ex Clero, & populo omnis ſexus, manicis, & compedibus conſtrictos, in tenebricoſo carcere incluſit. Cuſtodes interea advigilare juſſit, ne quid cibi, potuſve importaretur, donec inedia conficerentur. Quumque dies circiter decem effluxiſſent, nec ullus exitus, ſpeſve aliunde adfulgeret, Chriſti milites omni conſolatione, commeatuque deſtituti, ſupplices ad Deum ſeſe converterunt, in haec fere verba: Deus, cui omnia parent, & cui ea, quae ceteris ardua, & impoſſibilia, prona, factuque facillima ſunt; Simeonis ſervi tui, quaeſumus,

Perſequutio in Chriſtianos Perſas opera S. Simeonis ſedatur. 23

Ejus Viſione Chriſtiani captivi 350. recreantur, mox libertate conſequuntur.

mus, precibus exoratus, ſuccurre, ſecundum conſilium Majeſtatis tuae, miſeris ad te perfugientibus; nec ſuſtineas, ut impuri iſti jactent, nullum Chriſtianis adeſſe Deum. Haec omnibus ſimul orantibus, Deus ingenti miraculo per hunc modum ſuccurrit. Media nox vertebatur, quum inſolita luce carcerem conluſtrari vident, & ardere circum funalia, & lampades, atque in ipſo admirandi fulgoris ſinu ſtantem ſuper columnam Simeonem, albis pellibus indutum, vultu ad inſtar emiſſi fulguris coruſcante: qui propior factus, Chriſti Confeſſores ſalutat his verbis: Pax vobis, Fratres. Simeon ſum frater veſter, quem in provinciis Romanae ditionis ad Occaſum commorari audiſtis. Haec fatus, e columna deſcendit, eiſque rurſus pacem precatus, ſubdit: Videte, ne vos labor iſte, Fratres, infringat, neve animos ullatenus deſpondeatis. Tertius ab hinc dies vos e carcere educet, & veſtris cognatis reſtituet: perſequutioni quoque finem imponet. Veſter porro adverſarius quo altius ſeſe ſuperbe extulit, eo graviore lapſu ruet hac ipſa die, poenaſque dabit horribiles; ut inde totus extremiſcat Oriens. Haec fatus, columnam rurſus conſcendere videbatur, atque ſub eadem, qua venerat, ſpecie revectus per aërem diſparuit. Ea viſione mirum quantum ille Chriſtianorum coetus erectus, & confirmatus eſt; adeo ut ſeſe liberos jam eſſe putarent. Interea inclytus Simeon Magum improviſus occupat, habitu oris, tum corporis ad terrorem compoſito, luculentum inſuper ignem altera manu concutiens. Illum ut vidit homo ſuorum ſcelerum conſcius, tremefactus expalluit, continuoque, deficientibus ſubito terrore viribus, ſemianimis concidit. Cui Simeon terribili voce: Te ne, ſcilicet, ait, mortalium nequiſſime, adverſus nomen D. N. Jeſu Chriſti inſurgere fas erat, & iſtam a Re-

Magus Perſequotionis auctor horrendo mortis genere interit.

Rege poteſtatem contra Dei Eccleſiam petere ; in ejus etiam ſervos deſaevire, atque ad ejurandam Chriſti fidem adigere ? Actutum experiere ſcelus inſolentiae tuae ultorem Deum. Continuo emicuit, velut e nube emiſſus, ignis, invaſitque hominem, totumque ejuſdem corpus mira celeritate corripuit, horribili nidore relicto, qui non modo locum, ſed vicinas aedes adflavit, infecitque. Nec tamen miſero perire licuit, ſed poenae ſuperſtes ſuae, coactus eſt, Edicta a Rege expreſſa eidem remittere, atque ad eundem haec, B. Simeonis nomine, referre : Tibi, Rex, mandat Simeon, qui in Occidente ſuper columna ſtat : Chriſtianos carcere protinus extrahi volo, atque liberos dimitti, actaque contra Dei Eccleſiam omnia reſcindi : nî intra triduum imperata fecerit, graviores, quam tu dederis, luet poenas. Compoſitis per hunc modum Chriſtianorum in Perſide rebus, Simeon eadem, qua venerat, via inter auras vectus, in ſuum ſe Septum recepit. Interea Magus adflictus ſolo, & acerbiſſimis doloribus toto corpore diſcruciatus, flere, lamentari, vicinos inclamare. Fit ingens concurſus ſtupentium hominis caſum, & cauſſam ſcitantium. Quibus Magus : Simeon, inquit, ille Nazarenus, quem inter Romanos ſuper columna agere dicunt, hoc me adfecit ſupplicio, quod iniquus in ſuae Religionis homines fuerim, quum diceret : Quandoquidem ignem adoras, igne te abſumam ; ita profecto diſces, ignem inanem, & inutilem eſſe Deum. Mandavit inſuper, ut ſua Regi adverſus Nazarenos Edicta remitterem, ſimulque admonerem, ut ejus Religionis homines, quotquot publica cuſtodia detinerentur, illico liberos dimitteret. Poſtremo illud adjecit : Niſi intra triduum Rex imperata fecerit, & Nazarenorum Eccleſiis pacem reddiderit, majores tuis mihi poenas daturum ſe certo ſciat. Haec ubi

ille, qui Rex Regum adpellatur, ex Magi literis intellexit, atque multorum teſtium firmiſſima adſeveratione ejuſdem ſupplicium comperit, e veſtigio captivos Cbriſtianos manumitti, & Eccleſias aperiri imperavit: mox etiam publico Edicto, quod ſingulis urbibus, pagiſque intimari juſſit, cavit; ne quis in poſterum dicto, factove negocium Nazarenis facefferet; ſed ipſis ſua Sacra, juxta morem, celebrare fas eſſet impune. Interea Epiſcopi, & pagorum Curiones tam ſubitam rerum ſuarum mutationem contuentes, cauſſamque needum adſequuti, vehementer mirabantur; donec beati Confeſſores e publica cuſtodia magno cum honore dimiſſi, quae a S. Simeone pro ipſis & ad ipſos acta, dictaque fuerant, expoſuerunt. Tum vero rem ita, ut narrabatur, ſe habere firmiſſime credidere, praeſertim poſtquam inflictas impio illi, nequiſſimoque Mago poenas perſpexere. Ceterum tam inſigni beneficio adfecti, peractis Deo gratiis, quas potuere, maximis, publico in conventu unanimique omnium ſtudio deſcriptam rerum in ea cauſſa geſtarum hiſtoriam ad eundem Simeonem tranſmiſere per ſelectos e Clero ſuo Presbyteros tres, eaque multoties, cunctis audientibus, publice relecta fuit. Porro Sacerdotes apud B. Simeonem ad duas hebdomadas commorati, in patriam remigrarunt, gaudentes, Deoque gratias agentes, atque ejuſdem potentiam ubique celebrantes. Interim Magus per viginti dies igne, & vermibus conſumtus, horribili ſane fato defunctus eſt. Quae res incredibile eſt, quantum noſtrae Religionis adverſariis metum incuſſerit, quantumque rem Chriſtianam promoverit, multis ad ſuſcipiendum baptiſmum ultro feſtinantibus.

Inde Perſae plures ad Chriſtum cõvertuntur.

Periclitantibus in mari ſubvenit.

Nec minor S. Simeonis cura erga navigantes exſtitit; illis nimirum & frequenter adparuit, & ſaeviſſima tempeſtate, atque proximo vitae diſcrimine li-

[illegible]

liberavit. Quae quidem beneficia, qui poſtea ad Septum venere, nautae, ipſo Simeone audiente, narrarunt: quomodo, videlicet, & illum ſibi inter medios fluctus praeſentem habuiſſent, ejuſque ope inſurgentes undique procellas, certumque naufragium ſaepiſſime evaſiſſent. Solverat pridem ex ſuperiore Arabia Syriam verſus magna virorum, atque mulierum turba: jamque levibus auris provecta navis medium interjacentis freti tenebat, quum ſubito violentis flatibus concitum inhorruit mare, paullatimque adtolli coepit, majoreſque in ſingula momenta ciere fluctus; ſimul etiam ſeſe intendentibus nubibus, quidquid internitebat lucis, exſtinctum eſt: ſic caeca quadam nocte obſeſſi, atque obverſante perpetua mortis imagine, diu, multumque in alto jactati, nihil propius erat, quam ut, fatiſcente nave, fluctibus abſorberentur. Aſcendebant enim in Caelum, ſicut Sacrae literae loquuntur, & deſcendebant in abyſſum. Ergo alii clamare, & manus tendere: alii vota ſignare: trepidare omnes; donec certi nullam ſalutis ſpem ſupereſſe, in ſuas, ſi quas reperere, navis latebras ſinguli ſeſe recepere. Ibi proni oppreſſis tabulato oculis, quum propinquae mortis adſpectum ferre non poſſent, eandem, velut obnupto capite, opperiebantur: adeo ſibi perſuaſerant, nullas poſthac terras ſe eſſe reviſuros; praeſertim poſtquam ſpectrum conſpexere ſub Aethiopis ſpecie navem intraſſe, ſimulque in ſummum Mali faſtigium ſubito involaſſe. Ea enim vulgi opinio eſt, ſi hujuſmodi monſtrum navem invaſerit, certum imminere naufragium. Quum ergo, ut in ſumma rerum deſperatione uſuvenit, omnes proſtrati in lacrymas, & inanes queſtus ſeſe funderent, cuidam ex Atama, (Caſtelli id nomen eſt apud Amidam ** urbem) ſalutarem Deus 24
injecit mentem: ſtatuerat, nimirum, adflictis ſuccurrere per ſervum ſuum Simeo-

meonem. Hic opportune recordatus, exſtare inter ſarcinulas ſuas vaſculum ſubleĉto ex Mandra beati Senis pulvere plenum: eo primum navigii Malum, ducta Crucis figura, ſignavit, mox etiam medium, & latera eandem ſalutaris ſigni formam deſcribens, aſperſit; ſimul univerſi, ut erant in faciem proſtrati, Simeonem inclamarunt: Domine Simeon, ajebant, quaeſumus, ut tuis precibus Deum nobis propitium actutum reddere digneris. Vix iſta protulerant, quum improviſus Simeon navem intravit; inde ad Mali ſummitatem advolans, monſtrum illud Aethiopis larva indutum, capillis adprehenſum, atque per aëra ſuſpenſum, ſublato, quod ſecum adtulerat, verbere; acriter caedebat. Ille contra ejulare, vociferari, mare queſtubus complere; donec miſerrime excarnificatus, poſtremo dimiſſus eſt, abiitque fugienti ſimilis, & velut quempiam inſequentem identidem reſpectans, crebroque iſtud ingeminans: Heu me miſerum! Siccine, Simeon, non tibi ſat erat, me tuis expuliſſe terris, ut in maria profugum uſque perſequereris? Quorſum ego terra, marique excluſus me vertam infelix? Et vero ex eo momento, quo Simeon adparuit, ſimul mare detumuit, ventique conticuere, & omnis ea tempeſtas conquievit. Tum Simeon Nautas compellans: Ponite jam metum, ait: nihil vobis poſthac moleſti adcidet. Haec interloquutus, videri deſiit, ſtatimque lenis aura exorta eſt, eaque pro voto adſpirante, reliquum viae ſumma cum tranquillitate confecere, donec in portum invecti ſunt. Haec complures rei geſtae teſtes, qui poſtea cum cive illo Atamanita ad ſancti Senis Septum venere, ipſo Simeone praeſente, in magna hominum frequentia narraverunt, cunctis factum impendio admirantibus, & Deo gratias agentibus, ejuſque clementiam celebrantibus; qui miſeris opportunam opem,

opem, Servi ſui interceſſione mirabiliter adtuliſſet.

Similis aliquando caſus Cypriam navem onerariam involverat. Haec dum variis onerata mercibus propediem in Occidentem tranſmittere parat, turbatus ſubito aër miſcuit maria, navemque in ipſa ſtatione valido complexus turbine rapuit, disjecitque in ſyrtes, perinde ac excuſſum funda lapidem. Ergo qui navem conſcenderant, velut improviſo exitio deprehenſi, tumultuari, manus ad ſocios tendere, inclamare opem: quam quum illi, qui ex ſtatione, aut vicino litore periculum ſpectabant, nullam ferre poſſent, certum ſociorum naufragium jam praeſagibant, votiſque, & lacrymis proſequebantur. Reſque erat ſane ea comploratione digna: ſi enim navis in altum provecta, ventis ſe permitteret, ſubibat metus, ne fluctuum agitatione quaſſata demum ſuccumberet, atque ſubmergeretur: ſi autem rurſus ad litus ſubduceretur, alius urgebat timor, ne dorſuoſis brevibus, ſcopuliſve impacta comminueretur. Quum itaque omne Nautarum conſilium tempeſtas pervertiſſet, nullaque jam ſpes ab humana quidem ope ſuppeteret, Divinam ſummis precibus flagitare pergunt. Ergo una omnes voce Simeonem inclamant. Extemplo vocatus adſuit, vectoreſque bene ſperare jubens, navigium dextera adprehenſum leviſſimo conatu, non ſecus ac ſi plumam traheret, celerrime in portum invexit, ſalvis cum vectoribus cunctis mercibus: iiſque in tuto jam poſitis, continuo undae, ventique ſubſedere. Qui porro caſum ejuſmodi e litore ſpectaverant, teſtabantur, B. Simeonem apud Nautas viſum fuiſſe: quod iidem Nautae mox ſupervenientes confirmarunt. Quumque ea, quae in mari viderant, & ab eodem Simeone audierant, expoſuiſſent, concionem univerſam ad conlaudandam Divinam potentiam provocarunt. Eo mira-

Navem onerariam in certi diſcrimen adductam, ſalvis cum vectoribus mercibus, in portum invehit.

raculo commotus Navarchus ipſe venit ad ſancti Senis Mandram, quinque Nautis prodigii teſtibus ſecum adductis. Is poſteaquam, omnibus audientibus, rerum in mari nuper geſtarum ſeriem enarraſſet, ad Simeonem converſus: Si Sanctitas, inquit, Tua me navigare jubet, imperio tuo fretus, mare repetam: ſin vetat, juro, me poſthac nunquam navem meam pelago commiſſurum; ſed eadem actutum diſtracta, quaeſtum iſtum ancipitis, & lubricae negociationis derelicturum. Cui Simeon: Nunc vero, reſpondit, mitte iſta, & pugillum de iſto noſtro pulvere in nomine D. N. Jeſu Chriſti ſumito, eoque in tua nave tres Cruces deſcribito: inde tutus mare repete. Etenim confido, fore ut Dominus pro ſua benignitate, & clementia fiat tibi comes, idemque te euntem, atque redeuntem uſquequaque incolumem deducat. Ceterum quiſquis hunc Navarchum praedictum miraculum narrantem audivit, Dei bonitatem vehementer laudabat, perindeque mirabatur, necdum intelligens, quomodo tanta Majeſtas ad ſervorum ſuorum obſequium ſeſe deduceret.

Raptam Virginem Chriſtianam, mox in fluvium projectam, parentibus incolumem reſtituit.

Agebat inter Perſas Virgo forma corporis praeſtans, virture tamen animi longe praeſtantior, Deoque proinde acceptiſſima. Hujus puellae amore captus quidam Marzabnas, homo peſtilentiſſimus, & baſiliſco infeſtior, profeſſor ſectae colentium aquam, & ignem, ejuſdem nuptias, miſſis ad parentes interceſſoribus, ſaepius ambiverat. At illa nec internunciorum quidem conſpectum ferebat: tantum aberat, ut eos ad colloquium admitteret, dictitans, nefas eſſe ſibi in thalamum impuriſſimi viri, & aquam, ignemque colentis, concedere. Quum porro homo inſanus blanditiis, illecebriſque poſſe Virginis animum expugnari diffideret, inter confertam multitudinem aliquando deprehenſam, Regis mandatum obtendens, vi pu-

[illegible]

[illegible]

publica rapuit, domumque abduxit. Sed quoniam in propoſito puella perſiſtebat, adſeverans, ſibi mortem ejus nuptiis eſſe, ac fore potiorem, nec unquam a Chriſti obſequio, cujus ancillam ſe eſſe profitebatur, ulla ratione ipſam eſſe diſceſſuram; impius amator flagris ſaeviſſime, ſaepiuſque caeſam, in arctam cuſtodiam detruſit, multiſque, atque graviſſimis incommodis, aerumniſque maceravit. Poſtremo certus, Chriſti ancillam neutiquam a ſententia deceſſuram, aut ſuae voluntati ullatenus obſequuturam; ſed quanto atrocius in eam ipſe ſaeviret, fore ut tanto animoſius Virgo illum non modo contemneret, ſed etiam contumeliis, probriſque inceſſeret; ſervis mandat, ut adligantes ipſius collo molarem lapidem, in profluentem, ubi Tigris in Euphratem influit, eam projicerent. Ergo ad ſupplicium rapitur. At illa inter lictorum manus, erectis in Caelum oculis, hunc in modum orabat: Deus Domini mei juſti Simeonis, quaeſo te, ſuccurre ancillae tuae, & intuere injuriam, quam patior; quoniam propter nomen tuum morti addicta ſum, eo quod impuri hominis, & Idololatrae conſortium, nuptiaſque recuſavi. Interea ſatellites, adligato ad ipſius collum ingenti lapide, Virginem ad certum exitium in profluentem dejecere. Necdum aquas adtigerat, quum Simeon in medio fluminis alveo improviſus adfuit, ruentemque in undas puellam manu excipiens, ſanam, & integram in alteram ripam eduxit. Mox ſublato, quod ejus collo adligaverant, ſaxo: Pelle jam metum, inquit, filia; Deus, in quem credidiſti, ipſe factus eſt adjutor tuus: illum vero impurum & ſanctae Religionis inimicum, ecce dextera Domini inſanabili plaga percuſſum, proſternet. Haec praefatus, Virginis dexteram adprehendens, uſque ad patriae ſuae fines deduxit, admonens; ne quidpiam in

poſterum metueret. Poſtquam autem ad conſpectum oppidi venerunt, tum Simeon: Perge, inquit, filia, & Dominus ſit tecum. Atque ſubito diſparuit. Ecce autem dum ad paternas aedes contendit, occurrunt parentes, qui quoniam filiam perinde atque exſtinctam hactenus comploraverant, vix diei poteſt, quantopere inopinato ejus adſpectu fuerint perculſi. Haeſere enimvero adtonitis ſimiles: mox quum paullatim ex eo ſtupore ſeſe collegiſſent, injiciunt collo manus, amplexantur, gratulantur adventum, modum, quo impias manus evaſiſſet, ſciſcitantur. Interea dum puella ſeorſim parentibus praeteritorum caſuum hiſtoriam repetit, & quomodo aquis erepta, ad urbis uſque fines perducta, liberatorem ſuum videre deſiiſſet; ſparſo, ut fit, ejus rei rumore, vicinorum, cognatorumque ingens fit ad eos concurſus: quum repente pepulit aures horribilis clamor, qui certe ex aedibus impii illius juvenis, qui puellam rapuerat, provenire videbatur. Dum enim ad menſam hora prandii adcumbit, circumſtante famulorum, ancillarumque turba, dum in Virginis parentes ſaeva conſilia volvit animo, conſtituta ab ultore Deo poena, malis, unde minus exſpectabantur, erumpentibus, ſubito opprimitur. Scilicet necdum prandium finierat, quum ignotum terribilem virum nudo ferro in coenaculum intrare videt: quo ſpectro exterritus, e ſella exſilit. At ille trepidantem, fugamque parantem occupans, ictum in caput ejus librat tanta vi, tamque mirabili impreſſione, ut in ipſo temporis puncto latus ejus dexterum a ſummo capitis uſque ad imum pedis obriguerit. Inde acerrimus dolor eſt conſequutus, quo vehementiſſime diſerueiatus, totus in lacrymas fundebatur, illud miſerabiliter ingeminans: Heu me miſerum! Scilicet quia ancillam Dei Nazarenorum offendi, haec me comprehen-

Ultio Divina in raptorem.

hendcrunt mala. O infelicem illum, qui tanto Numini obſiſtere, adverſarique praeſumſerit! Haec vociferatus, conticuit, nec unquam ex ea aegritudine poſtea relevari potuit; ſed, ſtipitis ad inſtar, jacuit, acerbiſſimis doloribus diutiſſime excruciatus. Ea porro ſceleſtiſſimi hominis poena ſpectantibus incredibilem metum incuſſit, & plurimos ex Ethnicis in poſterum continuit, ne Chriſtianis quidpiam negocii deinceps faceſſerent. Puellae pater, plurimis indigenis ejus loci ſeſe comites ſponte praebentibus, ad Septum B. Senis mox profectus eſt, & publice, ipſo etiam Simeone audiente, quae hactenus memoravimus, omnia diſtincte repetens, magnos in univerſa concione motus excitavit, cunctis ad celebrandam Dei clementiam, potentiamque inde converſis. Paullo poſt peracta ad Septum hebdomada, omnes ejus benedictione muniti, in patriam rediere, acceptique beneficii memores, Deo gratiarum referendarum curam in poſterum ſuſceperunt.

Pluviam oratione impetrat.

Ejuſmodi porro ſignorum fama excitatae finitimae gentes, ſi quando, prohibitis Caelo pluviis, ſpes annui proventus periclitabatur, ad Dei famulum confugere ſolebant; eo quippe manus in Caelum tendente, atque orante, copioſi confeſtim imbres effundebantur, gaudentibus populis, Deique clementiam ſtupentibus. Effluxerat aliquando ſuda, & ſine pluvia hyems; jamque vernum jejunium adpetebat: nec dubium erat, quin durante eadem Caeli intemperie ſegetes inareſcerent, atque omnino extinguerentur. Eam ut calamitatem averterent, publicas indixere ſupplicationes, tum qui in vicinis vallibus morabantur, tum etiam qui circa S. Simeonis Mandram per montis devexa habitabant. Veniebant itaque quotidie cum ſuis Curionibus ruricolae ad S. Viri Septum, operti ſaccis, & caput conſperſi cinere, uberrime flentes, atque ge-

 mi-

mitibus, & queſtubus locum complentes. Quum porro malum longius protraheretur, & incolae ad Sepri veſtibulum quotidie in genua provoluti, inſtarent, praeſertim poſtquam ſpes omnis futuri proventus excluſa videbatur; eo quod exacta hyeme quadragenorum dierum jejunium jam inierat, quo durante, Simeon Sepri oſtium occluſum manere juſſerat; commodum adcidit, ut Procurator quidam diſcipulorum Beati Senis amicus, proptereaque ad Septum ventitare ſolitus, interea ibidem adeſſet. Qui dum, ut fit, amice cum eiſdem confabularetur, inlato de publica ea calamitate ſermone, fidenter ſubjecit: Scitis profecto, Eliam oraſſe, ut plueret, & a Domino protinus fuiſſe exauditum: Samulem ſimiliter ſub meſſis tempora pluviam itidem poſtulaſſe, & hanc ſine mora impetraſſe. An forte hac notra aetate nemo ſit, quem Dominus pari favore atque illos dignetur? Videte, quaeſo, a quot menſibus hoc noſtris cervicibus incumbit malum, nec uſpiam hactenus adparet, qui oppreſſos ſublevet. Haec ille. Jam vero cunctis ad ſua negocia dilapſis, diſcipuli clam ad Magiſtrum conveniunt, & Procuratoris verba, expreſſo ejus nomine, referunt: Chriſti autem famulus eadem quidem viſus eſt primum vehementer mirari, tum vero: Fateor, me, inquit, nunquam hactenus pluviam a Domino poſtulaſſe, ſperans, homines hac vexatione monitos, intellecturos, quantam demum perniciem ſua ipſis adferant ſcelera. Sed quoniam haec ſeminavit malus in corde eorum, miſſis ſubito per omnia circum loca nunciis, incolis condicite in proximam feriam ſextam, ut ad me cum ſuis Curionibus conveniant. Id tamen quum minus probarent diſcipuli, contradixere. Nam quotidie, ajebant, confluentium multitudine Septum oppletur; quidquod verendum eſt, ne plerique ejuſmodi novi-

ܩܢܝܢܗܘܢ ܕܥܠܡܐ ܘܡܬܒܥܝܢܘܬܗܘܢ
ܢܣܒܘܢ ܒܕܘܟܬܐ ܘܣܓܝܐܝܬ
ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܢܓܪ ܠܗܘܢ ܫܘܢܩܐ
ܒܗ ܒܟܪܟܐ ܘܡܕܝܢܬܐ ܒܠܚܘܕ
ܦܬܐܪܥܐ ܒܬܪܥܗ ܕܨܠܝܒܘܬܗ
ܕܠܗ ܕܠܡܛܪܐ ܘܕܘܚܬܐ ܡܢ
ܕܡܛܠ ܠܗ ܘܫܬܐ ܡܢܝܢ
ܢܩܫ ܐܦ ܘܐܬܪܚܡ ܡܢܗ ܠܗ :
ܡܛܠ ܗܘܐ ܡܕܡ ܠܡܛܪܐ
ܒܒܒ ܠܗ ܫܪܝܐ ܕܨܠܝܒܘܬܗ
ܨܘܡ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ ܐܝܬ ܗܘܐ .
ܐܡܪ ܘܩܪܒ ܐܚܝܕ ܗܘܐ ܒܗ
ܒܨܠܝܒܘܬܐ ܘܩܪܝܒ ܗܘܐ ܠܐ
ܠܡܬܠܡܝܕܘ ܕܠܗ ܕܡܛܪܐ
ܘܐܢܫ ܐܡܪܐ ܕܐܬܐ ܠܗ ܦܪܘܣܐ
ܒܡܠܘܗܝ ܕܬܠܡܝܕܘ ܕܒ ܫܡܥܝܢ
ܘܡܫܬܥܝܢ ܗܘܘ ܗܘ ܘܗܢܘܢ ܐܡܪ
ܠܗܘܢ ܟܕ ܡܬܚܪܬ : ܕܐܠܝܐ ܨܠܝ
ܘܐܬܥܢܝ ܠܗ ܡܢܗ ܒܥܓܠ ܘܗܘܐ
ܡܛܪܐ : ܐܦ ܫܡܘܐܝܠ ܐܝܟ ܨܠܝ
ܗܘܐ ܒܚܨܕܐ ܘܐܬܝܗܒ ܡܛܪܐ
ܘܗܘܐ ܡܛܪܐ ܒܚܨܕܐ : ܫܡܥܝܢ
ܕܝܢ ܐܢܫ ܐܝܬ ܕܒܥܒܕ ܠܗ
ܡܪܝܐ ܒܟܢܫܐ : ܐܝܟ ܕܒܥܒܕ
ܒܐܠܝܢ ܩܕܡܝܐ : ܚܙܘ ܟܡܐ
ܫܢܝܐ ܡܚܬܐ ܗܕܐ ܒܩܕܠܢ
ܘܠܝܬ ܒܥܘܕܪܢܐ ܡܢ ܕܥܒܕܐ :
ܟܕ ܕܝܢ ܫܠܡܬ ܨܠܘܬܗ ܘܐܙܠ
ܟܠܢܫ ܠܥܒܕܗ : ܬܠܡܝܕܘܗܝ
ܕܝܠܗ ܕܨܠܝܒܘܬܐ ܘܐܘܕܥܘ
ܦܬܓܡܐ ܕܐܡܪ ܘܐܡܪܘ ܠܗ :
ܕܩܘܕܡܐ ܐܬܕܡܪ ܦܪܝܫܐ
ܐܡܪ ܠܝ : ܗܘ ܕܝܢ ܠܡܛܪܐ ܒܥ
ܥܡܪ ܚܛܝܐ ܡܢ ܐܠܗܐ
ܦܠܓ ܐܬܒܥܝ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ :
ܕܟܠܢ ܘܠܐ ܒܟܠܗܬܐ ܕܡܫܥܬܐ
ܕܒܕܘܟܬܐ ܠܦܪܫܐ ܠܐ ܢܣܒܘܢ ܡܕܡ
ܡܛܠ ܕܢܫܡܥ ܡܠܬܐ ܒܟܠ ܐܬܪܐ :
ܡܠܬ ܕܢܫܝܢ ܠܗܘܢ ܠܡܫܟܚܘܬܗܘܢ
ܕܡܬܦܪܫܝܢ : ܡܛܠ ܕܝܢ ܕܗܘܬ
ܪܒܐ

vitate non parum offenſi, maligne in vulgus ſpargant, tantam hominum coitionem procuratam fuiſſe, ad quandam vanitatem, atque oſtentationem virtutis. Quamobrem ſi quidem Sanctitas tua novit, futurum aliquid, ut neminem huc veniſſe poenitendum ſit, optime eſt; ſin minus, ſine illos e ſuo arbitrio agere: nam quotidie ſponte ſua ad nos veniunt, abeuntque pro libito ſuo. Ad haec Simeon: Tacete, filii, reſpondit, & populum ſine cunctatione congregate; quae enim Dominus ſit facturus, non eſt veſtrum modo perquirere. Et vos quidem imperata facite: Dominus autem novit, quid ipſe ad ſui nominis honorem ſit facturus. Tunc vero diſcipuli, diſtributis per omnem viciniam nunciis, in feriam ſextam ineolis conventum indixere. Incredibile eſt, quantus hoc nuncium hominum concurſus ſubſequutus ſit. Operti ſunt montes, & oppleti campi, confluentibus ex utroque ſexu mortalibus, loca circum omnia tum extra, tum intra ipſum S. Senis clauſtrum, immenſa multitudine occupante: ſed & parvulos Scripturas legere doctos intra Septum duxerunt, Libros Sacros legere, & Graeco ſermone Kyrie eleiſon occinere juſſos. Simeon Sacerdotes pulvere conſperſos caput, moerentes, & afflictos, atque demiſſo vultu ſtantes, contemplatus, tum audiens virorum, & mulierum intenſiſſimos clamores: contuens praeterea circumſtantes pueros, ſimplicibus Agnis ſimiles, terraſque ſole perinde, atque media aeſtate ardentiſſimo torreſcentes, vehementer commotus eſt, & ex intimo animi ſenſu miſeris indoluit. Inde ſe colligens, ad multas horas in preces incubuit, poſtea ſublatis in Caelum oculis, ingemuit, immiſſaque intra cucullam manu, pectus ter tutudit: mox cancellatis poſt tergum manibus, depoſitaque ſuper genibus facie, inclinatus aliquandiu manſit. Interea dum una cum ipſo

ipſo univerſus populus proſtratus in genua, vultuque demiſſo, cum lacrymis, atque intimo animi dolore orarent, futuri exſpectatione pendentes; ecce repente inhorreſcit aër, & ſpiſſa nubes ſeſe intendere paullatim coepit, donec omnia obtexit: ſubſequitur dubius, Caelo ſubmurmurante, fragor, & ventorum pugna: poſtremo validis flatibus impellentibus, imber torrentis adinſtar effunditur. Simul frigus tam ſaevum ingruit, ut populus, qui modo a nimio ſolis fervore aeſtuabat, umbramque petierat, ad tecta profugeret: aucta nimirum pluvia, & frigore, ventoque, in ſingula momenta gliſcentibus. Inter haec B. Simeon aquarum in ciſternas decidentium ſtrepitu, atque populorum, ob ea, quae fieri videbant, Deo gratias agentium, vocibus excitatus, ſeſe erexit: nam hactenus inclinatus orationi vacaverat: viſuſque ore, ſolis ad inſtar, renidente prae gaudio exſultare, & eximiam Dei benignitatem admirari, quoniam eorum, quae petebantur, copiam faciebat tam ſtupenda, promtaque liberalitate. Mox populum intra tecta clauſum, atque imbris, & frigoris vim exaggerantem joco perſtringens: Siccine, ait, quampridem votis, & lacrymis arceſſebatis, pluviam modo praeſentem fugitis? Deinde ſerio commonere, ſimulque conſolari orſus: Habetis jam pluviam, ſubjecit, quam vobis Dominus conceſſit: ego vero immenſa ejuſdem bonitate fretus, inſuper ſpondeo futurum, ut ſi vos quae veſtri officii ſunt, expleveritis, Deumque reverentes, ipſius leges, & mandata obſervaveritis; hic ipſe annus, quem ob tranſactam ſine ſemente hyemem meſſe itidem carituram autumatis, infuſa de Caelo foecunditate, duplo uberiores proventus ſit redditurus: voſque propterea Divino munere exſaturati, ſummam Dei in vos bonitatem ſitis admiraturi, eamdemque immenſis laudibus prae-

[illegible]

praedicaturi. Haec interfatus, populum gaudio exſultantem, plenoque ore Deum conlaudantem, domum redire juſſit. Sancti Simeonis praedictioni eventus adamuſſim conſenſit: nam poſt opportunos imbres inſolita, & prorſus mirabilis agrorum foecunditas conſequuta eſt, ut areas proventu, omnium, quos hactenus viderant, uberrimo impleverit. Hoc porro inſigne Dei in ipſos beneficium incolae, peractis eidem publice gratiis, teſtati ſunt. Poſtquam autem eo, quem dixi, modo populus dimiſſus eſt, adpetente jam nocte, ſoli, remotis quibuſvis arbitris, magiſtrum diſcipuli adeunt ii duo, quos eidem ab obſequiis fuiſſe ſupra memoravimus, nec enim Septum ſublatum fuerat, nixiſque humi genibus, rogarunt, ut praeteritae ſupplicationis proceſſum, exitumque exponeret, quibuſve verbis per eam occaſionem uſus fuiſſet. Quod quum ille ſe facturum negaret, & illi contra inſtarent, ne tam utili arcano ipſos fraudatos vellet, Simeon ipſorum importunitate victus, praemonuit, ne ſecretum, ipſo vivente, cuipiam proderent: tum, illis, ſe ſancte illud ſervaturos ſpondentibus, ſubdidit: Equidem intuens ipſe Sacerdotes moerentes, & adflictos, atque cinere conſperſos caput, audiens deinde omnem populum clamantem, & parvulos vociferantes, communi tot capitum calamitati vehementer indolui, & graviſſimo moerore adfectus, hunc in modum Deum orabam: Domine Deus miſericors, & clemens, aut noſtri miſertus, releva homines iſtos, ineluctabili calamitate obrutos, teque idcirco in ſumma rerum anguſtia invocantes, atque in nomine tuo congregatos; aut certe me, ſervum tuum, de medio tolle, ne populi tui adflictionem mihi in poſterum inſpectare contingat. Dum itaque inclinatus, ejuſmodi preces cum lacrymis proſequor: hem video eximia ſpecie juvenem,

nem, qui mihi propior factus: Ecce, ait, vota tua, preceſque audiit Deus; proinde, quod optas, omnino ſequuturum ſcias. Haec fatus, diſparuit. Simul audio tonitrua, & ventorum pugnas; poſtremo optatum imbrem cadere video. Tum vero Deo gratias egi, ipſius bonitatem ſtupens, ſervi ſui preces minime deſpicientis.

Jam quantum B. Simeoni a Magiſtratibus, & ab ipſis Imperatoribus honoris deferretur, vel ex eo liquet, quod incredibili cum laetitia ejus Epiſtolas ſuſcipiebant, & pari cum celeritate ejuſdem mandata ad nutum exſequebantur, Deo gratias agentes, propter admiranda ejus geſta, quae ad ipſos publica fama identidem ferebantur; ut in hoc Dei ſervo completum fuiſſe videatur, quod Dominus in Evangelio praedixit: Beatum, nempe futurum ſervum, cujus opera nomen Domini gentibus ab ortu ſolis uſque ad occaſum ejus innotuiſſet. Et vero nemo numerare ſufficiat, quot millia, quotve Myriades hominum, nullam Dei notitiam babentium, B. Simeonis opera eundem agnoverunt, & ut ſuum opificem, conditoremque adorare, & colere didicerunt. Quot immundi e ſuis ſordibus ad ſanctitatis apicem evaſerunt, quotve impudici continentiam ex ejus conſpectu hauſerunt. Quot etiam ejus miraculorum fama excitati, ex pluribus, variiſque regionibus ad eum venerunt, in Divina lege plane rudes, qui admirabilem ejuſdem ſuper columna ſtationem, & perpetuum laborem, atque contentionem contemplantes, omnem humanarum rerum amorem abjecere, & reliquam aetatem procul a populi, & ſeculi hujus erroribus ducere decreverunt, atque demum in vaſa honoris effecti ſunt. Quid porro de Meretricibus dicam, quae ex diſſitis procul terris ad ſervi Dei Septum profectae, poſtquam illum conſpexere, patriam ſuam deſerue-

Ejus opera plurimi convertuntur.

ruere, & ſeveriorem Aſcetarum diſciplinam in Monaſteriis profeſſae, Sanctorum honorem commeruerunt, poſteaquam, Domino largiente, praeteritorum criminum chirographa ſuis lacrymis obliteraſſent: quid de remotioribus Arabum populis dicendum, qui necdum panem noverunt, ſed carnibus tantummodo veſcuntur, quum autem ad B. Simeonem adceſſiſſent, ejus vivendi rationem admirati, abjuratis Diis patriis, Chriſtiana Sacra ſuſceperunt, Deique cultui ſeſe manciparunt? At vero quis cenſum inire ſe poſſe confidat Barbarorum, Armenorum, Parthorum, & cujuſvis linguae Gentilium, qui ad Septum beati Senis frequentiſſimi confluebant, Chriſtianaque imbuti diſciplina, baptiſmo expiabantur? Omnem profecto numerum excedunt Arabum Duces, & Nobiles in ea gente viri, qui Chriſtianorum fidem, rituſque edocti, & Chriſtum palam confeſſi ſunt, & baptiſmate initiati, eam, quam apud B. Simeonem hauſerant, Religionem in patriam invexerunt, atque inter tentoria Eccleſias erexerunt. Praetereo eos, qui potentiorum licentia oppreſſi, & variis injuriis adfecti, ipſius ope reſpirarunt. Praetereo ejuſdem authoritate permotos creditores plurimos egentibus debitam pecuniam, ſciſſis ſyngraphis, condonaſſe: tum eos praetereo, qui ad ſummas anguſtias redacti, adverſariorum inſolentiam, atque vexationes S. Viri advocatione evaſerunt. Miſſos facio ſervos a dominis gratuito manumiſſos, refixis, eo praeſente, ſervitutis chirographis. Praetereo orphanos, & viduas ejuſdem eleemoſynis poſt Dei gratiam unice ſuſtentatos: haec enim Dominus ſolus noverit. Nec minus porro laboris, & induſtriae ad augendam, amplificandamque Sacerdotum dignitatem, & exiſtimationem contulit, aut ad leges Eccleſiaſticas ſtabiliendas. Inter cetera induxit in morem, ut ſolitum foenus ex dimidio in

poſterum minueretur: quam Sancti Viri taxationem populus adeo probavit, ut multi deinceps illud ex toto condonare decreverint.

Innumera per eum mortalibus collata beneficia. Poſtremo, quod ſpectat ad mirificas curationes, quas Dominus S. Simeonis opera patravit, & ad ſummam opem, utilitatemque, quam ex ejus precibus homines cujuſvis conditionis perceperunt, aegri praeſertim variis morbis ex Diaboli infeſtatione adfecti, hoc enimvero mortalium quorumcumque dicendi facultatem longe ſuperat. Quis enim comprehendere queat, quot millia, & myriades hominum hac via ſalutem invenerint, & a conſpectu beati Senis ſoſpites receſſerint, acceptam divinitus ſanitatem ſibi gratulantes, ſuoque Liberatori gratias agentes? Quamobrem de B. Simeone adimpletum eſt illud Domini *Job. 14. 12.* Oraculum: Qui credent in me, majora iis, quae ego facio, ipſi facient. Et ſane quiſnam, quantavis dicendi copia inſtructus, ſufficiat beneficiorum numerum ſupputare, aut ſummam colligere, nedum eorum, quae per longam quinquaginta annorum aetatem alia aliis praeſtita fuere intra B. Viri Septum; ſed ne illorum quidem, quae uno anno contigerunt? Quot namque Elephantiaca lue pene conſumti ſanitatem repente adepti ſunt? Quot oculis capti, aliis ducentibus, ad Septum profecti, ibidem Divino munere lucis uſura potiti, ſine duce domum rediere, Dei beneficentiam praedicantes? Quot praeterea humeris, vel dorſo incurvi Sancti Viri precibus erecti ſunt? Quot itidem paralytici, quorum utique numerum inire nemo potuit, ad Septum deportati fuere, plerique etiam in lectulis jacentes, omniſque omnino motus expertes, ut nec ſitum quidem corporis mutare valerent, qui Servi Dei votis ſalutem ſunt conſequuti, adeo integram, ut ab ejus conſpectu decedentes prae gaudio exſilirent, ſuoſque lectulos ipſi deferrent, exi-

ܘܡܫܒܚܝܢ ܠܐܠܗܐ ܕܐܫܦܥ ܠܘܬܗܘܢ
ܛܝܒܘܬܗ.
ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܪܓܝܓ ܠܟܘܢ ܬܫܡܫܬܗܘܢ
ܠܡܫܡܥ ܢܨܚܢܘܗܝ ܕܩܕܝܫܐ
ܘܪܓܝܓ ܡܫܡܥܬܗܘܢ ܠܚܝܠܗ ܐܠܝܢ
ܕܥܒܕ ܐܠܗܐ ܒܝܕ ܥܒܕܘܗܝ ܐܫܬܡܥܘ
ܘܕܝܕܥܝܢ ܟܡܐ ܡܝܩܪ ܠܗܘܢ ܘܡܝܩܪ ܠܐܠܝܢ
ܕܡܚܒܝܢ ܠܗ ܐܝܟ ܕܡܫܟܚܢܐ
ܚܝܠܝ ܩܠܝܠ ܡܢ ܣܓܝܐܐ
ܐܡܪܝܢ: ܐܝܟ ܓܝܪ ܕܥܘܡܩܗ
ܕܝܡܐ: ܐܘ ܚܠܗ ܕܚܠܐ
ܡܢܝܢܐ ܠܐ ܐܢ ܠܐ ܐܠܗܐ ܒܪܘܝܗܘܢ:
ܗܟܢܐ ܐܦ ܚܝܠܗܘܢ ܕܩܕܝܫܐ
ܘܡܗܝܡܢܐ ܕܒܡܫܝܚܐ
ܠܝܬ ܕܡܨܐ ܠܡ ܐܠܐ ܐܠܗܐ
ܡܣܦܩܢܐ.
ܐܬܐ ܓܝܪ ܠܘܬܗ ܡܢ ܐܪܥܐ
ܕܫܒܐ ܚܕ ܓܒܪܐ ܥܬܝܪܐ ܗܘܐ
ܠܗ ܐܘܠܨܢܐ ܣܓܝܐܐ ܘܟܘܪܗܢܐ:
ܒܪܝܫܗ ܓܝܪ ܟܐܒܐ ܡܪܝܪܐ ܒܡܘܚܗ
ܥܬܝܕ ܫܢܝܐ ܣܓܝܐܬܐ ܘܦܠܓ ܢܟܣܘܗܝ
ܚܢܝ ܠܐܣܘܬܐ ܘܐܝܢܐ ܡܢܗܘܢ ܠܐ
ܐܫܟܚܗ: ܠܐ ܐܘܠܨܢܗ ܒܣܓܝܐܐ ܕܐܬܐ
ܡܟܢܫ ܕܢܚ ܗܘܐ: ܒܟܠ ܓܝܪ ܡܫܬܥܢ
ܗܘܐ ܠܗ ܒܟܠܗܘܢ: ܘܗܘܐ ܚܠܦ
ܗܘܐ ܒܐܣܘܬܗ ܡܩܛܥ ܘܡܬܛܪܦ
ܫܥܘ ܠܥܠܡܐ ܐܚܪܢܐ ܘܠܘܩܒܠ: ܟܕ
ܐܠܐ ܕܝܢ ܡܢ ܬܓܪܐ ܕܢܩܦܝܢ ܗܘܘ
ܠܗ ܗܪܟܐ ܡܛܠ ܬܓܪܬܐ: ܐܫܬܡܥ
ܥܠܘܗܝ ܕܩܕܝܫܐ ܕܫܡܥܘܢ ܗܘܐ ܕܚܠܝܡܐ
ܢܨܚܢܘܗܝ ܡܢ ܣܘܥܪܢܘܗܝ ܡܫܬܡܥܝܢ
ܕܫܡܥܘܢ ܡܫܝܚܐ ܕܩܕܝܫܐ ܠܘܬܗ
ܕܩܕܝܫܐ: ܐܠܗܐ ܕܝܢ ܕܝܠܗ ܗܝܡܢܘܬܗ
ܗܝܕܝܢ ܠܗܘܢ ܕܡܬܗܘܐ ܠܗ:
ܐܬܬ ܓܝܪ ܕܐܘܪܚܐ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ
ܘܥܒܪܘ ܐܪܥܐ ܡܕܒܪܐ ܚܪܒܬܐ ܘܗܘܝܐ
ܡܫܬܚܠܦܐ ܗܘܐ: ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܒܝܕ
ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܓܡܠܐ ܠܐܘܪܚܐ ܗܘܝܐ
ܕܬܪܝܨ ܗܘܘ ܕܠܐ ܐܘܪܚܐ: ܐܝܟ ܠܘ
ܡܬܕܒܪ

eximiam Dei munificentiam celebrantes, qui tam luculento beneficio ſeipſos adfeciſſet.

At enim quoniam vos delectat eximia Sancti Viri geſta diſcere, luberque dicentem audire de ſignis, & miraculis a Deo per ſervos ſuos identidem editis, indeque intelligere, quanti Deus faciat, quantoque honore dignetur eos, qui toto corde diligunt eum; pro virium mearum tenuitate pauca de multis hoc loco reddam. Enimvero quemadmodum nemo pelagi altitudinem, aut arenarum ejus numerum exploravit, aut menſus eſt, niſi unus rerum omnium opifex Deus; ita prorſus Sanctorum, atque piorum Hominum in Chriſtum credentium opes, & actus nemo, praeter ipſum ſummum hujuſmodi bonorum largitorem cogitando, nedum dicendo conſequetur.

Venit aliquando ad B. Simeonis Septum vir locuples ex terris [25] Sabaeorum, ſaeviſſimo morbo adfectus: obſederat quippe hominem acris dolor in cerebro a multis annis, multoſque ſumtus in Medicos fecerat, a quibus non modo nullum levamentum fuerat conſequutus; quin potius dum, ut fit, varia, atque contraria remedia tentantur, malum evaſerat pene incurabile. Funiculis itaque caput conſtringendum fuit, paxilliſque parieti infixis vinciendum, ne continuo agitatu fatigatum aliquando fariſceret. Forte adcidit, ut ab inſtitoribus, per eas terras mercaturam facientibus, B. Simeonis geſta ex parte audirer. Tum vero nihil jam ſibi cunctandum ratus, quin ceteris rationibus poſthabitis, ſalutis ſuae ſatageret, quinque ſervis, ac totidem ancillis ſequi juſſis, ad S. Viri mandram iter intendit: quam hominis fidem Deus eximio miraculo eſt muneratus. Quum enim viam ignorarent, terraſque ingreſſi fuiſſent deſertas, & prorſus incultas, Divinirus factum eſt, ut Cameli, perinde ac ſi a

Sabaeum, nobilem, ſaeviſſimo morbo adfectum, aqua benedicta ſanat.

25

peritiſſimo viarum duce traherentur, nec a recto tramite aberrarent, nec quavis de cauſſa alio diverterent; quodque non ſine miraculo fieri potuiſſe adfirmabant: Nec Arabum latronum nos quiſquam offendit; nec beſtia nobis nocuit, quum alias ea loca leones uſquequaque infeſta habeant. Quidquod & dolor hominis remittere coepit, ſimul ac coeptum eſt iter, aucta deinceps per certos gradus valetudine. Illud praeterea maximum inter cetera miraculum eſt viſum. Iſtud, ajebant, viaticum tantum, ac tale permanſit, quantum, & quale domo deportavimus; ita nihil omnino eſt imminutum. Illo licet omnes per integrum annum perpetuo veſci contigerit, donec videlicet ad Sancti Senis clauſum pervenere. Ingreſſus itaque nobilis aegrotus Septum, adcidit pronus ad pedes ſervi Dei, rerumque ſuarum hiſtoriam retexens, quot aerumnas, & incommoda praeteritis annis hauſiſſet, recenſuit. Tum vero Simeon protinus aquam adferri juſſit, quam certis precibus benedictam, ſimul propinandam in nomine Chriſti aegroto obtulit, caputque eadem continuo adſpergi imperavit. Quo facto aegritudo omnis depulſa eſt: reliqua ſimiliter corporis membra peſſume adfecta perfecte conſanuerunt. Quo miraculo convictus Arabs, Deo dedit gloriam, ſuſceptoque baptiſmate factus eſt Chriſtianus.

Tum convertit.

Paralytico Reguli Perſidis filio valetudinem confert.

Hunc Arabem poſtremo ſequutus eſt Perſa, dignitate Chorepiſcopus, a quodam Perſidis Regulo ad S. Simeonem ſimili ex cauſſa legatus. Filius erat Regulo unicus, qui maleficorum veneficio in paralyſim inciderat, decubueratque annos quindecim, omnium membrorum compagine adeo corrupta, ut de altero in alterum latus ſe convertere nequiret. Quumque nihil ei profuiſſent Magi, & Incantatores, quorum operam pater magnis ſumtibus in ea morbi per-

[illegible]

ܕܡܢ ܒܬܪܟܢ ܫܡܥ ܫܘܥܝܐ ܕܥܒܕܐ
ܚܣܝܐ ܕܡܬܚܙܐ : ܟܕ ܐܬܐ ܒܗܘܢ
ܒܟܠܗܝܢ ܕܘܟܐ ܘܐܬܪ̈ܐ ܕܘܟܬܐ
ܟܕ ܫܒ̈ܩܝܢ ܡܢ ܟܠ ܐܢ̈ܫܝܗܘܢ :
ܟܕ ܐܦ ܗܢܐ ܘܦܓܥܗ ܠܟܘܪܐ
ܒܥܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܢܬܠܒܟ ܗܘ
ܘܢܦܩ ܐܦ ܗܘ ܥܡ ܩܘܪܒܢܐ :
ܐܡܪ ܠܗ ܗܢܐ ܐܝܟ ܚܣܕܝܢ
ܕܫܝܪܝܩܐ ܕܡܨܠܒܢܝܢ ܒܨ̈ܠܝܒܐ ܟܕ
ܙ̈ܓܝܢ ܘܐܦ ܒܫܘܦܪܐ ܗܘܝܢ
ܕܡܨܒܬܐ ܐܣܛܘܠܐ ܕܡܨܒܬܢܝܬܐ
ܚܙܐ ܡܢ ܫܡܥܘܢ ܘܐܡܪ ܐܝܟ
ܕܒܟܝܘܬ ܘܐܠܝܨ ܦܬܠܢܐ ܠܐ
ܐܬܐ ܠܐ ܟܕ ܫܝܠܬܐ
ܘܡܩܒܠ ܐܢܝܢ ܠܒܝܬܗ ܕܗܘ
ܠܗܠܝܢ ܘܐܡܪ ܠܗ : ܕܐܡܪ
ܫܡܥܘܢ ܗܘ ܚܛܝܐ ܦܩܕ ܒܫܡܗ
ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܩܘܡ ܠܟ :
ܐܦ ܗܘ ܕܢܡܛܐ ܐܚܝܕܐ ܕܒܗܘ
ܠܗ ܘܟܠܗ ܟܘܪܗܢܐ ܕܫܒܩ ܐܢܘܢ
ܟܕ ܠܒܪܗ ܘܐܡܪ ܠܗ ܐܝܟ
ܕܐܬܐܡܪ ܠܗ : ܒܫܡܗ ܥܠܡ ܩܘܡ
ܐܠܝܢܐ ܘܡܫܕܪ ܫܒܩ ܟܕ ܚܠܝܡ
ܕܠܐ ܢܫܬܐ ܟܕ ܩܝܡ ܘܡܫܬܒܚ
ܗܘܐ ܒܚܝܠܐ ܘܢܦܩ
ܡܢ ܡܟܣܐ ܗܘ ܘܐܡܗ ܘܚܬܗ :
ܘܒܬܪ ܩܠܝܠ ܙܒܢܐ ܐܬܐ ܘܐܬܒܪܟ
ܡܢܗ ܕܩܕܝܫܐ ܟܕ ܚܘܝܐ ܗܘ
ܟܠܢܫ ܒܚܠܝܡܘܬܗ ܕܗܘܐ
ܒܗ ܡܢ .

ܬܠܝܬ ܐܦ ܠܗܘܢ ܕܒܬܪ ܗܠܝܢ
ܚܕ ܡܢ ܐܪܡܢܝܐ ܒܪ ܡܪܙܒܢܐ
ܕܟܠܗ ܐܪܡܢܝܐ ܗܘ ܕܒܦܠܛܝܢ
ܡܠܟܐ ܗܘܐ ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ
ܠܐ ܐܬܩܠܨ ܒܝܘܡܝܢ ܕܢܦܩ
ܡܫܬܒܚ ܗܘܐ ܠܗ ܒܦܘܪܦܘܪܐ ܘܡܢ
ܥܕܢܐ ܕܥܕܢܐ ܒܠܒܐ ܦܠܓܐ
ܡܚܝܥ ܠܗ ܠܒܗ ܕܡܢܗ
ܘܐܬܦܠܓ ܦܘܡܗ ܘܥܝܢܗ ܚܝܢ
ܗܘܐ ܥܝܢܐ ܗܟܢܐ ܐܝܟ ܕܢܘܢܐ
ܒܥܪܣܐ

pertinacia ſaepe quaeſierat, poſtremo, B. Simeonis percrebreſcente fama, praedictum Chorepiſcopum ſummis precibus induxit, ut hujus negocii curam ſuſciperet, opemque filio aegrotanti procuraturus, ad ſanctum Senem actutum adcederet. Cum eodem Chorepiſcopo dona miſit duo tapetia ſerica Crucibus, atque tintinnabulis aureis concinne, & eleganter ornata. Quae, quum ille de pueri aegritudine praefatus, coram Chriſti famulo explicuiſſet, ſtatim interpellatus eſt a Simeone his verbis: Tu vero iſta hinc auferto, domumque ſic, ut ea adtuliſti, convoluta, intactaque reportato. Porro ſtatim atque ad fines urbis perveneris, fac, ut de jumento deſcendas, puerique cubiculum ingreſſus, haec tapetia ejus pectori admoveto; ſimul haec ad illum profari memineris: Simeon ille peccator haec tibi mandat: In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ab hac aegritudine tua adſurgito. Paruit Chorepiſcopus; exituſque S. Viri dicta omnino probavit: nam ſimul ac tapetia aegro corpori admovit, & dictata ab eodem verba protulit, morbus omnis repente diſpatuit, & juvenis e lectulo exſiliens, Divina ope ſe plane convaluiſſe teſtatus eſt. Mox Chriſtianae fidei rudimentis imbutus, ſacro baptiſmate una cum ſorore, ac matre expiatus fuit. Paullo poſt etiam ad Septum venit, & a B. Simeone benedictionem ſuſcepit, cunctis acceptam Divinitus ſanitatem eidem gratulantibus, & Divinam clementiam celebrantibus.

Qui proinde una cum matre ac ſorore Chriſti fidem amplectitur.

Tertium ab his locum obtinet nobilis Armenus filius Satrapae totius Armeniae, qui in Regis aula ad eum honoris gradum provectus fuerat, ut ipſi uni liceret certis diebus purpurato in publicum prodire. Hic ex incidente apoplexia obſtupefactus, dexteri lateris ſenſum, motumque omnem amiſerat. Adcedebat oris torvitas, & dexteri oculi ſtupor: quam ob cauſſam, velut immobilis truncus, in lectulo jacere ad multos

Satrapam Armenum apoplexia obſtupefactum curat.

tos annos coactus eſt, tanta ſtomachi omnia faſtidientis nauſea, ut praeter modicum juſculum, idque raro, & ſola neceſſitate urgente, nullum cibum admitteret. Poſtquam vero Armeniam S. Simeonis fama pervaſit, familiares aegrotum rhedae impoſitum ad Sancti Viri Septum deportandum curarunt, comiteſque addidere, praeter equitum turmam, Presbyteros tres, & Diaconos quinque, quibuſcum ipſe etiam loci Epiſcopus nobilem aegrotum per Epiſtolam B.Simeoni etiam atque etiam commendavit, ejuſque operam pro illius curatione popoſcit. Sequebatur famulorum turba cum lauto commeatu, & promiſcuum vulgus prope immenſum: magnopere nimirum ab omnibus juvenis aegrotus diligebatur. Quam quidem civium gratiam benevolentiamque tum ipſe per ſe merebatur, tum etiam pater Chriſtianus, & de Chriſtianis optime meritus, ſibi, filioque pridem conciliaverat. Jam ut ad Septum ventum eſt, aeger ad Sanctum Simeonem intromiſſus, jacuit aliquantiſper, dum Epiſcopi literae legerentur, ex quibus beatus Senex, intellecto juvenis infortunio, ingemuit, ſublatiſque in Caelum oculis, circumſtanti frequentiſſimo populo ſupplicationem pro aegroto indixit; qua peracta, aquam protinus adferri juſſit, quam quum benedixiſſet, ut eadem aſpergeretur aeger, praecepit: mox elata voce jacentem juvenem compellans: Bone juvenis, inquit, in nomine Domini noſtri J. C. convaleſce, & reſide. E veſtigio aegrotus ſeſe in alterum latus convertit, morboque relevatus ſedit, ſimul & mentis compos factus, ubinam loci eſſet, intellexit. Rurſus illum interpellat Simeon: Jam vero ex iſta, quam prae manibus habes, aqua bibito, eademque faciem, corpus & abluito. Quod quum ille continuo feciſſet, tum Simeon: Nunc autem, ſubjecit, in nomine D. N. J. C. adſurgito. Extemplo paralyticus adſurgens,

Digitized by Google

ܡܪܗܛ ܘܐܙܠ ܘܐܬܐ ܒܟܠܗ ܕܪ ܦܪܓܠܐ
ܟܕ ܚܕܐ ܘܡܫܒܚ ܠܐܠܗܐ ܠܛܝܒܘܬܐ
ܕܐܝܟܢܐ ܕܢܬܗܦܟ ܒܥܪܣܗ ܡܫܟܚ
ܗܘܐ : ܘܩܘܐ ܬܡܢ ܚܕܐ ܫܒܬܐ
ܟܕ ܡܨܠܐ ܒܨܠܘܬܐ ܘܫܒܩ ܬܠܬܝܢ
ܠܚܐܪ̈ܐ ܘܥܒܕ ܠܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܐܬܐ
ܘܨܠܝ ܘܐܬܒܪܟ ܘܐܙܠ ܠܐܬܪܗ ܒܫܠܡܐ
ܟܕ ܡܘܕܐ ܘܡܫܒܚ
ܠܐܠܗܐ .

ܬܘܒ ܐܦ ܠܗܠܝܢ ܡܓܪ̈ܒܢܐ ܡܢ
ܐܪܥܐ ܕܡܕܢܚܐ ܓܘܝܬܐ ܘܡܛܘ ܠܗ :
ܫܡܥܘܢ ܠܡܫܪܝܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ
ܐܢܘܢ ܗܘܘ ܕܒܗܠܟܬܐ
ܐܪܒܥܐ ܕܡܢܗܘܢ ܠܓܒܪ̈ܐ ܘܐܬܬܐ
ܕܐܢܫ ܒܠܠܝܢ ܐܪܒܥܐ ܒܓܪ̈ܒܬܐ
ܗܘܘ ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܒܝܕ ܐܡܘܪ̈ܝܗܘܢ :
ܘܒܠ ܢܦܫܗܘܢ ܕܐܬܪܐ ܦܫܝܛ
ܐܦ ܗܢܘܢ ܡܬܗܦܟܝܢ ܘܢܦܩܝܢ
ܠܝܢ ܡܢܗ ܒܥܠܐ ܕܗܠܝܢ ܩܕܡ
ܗܠܝܢ ܕܐܬܕܒܪܘ ܡܢ ܒܝܬܗܘܢ ܕܒܒܥܠܐ
ܠܡܐܟܠܐ ܠܐ ܡܢ ܕܒܝܬܐ ܐܣܝܪܐ
ܐܬܚܣܪܢ ܠܐ ܙܒܢܝܢ ܣܦܩܝܢ ܡܢ ܡܐܟ
ܕܐܬܒܛܠ ܡܢ ܗܠܝܢ ܡܬܒܝܢ ܘܡܛܝܢ
ܗܐ ܥܣܪܬܐ ܘܡܢܐ ܕܡܬܗܠܟܝܢ
ܠܐ ܐܬܚܣܪܢ : ܟܕ ܕܝܢ ܫܡܥ
ܡ̈ܠܝܗܘܢ ܗܘ ܛܘܒܢܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ :
ܠܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܬܒܝ ܐܘܪܚܐ ܕܒܝܢܝܗܘܢ
ܐܟܘܬܗ ܡܛܐ ܕܡܫܘܠܠܬܗ
ܐܬܛܦܝܬܘܢ ܗܘ ܡܦܪܢܣ ܠܟܘܢ
ܘܦܩܕ ܘܐܬܘ ܡܝܐ ܘܒܪܟ ܥܠܝܗܘܢ
ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܫܬܘ ܒܫܡܗ
ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܕܐܬܟܠܬܘܢ ܥܠ
ܗܕܐ . ܘܐܫܬܝܘ ܡܢܗܘܢ ܟܠܗܘܢ
ܘܐܣܚܘ ܐܦ ܥܠ ܟܠܗ ܦܓܪܗܘܢ
ܘܡܚܕܐ ܚܠܝܡܘ ܐܝܟ ܕܐܬܦܩܕ ܠܗܘܢ
ܗܘ ܒܒܝܬܐ ܢܘܟܪܝܐ ܐܟܣܢܝܗܘܢ
ܘܐܬܒܣܝܘ ܘܐܬܚܠܡܘ ܡܢ ܟܘܪܗܢܗܘܢ
ܘܐܘܕܝܘ ܘܫܒܚܘ ܠܐܠܗܐ
ܘܟܦܪܘ ܒܚܢܦܘܬܗܘܢ ܘܩܒܠܘ
ܡܥܡܘܕܝܬܐ

gens, per Septum curſitare coepit, incredibili gaudio exſiliens, atque Dei clemenriam praedicans; talis nempe homo, qui paullo ante ne latus quidem in lectulo jacens per ſe vertere valuerat; manſitque orationis cauſſa apud B. Simeonem ad ſeptem dies: quo tempore triginta ſervos libertate donavit. Inde Antiochiam profectus oravit, & poſt aeceptam benedictionem, peractaſque Deo gratias, patriam poſtliminio reverſus eſt, Divinam erga ſe beneficentiam ubique teſtatus.

Orientales quatuor viros Elephantiaca lue, & malo ſpiritu liberat.

Nec diſſimilis aliquando cauſſa ad B. Simeonem adduxit quoſdam ultimi Orientis adcolas, quos, ut ipſi, audiente B. Simeone, narrabant, tredecim menſes ea peregrinatio tenuerat. Erant porro quatuor viri elephantiaca lue infecti: nefario inſuper ſpiritu omnes, uno excepto, exagitabantur. Intromiſſi itaque ad Sancti Senis conloquium, in genua procubuere: expoſitaque ſuſceptae peregrinationis cauſſa, apertis in omnium conſpectu ſitarciis: Hunc, ajebant, domi praeparavimus commeatum: jam ex eo in victum quotidianum quantum omnibus ſufficeret depromentes, nihilominus perinde integrum abſque ulla imminutione reperimus. Nunc vero tertius decimus volvitur nobis menſis, recta licet via huc properantibus. Ad haec S. Simeon: Deus, reſpondit, qui ſe vobis ducem in hoc itinere praebuit, idem incommoda, quae propter ipſum exhauſiſtis, pro ſua beneficentia munerabitur. Mox aquam hauriri jubet, quam quum de more benedixiſſet, hoſpites adpellans: Hanc aquam in nomine D. N. J. C. cujus potentia freti, iſtud iter ſuſcepiſtis, ſinguli bibite, eademque eluite corpora. Quod quum illi continuo peregiſſent, confeſtim revaluerunt, omnique omnino aegritudine liberati ſingularem Dei in ſe elementiam praedicabant: mox etiam abjurata patria ſuperſtitione, ſuſcepto-

que

que baptiſmate, Chriſtiani facti ſunt; tum peractis Deo gratiis, abierunt.

Juvenem Anazetenſem difficillimo, moleſtiſſimoq; morbo liberat.

26 His addo ex interiori [26] Anazete (locus eſt in confinio Perſarum atque Armenorum) juvenem difficillimo, moleſtiſſimoque morbo liberatum. Occupaverat caput peſtilens humor, indeque in partes ſubjectas defluens, tumefacto ore, erepta oculis luce, totum denique corpus inſecerat, atque ad extremum debilitaverat, naribus, atque oculis continuo graveolentiſſimae mephitis fluxu diſtabeſcentibus. Pater, ad

27 quem forte Simeonis fama pridem manaverat, filium ad Dionyſium [27] militiae Praefectum, deſtinat, enixe poſtulans, ut aegrotum etiam atque etiam Dei famulo commendet, eidemque magnifica dona perferenda adjecit. Dionyſius aegrum juvenem perbenigne exceptum Dalmatio, ſororis ſuae filio, ad Simeonis Septum deportandum commiſit: quod ille optima fide praeſtitit, depoſitoque apud Sancti Viri columnam juvene, ipſius conditionem, patriam, atque etiam acerbiſſimam aegritudinem declaravit. Tum vero Simeon faſcias, quibus juvenis caput, & facies ſtringebantur, auferri juſſit: mox eundem alta voce compellans: Adſurge, ait, in nomine Domini noſtri J. C. tuiſque ipſe manibus aquam iſtam ſuper faciem, & reliqua corporis membra effundito. Extemplo ad contactum aquae, Divina adſpirante virtute, diffugit omnis morbus, & aeger plane, perfecteque, redintegratis viribus, adſurrexit, & motum ſenſumque recuperavit. Poſtremo, traductis inter pias preces apud Chriſti famulum tribus diebus, patriam verſus iter intendit integer & ſanus, divinam in ſe benignitatem omnibus ubique profeſſus.

Dionyſium Imperatoris legatum ad Perſas deſignatum inſanabili morbo relevat.

Parem fere Dei erga ſe beneficentiam ipſe Dionyſius, eodem Simeone intercedente, expertus eſt. Nam quum Antiochiae agens legatus ad Perſas ab Imperatore fuiſſet deſignatus, Diaboli ne-

[illegible]

nequitia inſanabilem morbum contraxit, facie horrendum in modum ad occiput inverſa, oriſque biatu tergum verſus diducto. Quum autem nulla medicorum arte vis morbi remitteret, ad B. Simeonem ſupplex adceſſit, his verbis: Literas Imperatoris pridem acceperam, quibus mihi legatio ad Perſarum Regem mandabatur, quum mihi hoc infortunium ex inopinato adcidit: & nunc oro te, ut tantum a me malum tuis precibus avertas. Tum Simeon adferri de more aquam juſſit, atque benedictione rite peracta, ſubdidit: Hanc aquam tuamet ipſe manu accipito, & caput, atque os eluito. Quod quum ille feciſſet, extemplo facies, & os ad ſitum, formamque priſtinam rediere, perinde ac ſi nulla unquam adfecta fuiſſent aegritudine. Quo inopinato, ac mirabili eventu perculſus Dionyſius, exſultare, tripudiare, Deoque gratias agere, atque manifeſtam ejuſdem opem praedicare non ceſſabat. Illi praeterea futurae legationis exitum praedicens: Imperatum porro tibi ad Perſas iter, ſubjecit, tutus ingredere; aderit enim tibi propitius Deus, ut omnia pro voto conficias: poſtremo incolumis, fortunaque ſimul, & dignitate auctus, domum poſtliminio redeas. Haec Simeon. Abiit ille legatus ad Perſas, Deoque adſpirante, eum legationis exitum habuit, quem maxime optaverat: domumque rediturus, ad Septum B. Simeonis cum honorifico comitatu divertit, ſanctumque Senem veneratus, ejus benedictionem expetit, atque per omnem vitam B. Simeonem in tantum amavit, & coluit; ūt nullam eundem magis demerendi occaſionem ſibi praeterlabi ſineret, ſive in pauperum cauſſa ab eo interpellaretur, ſive in quovis alio pio negocio ipſius operam idem expoſceret.

Venit aliquando ad B. Simeonem ex ultima Samoſatenorum regione Sacerdos. Querebatur, fontem, qui oppidi

Fonti exſiccato duplo majorem aquarū copiam reddit.

pidi agros irrigabat, repente exaruiſſe, cum incredibili incolarum moerore, atque damno: ex ea enim irrigatione neceſſarios ad vitam ſuſtentandam proventus omnino pendere adfirmabat: conductoſque inſuper artifices ſcatebram fontis invenire, atque in priſtinum alveum deducere diu tentaſſe, irrito tamen uſque conatu. His, & ejuſmodi verbis patriae infortunium perſequentem interpellavit Simeon, &: Ego vero, inquit, Domini noſtri J. C. clementia fretus, ſpondeo, Dei optimi beneficio, fontem in ſuum alveum refluxurum, antequam tu ab hoc Septo recedendi veniam petieris. Et nunc terras veſtras repetite, vigilias ibidem Chriſtiano more peragite, ſacram Oblationem celebrate; votique compotes effecti, Deo gratias in poſterum habere memineritis. Haec audiens Presbyter, horam ſignavit, domumque regreſſus, reſtitutum fontem reperit, & omnes late agros circum adluentem. Sciſcitanti autem tempus, incolae narrabant, tali die fontem poſt validum terrae mugitum repente prorupiſſe, atque exundaſſe duplo majore aquarum copia. Tunc ille eductum e ſinu codicillum, in quo deſignatum a Sancto Sene diem notaverat, relegens, comperit, eodem plane die, quo ille abſens fontem benedixerat, hunc in eam magnitudinem excreviſſe. Quamobrem una cum ſuo Curione loci illius Clerici ad Septum B. Viri profecti, ſacra ibi Officia peregere per triduum: indeque in patriam reverſi, conlatum ſibi a Domino beneficium perpetua gratiarum actione celebrarunt.

Oppidum Lyciae a Monte concidenti, & ab aquarum eluvione incolume ſervat.

Hunc Presbyter alius ex Lycia poſtea eſt ſubſequutus: cauſſa ſuſcipiendae ejuſdem peregrinationis longe diverſa. Mons ab oppido paſſibus circiter bis mille diſtans, ſuis repente avulſus radicibus, commoveri coeperat primum, mox paullatim adrepere oppidum verſus; jamque ad muros proceſſerat, ut pro-

proxime omnia obruturus videretur. Subterraneo amne molem illam trahi, creditum eſt: id enim exauditus ſub ipſo monte velut interfluentium aquarum ſonitus indicabat. Oppidani eo monſtro exterriti, res enimvero erat viſu, dictuque terribilis, perinde atque admirabilis, etſi Idololatriae addicti eſſent; quia tamen nulla malum praeſentiſſimum evadendi ſpes adfulgebat, Presbyterum ſequuti, ad S. Simeonem omnes profugere. Ut autem ad ejus conſpectum venerunt, flexis genibus Sanctum Senem venerati, rem totam expoſuere. Quibus Simeon: Sumite, reſpondit, in nomine Domini noſtri J. C. hine tres calculos, quos Crucis figura antea inſignitos, primum quidem ſummo montis vertici, alterum radicibus, tertium ejuſdem clivo infigite: deinde per triduum vigilias Chriſtiano ritu, & ſacram Oblationem celebrate. Ego vero Divinae clementiae confiſus, ſpondeo, montem a loco ſuo haudquaquam ultra proceſſurum. Fidem a ſervo ſuo datam ingenti Dominus miraculo liberavit. Domum quippe reverſi incolae, peracta, quam Chriſti famulus indixerat, ſupplicatione, tertia vigiliarum die horrendus ex ima montis parte fragor exauditus eſt, qualem ferme conliſis nubibus, tonitrua ciere ſolent. Continuo ipſe mons, dehiſcente ſolo, ſubſedit: mox etiam, aquis indidem prorumpentibus, omneſque circum agros operientibus, ſubmerſus eſt. Poſt triduum adſpirante Dei gratia, ingens illa eluvio aquarum novo terrae hiatu exſorbta eſt, quo ſtatim diſciſſi pridem montis fragminibus oppleto, ingens repente planities adparuit. Huic porro quum iidem incolae eo anno ciceres ſeviſſent, collegere ducentos coros, ex quibus partem camelis, jumentiſque impoſitam, Monachis, atque aliis egentibus erogarunt, obviis quibuſque palam miraculum praedicantes, Deoque gratias agentes

tes quas poterant maximas.

Ferae ad ejus nominis invocationem manſueſcunt.

28 Tertium etiam Presbyterum ex regione[a] Marhaſitarum ad Simeonem conſcientia admiſſae culpae adduxit. Is in vicinum pagum concedere aliquando compulſus, dum una cum duobus fratribus per montis devexa errat, undecim capreas (capras montanas adpellamus) illac forte palanres proſpexit. Videbantur porro eandem, quam ipſe ingreſſus fuerat, ſemitam prope tranſmiſſurae. Quum Sacerdos beſtias interpellans a longe inclamat, rei exitum dubius pertentans: Vos, per preces Domini mei Simeonis, jubeo iſthic uſque conſiſtere, dum adveniam. Dixerat, & in veſtigio omnes in unum agmen collectae conſtitere, donec Presbyter eo pervenit. Ibi jumento exſcendens, duas vel tres plane cicuratas adprehendit, perfricat dorſum, demulcet. Illae interea, quaſi vero cum ipſo a multo tempore conſueviſſent, nullam metuentium, aut averſantium ſpeciem praebent. Sic manſuefactas feras bonus Sacerdos quantum libuit cum voluptate ſimul atque admiratione contemplatus, tum rurſus eas compellans: Nunc vero, ait, per preces illius Sancti Viri, vos itidem jubeo intercoeptum iter repetere. Continuo illae receſſere. Poſtea homini ſcrupulus, & dubitatio injecta eſt, ne quid ea in re egiſſet perperam. Ut ſe ea moleſtia quantocius liberaret, ad pagum ſuum tunc redire noluit, ſed recta ad Simeonem contendit. Tantum ex ea anxietate, metuque mutatus adparuit, ut mortuo ſimilis videretur. Continuo in conſpectum Sancti Senis introductus, proſtratus in genua, cum lacrymis, atque ſingultibus rem expoſuit. Heic Simeon: Ecce, inquit, ferae Dei verbo obſequuntur; homines contra legi ejus paſſim reſiſtunt. Tum ipſum Presbyterum adpellans: Tu vero, ait, in Chriſti nomine iſta aqua faciem, pectuſque adſpergito. Poſtea domum reverſus, praemiſ-

[illegible]

miſſo triduano jejunio, ſacram Deo Oblationem immolato. Ceterum cave poſthac Spiritum Domini tentes, ne forte furor ejus obruat te. Hac commonitione cautior factus, omnique metu ſolutus Sacerdos abſceſſit.

Alio tempore immanis leo proximum montem, quem Nigrum vocant, obſederat: quo in loco nulla antea hujus generis fera uſquam viſa fuerat: coeperatque circumſitos pagos infeſtare, multoſque jam mortales necaverat, atque voraverat; quam ob cauſſam, ſublata commeandi facultate, incolae propriis aedibus ſeſe continere cogebantur, quum leo non uno, certoque loco conſiſteret, ſed paſſim per agros excurreret. Re itaque ad Magiſtratum urbis delata, Romani, Syrique venatores in Ruricolarum ſubſidium venere, venabulis, contiſque armati: attamen nihil adverſus beſtiam adtentare auſi, recedere coacti ſunt. Inde auctus multitudini metus, & trepidatio. Poſtquam vero infinita propemodum damna indigenis intuliſſet, qui Boream verſus habitant, populi ad B. Simeonem convenere, malo remedium quaeſituri, & hoc etiam narrabant; eo videlicet provectam beſtiae immanitatem, ut paſſim intra ſtabula armenta invaderet: ſi quando tamen humanae carnis praeda occurriſſet, pecori parceret: adeo infeſtum hominibus eſſe monſtrum. Haec, & ejuſmodi de publica ea calamitate dicentibus adnuens Dei famulus: Quae una ſupereſt, ait, ſalutis ſpes, hanc in Domino noſtro J. C. repoſitam habeo, cujus clementia fretus, praedico, poſthac nemini beſtiam iſtam exitium, aut moleſtiam adlaturam. Nunc vero in ejuſdem Chriſti nomine de iſto noſtro pulvere, oleoque tantum accipite, quantum vobis ſuffecturum in rem praeſentem judicatis: curandumque, ut ubicumque locorum beſtiam ſtabulaſſe, aut quovis tempore cubaſſe intellexeritis; is locus Crucis

Leonem pecori & hominibus infeſtum perimit.

ſi-

ſigno notetur . Aderit propediem Angelus Domini, qui crudeliſſimam feram mortifero ictu perimat. Beati Senis praedictionem manifeſto miraeulo Deus paullo poſt comprobavit . Vixdum ab ejus conſpectu pius ille coetus reeeſſerat, quum leonem offendunt media in via eubantem , jamque trepidi fugam eircumſpiciebant ; quum beſtia in obvios inſilire fruſtra iterum atque irerum conata , ſubito tremore correpta eſt , inde toto eorpore vacillare primum viſa , poſtremo deficientibus viribus , humi procubuir . Tum vero intellexere , feram a Domino fuiſſe proſtratam : quo animadverſo , quidam eereris promtior venabulo feram adgreſſus , adacto in viſcera ferro , interfecit, coriumque ad B. Simeonis Septum adtulit . Incolae ram inſigni beneficio adfecti , maximas Deo egere gratias : enimvero nulla hominibus ea beſtia infeſtior peſtis erat .

Furioſū Energumenū Halepinum aqua benedicta ſanat.

29 Sub eos ferme dies ad B. Simeonem ex urbe [29] Halepo quidam adeeſſit , filium earenatum trahens : juvenem quippe malus ſpiritus ingreſſus uſque adeo efferaverat , ut patrem lapidibus impeteret , veſtes diſeerperet , ſibique aeque infeſtus , linguam ſuam , & brachia dentibus dilaeeraret . Pater in Septum admiſſus , adcidit ad pedes ſancti Senis , profuſiſque laerymis ſupplex opem adverſus peſſimi illius Daemonis infeſtationes popoſcit: quumque humi provolutus a laerymis haudquaquam temperaret , hominis acerbo eaſu permotus Simeon , ipſum blande compellans : Heus tu , ait, jam tuis parcito laerymis , & puerum ſolve . Quod quum ille protinus feeiſſet , Simeon juvenem adpellat , eique promte , atque hilarirer adnuenti ſubdidit : Agedum , mi puer , iſto pulvere, quem pedibus ealcas , plena manu eorpus adſpergito : quod quum ille praeſtitiſſet , tum Simeon aquam adferri juſſit , eaque rite benedicta , puero imperat , ut ex eadem bibat , reliquum ſuper

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

per faciem effundat. Ad aquae contactum extemplo mentis compos effectus, patrem agnovit, & procurrens, B. Senis veſtem deoſculatus, benedictionem etiam expetiit: & illa quidem nocte apud Septum manſit, poſtridie mane una cum patre ſanus diſceſſit, Deo gratias agens, ejuſdemque clementiam praedicans, qui per B. Simeonem tanta ipſum moleſtia liberaſſet.

Puero, ab immani Dracone invaſo, invocatus ſuccurrit.

Diaconus quidam, qui locum tribus paſſuum millibus a beati Viri Septo diſtante habitabat, ad meſſem faciendam profectus, puerum ſecum duxerat: dumque ille in opus incumbit, ludentem parvulum immanis coluber invadit, & pedes, tibiaſque ſpiris adſtringit. Puer inter haec flere, ejulare, & invocare patrem. Occurrit ille, conſpectoque angue, ſubito inclamat: Per preces domini mei Simeonis in Tel-Neſcin agentis edico tibi ſerpens, ne iſti puero noceas. Extemplo coluber explicuit ſeſe, relictoque puero, tantiſper progreſſus, ſe in orbem complicuit, & hunc in modum ad triduum ibidem jacuit. Ea res Paganos ſua novitate excivit, a quibus etiam B. Simeoni continuo relata eſt. Is Diaconum adcerſens: Vade, inquit, & ſerpenti haec nomine meo edicito: In nomine Domini Noſtri J. C. hinc propere excedito, ſic ut in poſterum nemini noceas. Illico ſerpens ceſſit loco.

Puerum Stranguriae morbo adfectum aqua benedicta ſanat.

Adlatus aliquando fuit ad B. Simeonem puer de Umaka (pagi id nomen eſt) ſtranguriae morbo, eoque moleſtiſſimo adfectus, quem pater exquiſitis ab arte medicamentis diſpellere fruſtra conatus, ad Sanctum Simeonem adduxit. Is de more aquam adferri imperat, mox patri, ut pulverem in nomine Domini noſtri J. C. aquae immiſceat, ſubdit, pueroque aquam eo ritu expiatam offerat, qua ille hauſta, calculo ad triticei grani magnitudinem ejecto, protinus convaluit.

Diaconus S. Simeoni nugis miſere cecidit.

Agebat in vicino pago Tel-Neſcin Pres-

Presbyter B. Simeoni in paucis amicus, qui eidem domicilium in ſuo praedio conceſſerat, pelliculaſque, quibus indumenti loco utebatur, ipſi ſtato tempore adferebat, ejuſque inſuper conſuetudine delectatus, Septum frequentabat. Venerat is quadam die cum univerſo Clero ſuo ad ſanctum Simeonem, ejus ſententiam de publico quodam negocio rogaturus. Aderat inter alios Clericos Diaconus Eccleſiae oeconomus, qui ad Dei ſervum quaedam amice praefatus, jocando ſubjecit: Agedum, Simeon, illam auro gravem crumenam nunc excutito, epulumque iſtis Domini mei ſodalibus inſtruito. Cui ille: Dic ſodes, reſpondit, idne tibi de me a quopiam delatum eſt, an vero ipſe caſu per te deprehendiſti? In veſtigio oeconomus, immutata mente, ad inſtar aquae diffluere viſus eſt; ſubito enim furore percitus, veſtes laceravit, humique adflictus jacuit nudus aliquantiſper ad populi ludibrium, donec a piis quibuſdam viris domum revectus, ibidem exacto inter extremos dolores biduo, dentibus infrendens, fremenſque, demum exſpiravit.

Catena viginti cubitorum pedem inligat.

Iiſdem ferme temporibus Simeoni cogitatio incidit, rem Deo pergratam ſe facturum, ſi quidem ab omni hominum conſpectu remotus, ſibi tribus annis unice vacaret. Catenam [10] itaque viginti cubitorum fabricari juſſit, qua altero pede inligato, meandi ſpatium intra eas anguſtias ſibi definivit. Adcidit interea, ut ad B. Senem ſanctus, & Dei amicus Dominus Baſſus, atque vicini caſtelli Curio, & Seniores caſu venirent, qui re intellecta, ſummis precibus vix demum evicere, ut praeſtitutum ſui ſeceſſus tempus ex dimidio contraheret: tum eodem Baſſo agente, coactus eſt leguminum ſeſquimodium in ſeſquiannum accipere, & amphoram tres cados continentem. Sed ut primum occluſit oſtium, & calce linivit, ſtatim in ipſum ſe-

Variis ſpectrorum generibus a Cacodaemone fruſtra impetitur.

[illegible]

ſeptum infeſtiſſimus Piorum hoſtis irrupit, Chriſtique famulum, non ut antea ex inſidiis, ſed aperta vi adortus eſt. Et primum quidem inducta ſibi Romani militis forma, longum equitum agmen in eum immiſit; videbantur autem, ſtrictis gladiis, intentiſque arcubus in ipſum jamjam irrupturi. Quo nihilominus ſpectro, quum ille haudquaquam a divino opere abſtraheretur, nefarii Spiritus, mutato pugnae genere, Septi moenia ſcandunt; inde lapides, & miſſilia jactare, inſtare, obſtrepere, ut loco excedat.

Fuit aliquando, quum Diabolus aptata ſibi Cameli larva, viſus eſt, in morem illius beſtiae, laſcivire, plenis labris ſpumare, colorem identidem variare: deinde paullatim adrepens, auſus eſt etiam caput dorſo B. Simeonis adfricare. Ecce autem ex adverſo adparet eximia ſpecie Senex, qui jacto in os Cameli pulvere, informe ſpectrum, quaſi fumum erumpente flamma, diſſipavit. Mox ad Simeonem converſus: Vide, inquit, ut tibi ipſe in poſterum conſtes, animumque adverſus ejuſmodi terriculamenta obfirmes. Rurſus tamen Satanas terribili militum ſpecie ſancto Seni illudere nitebatur: videbantur autem ſinguli ardentes faces geſtare, ignemque ad Caelum uſque ejaculari: deinde propiores facti, clamare, vociferari ad multas horas, urgere, ut, relicto Dei opere, ad alia ſe verteret. Ille contra inania ejuſmodi ſpectra flocci faciens, nec clamoribus, aut quavis alia adverſariorum machinatione a propoſito ullatenus dimotus coeptum proſequebatur opus, perinde ac ſi in ſummo otio verſaretur. Nec ea tamen animi conſtantia Cacodaemonum pertinaciam fregit, ut ab ea infeſtatione deſiſterent: ſed modo ſaxa ingentia adverſus eum devolvere ſe velle ſimulantes, modo tonitrua, modo hominis adflicti, ſuamque ſortem miſerabiliter lamentantis gemi-

tus, modo militum ad praelium ſeſe mutuo adhortantium clamorem referentes, ſancti Viri conſilium perturbare conabantur.

Nec finis inſidiarum Diaboli hic fuit: ſed compoſita aliquando Leonis ſpecie, iterum Dei famulum adgreditur. Continuo Septi oſtium fremebundus occupat, diductoque minaciter rictu, ocior flamma in eum rapitur, irrugit, unguibus ſcalpit humum, in Caelum uſque pulverem ejaculatur, vim impreſſionemque minitatur. Quum autem diutius ita furens perſiſteret: Simeon contra de ſuſcepti operis contentione nihil remitteret, victus tandem una cum ſociis repente diſparuit, mox rediturus, ſed velificatione admodum in contrarium mutata: ſepoſitis namque minis, mulieris lenocinio Simeonem, ſuo more, ſub meridiem ſtantem, orantemque ſupplantare molitur. Adparet itaque femina veſtibus auro textis, mundique muliebris reliquo adparatu ornatiſſima, ſimulque fictis ad incutiendum deſiderium nutibus, ſancti Viri conloquium complexumque ſe petere ſimulat. Ille ut ſe ab ea peti advertit, ſpectrum deteſtabile averſatus, Crucis ſigno ſtatim communit frontem; tum, invocato D. N. J. C. nomine, fidenter ei in faciem inſufflavit. Extemplo in vetulam Aethyopem turpis larva converſa eſt, viſaque truncis manibus, pedibuſque praecipitare fugam: ſimul audita eſt ejulare miſerabiliter, perinde ac ſi ab inſequentibus depulſa, acriter vapularet; donec ad interiorem Septi receſſum progreſſa, velut fumus reflante vento, ſtatim evanuit.

Quum vero inclytus Simeon voluntario illo carcere incluſus, per quinque menſes ab hoſte humani generis multiplici bello, & omni armorum genere, multiformibus etiam ſpectris, monſtriſque dictu, viſuque horrendis impetitus oppugnatuſque fuiſſet, nec tamen adreptum virtutis iter deſereret, aut

ܠܐ ܐܫܬܡܛ ; ܐܝܟ ܕܢܦܘܫ ܡܢ ܦܘܠܚܢܐ ܫܩܘܠܬܐ
ܘܡܫܩܠܢܐ ܘܐܬܟܫܦܐ ܘܢܘܡܣܩܬܐ
ܘܡܠܠܗ ܩܫܝܐ ܢܟܝܠܐ ܘܐܝܟ
ܡܠܠܗ ܠܗܢ ܐܘܪܚܐ ܕܩܪܒܐ
ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܫܡܝܢ ܥܒܕܐ
ܕܥܩܪܒܐ ܘܥܒܕܐ ܕܪܚܫܐ ܠܡܝܐ
ܡܢ ܦܠܛܬܐ : ܡܢ ܓܒܐ ܠܗ
ܗܘ ܐܘܪܚܐ ܕܥܩܪܒܐ ܠܗ ܠܐܬܪܐ
ܐܬܐܠܦܝ ܠܗ ܡܢ ܪܫܐ ܕܥܩܪܒܬܐ
ܘܡܠܠܗ ܐܕܡܬܐ ܡܬܠܦܐ . ܡܢ
ܕܗܘܐ ܓܒܝ ܬܘܡܬܐ ܦܬܓܡܐ
ܘܣܘܡܟܐ ܚܒܝܫܐ ܗܘܐ ܟܠܗܘܢ
ܢܦܫܐ ܘܡܠܦܬܐ ܕܩܪܒܐ ܠܐ ܐܝܬ
ܠܗ ܘܣܘܡܟܐ ܕܦܬܓܡܗ ܟܗ
ܐܬܪܐ ܦܣܩ ܗܘܐ ܢܦܫܐ ܐܬܠܬܝܬܪ
ܗܝ ܒܗܕܡܐ ܘܓܒܪ ܡܪܢܐ
ܘܦܢܝ ܐܬܝܗ ܠܥܡܠܐ
ܘܡܢ ܠܗܠܗ ܦܢܝ ܐܡܝܪ ܗܘܐ :
ܡܪܢܐ ܫܠܝܛܐ ܕܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ
ܘܐܪܥܐ ܐܝܟ ܕܝܕܥܬ ܐܠܗܐ ܕܝܠܟ
ܦܪܘܩ ܠܥܒܕܟ . ܘܐܝܟ ܕܝܠܗ
ܠܗܘ ܐܠܗܐ ܚܟܝܡܐ ܦܠܚܐ :
ܟܕ ܕܝܢ ܣܓܝ ܒܠܘܬܗ ܐܬܟܢܫ
ܠܡܚܣܢܗ ܘܒܬܪ ܐܘܪܚܐ ܣܓܝ
ܘܟܘܪܐ ܐܠܝܠܐ ܕܡܠܝܐ
ܡܝܐ ܕܥܩܪܐ ܘܡܪܝܪܐ
ܡܦܫܡܢ : ܘܚܙܐ ܐܝܟ
ܦܚܪܐ ܠܗ ܕܡܠܐ ܗܘ ܕܠܐ
ܘܐܬܬ ܘܠܒܫ ܠܐܬܪܗ ܟܕ ܒܥܐ
ܠܐ ܡܚܝܐ . ܘܗܘܐ ܠܐ ܦܫܝܫܐ ܡܢ
ܕܘܟܬܗ . ܘܓܒܐ ܕܗܘܐ ܦܘܪܫܢܐ
ܡܢ ܐܠܗܐ ܠܗܘܬܗ . ܘܗܘܐ ܠܡܫܡܫܘ
ܕܒܥܢܐ ܠܣܘܡܟܐ ܕܐܝܬܝܗ
ܦܝܠܬܗ .

ܡܢ ܕܝܢ ܦܠܚܐ ܠܗ ܠܐ
ܫܒܩܗ ܐܠܗܐ ܒܐܓܘܢܐ
ܗܢܐ ܐܠܐ ܒܚܕ ܫܒܪܐ ܠܗ ܠܡܚܕܐ
ܕܡܢܬܐ : ܐܬܚܙܝ ܠܗ ܐܝܟ ܡܢ
ܒܠܫܐ ܗܘ ܪܘܚܐ ܘܫܪܝܪܐ
ܕܚܫܒܐ ܐܚܪܝ ܚܕ ܫܦܝܪܐ
ܕܠܒܝܫ

aut quidpiam a ſuſceptis in Dei obſequium laboribus relaxaret; non idcirco pertinaciſſimus adverſarius arma aut animum abjecit; ſed novam nocendi artem excogitans, ſcorpionum, murium, bufonum, aliorumque ejuſmodi reptilium foedam conluviem in aquae amphoram, quam ſolam ad potum Chriſti famulus habebat, immiſit, quibus porro in vaſe exſtinctis, mox putrefactis, foetor inde intolerabilis exortus, ipſum Septum, & loca circumſita graviter adflavit. Quamobrem humi hydriam infodere coactus eſt: & quoniam periculum erat, ingruentibus praeſertim Julii menſis caloribus, ne ſiti conficeretur, poſtquam eo, quem dixi, modo peſſimi daemonis aſtu, quam Sanctus Senex paraverat, aqua deperiſſet, aliamque aliunde haurire prohiberetur, quod definitum tempus aperiendi oſtii menſes adhuc tredecim abeſſet, ſupplex procidit in genua, manibuſque in Caelum protenſis hunc in modum Dominum deprecatus eſt: Deus fortis, qui obtines Caelum, & terram, notis, quaeſo, Sapientiae tuae modis ſervi tui neceſſitati ſuccurre. Quumque hujuſmodi preces ad multas horas protraxiſſet, poſtremo ad dexterum latus oculos caſu convertens, hydriam videt parvulam & rotundam dulci, & puriſſima aqua plenam: fraudem nihilominus ſuſpicatus, ad locum, ubi vaſculum illud poſitum fuerat, adcedens, per horam oravit. Poſtquam autem, abſoluta oratione, aquam minime evanuiſſe, neque locum mutaſſe conſpexit, oblatam ſibi Divino munere credidit, praeſenti neceſſitati ſuffecturam, donec praeſtitutum aperiendo Septo tempus adeſſet.

Caeleſti viſione recreatur, & orandi regulas edocetur.

Inter haec certamina Dominus Athletam ſuum minime deſeruit; ſed oblata aliquando Caeleſti quadam ſpecie, eundem mirifice recreavit. Jam ceſſerat victus ex acie adverſarius, conticueratque armorum, & horriſonarum

voeum ſtrepitus, quum e regione feneſtrae Oblationis occurrit ſpectabili forma juvenis, candido pallio amictus, viſuſque, junctis poſt tergum manibus, per multas horas orationi inſiſtere, & inter orandum corpus alias curvare, alias erigere, tum abſoluta oratione, ad parietem Orientalem tantiſper ſecedere, ibique, elevatis in Caelum manibus rurſus oraturus parumper ſubſtitiſſe. Ab ea viſione didicit temporis, actioniſque partitionem in oratione ſervandam, & corpus modo inclinatum, modo erectum habere oportere. Intellexit etiam in juvene illo Divinam Providentiam repraeſentari. Adparuere alias alii juvenes ſpecioſiſſimi, candido item pallio amicti, & cereos ardentes, Crueeſque aureas geſtantes, viſique conſtitiſſe contra ſuperiorem partem Septi e regione feneſtrae Oblationis, atque ſtantes ſimul auditi fuere pſallere, & hymnos modulari, Pſal. 30. 22. dicentes: *Benedictus Dominus, qui collegit ſibi electos in Civitate munita*. Interdum viſi quidam in Septi muris inſediſſe, Crucem ſimiliter perferentes, qui Odas in Sacro Miniſterio cani ſolitas ſuaviſſime occinebant. Quae viſio multos habet ex incolis pagi teſtes, quibus vel in agro noctu vigilantibus, vel ad opera ſua diluculum occupantibus, iſta videre, & audire obtigit.

Latrones ejus Septum invadentes, illico obſtupeſcunt. Necdum hactenus cuiquam pernoctare apud Septum Sancti Viri permiſſum fuerat, donec Satanas latrones inſtigavit, induxitque, ut ſacras illas aedes noctu invaderent. Fuere autem tres, qui ſub profundae noctis tenebras, ſuperato Septi muro, alter quidem ſtricto ferro in Simeonem inſiliit; reliqui vero duo, ſublatis ad ictum haſtis, ſequebantur. Quum repente primum illum vim jam Chriſti famulo parantem Divina quaedam virtus in ipſo ſcelere oppreſſit, libratoque in frontem ictu oculorum aciem penitus exſtinxit, gladium etiam manu decuſſit: indeque toto corpo-

[illegible]

[illegible]

pore contremiſcentem, poſtremo etiam plane obſtupefactum in terram dejecit, ſublata prorſus ad omnem motum facultate, ut jam nec os aperire, nedum ſitum mutare in poteſtate eſſet. Eadem fere poena ſceleris ſocios involvit: ſtupuere ambo velut Caelo tacti, ſuſpenſis haſtis, jamque & ea nox & poſtera dies effluxerant, nec ullum malo remedium adparebat, ſed in priori ſitu, ut ad pedes ſancti Viri ceciderant, ſic jacuere uſque ad Veſperam, donec occidente jam ſole B. Simeon homines compellans: Cujas eſtis, ait, Viri, quidve pedem vos huc inferre compulit? Tum vero duo poſtremi, tertio tacente, nec adhuc os aperire valente, Incredibili dolore, & pudore ſuffuſi ſumus, reſpondent latrones, teque interfecturi, huc adpuleramus. Tunc Simeon ſingulos alta voce adpellans, motum ipſis reſtituit, deinde ſubdit: At nunc liceat vobis hinc abſcedere; verumtamen videte, ne cuiquam poſthac injuriam inferatis, alioqui graviores his poenas vos daturos ſcitote.

Quibus reſipiſcentibus motum reſtituit.

Exactis per hunc modum a S. Simeone duo de viginti menſibus, venit B. Baſſus, atque praeſente magna hominum eo undique adfluentium multitudine, Septi oſtium apertum eſt; eodem die Simeon ſacro Pane refectus eſt, ſimulque Dominus potentiam ſuam eximio miraculo commonſtravit. Quum enim Baſſus areulam, in qua legumina repoſuerat, aperuiſſet, plenamque reperiſſet, omnibus rem impendio ſtupentibus, qui aderant Presbyteri, & Diaconi, eadem legumina, porrigente B. Simeone, diſpenſare perrexerunt ab hora diei tertia, uſque ad nonam; perenni miraculo providentia annonam uſquequaque multiplicante.

Legumina multiplicat.

Poſtea Simeon lapidem in columnae formam ſibi dolandum curavit altitudinis duorum & viginti cubitorum, in quem mox conſcendit, ibidem domicilium perpetuo habiturus. Quod vitae

Super lapide altitudinis duorum & viginti cubitorū ſtat per annos quinque.

Baſſi laudes

tae genus Baſſus ſupra ſuas vires eſſe arbitratus, Coenobium ingreſſus eſt, ibique adſpirante Dei gratia, Monaſticae converſationis curſum pie confecit. Erat enimvero vir inſignis fidei, & B. Simeonem impenſe amabat, & admirabatur, dataque occaſione, praeclara ejuſdem geſta Fratribus narrare ſolebat. Divino inſuper Spiritu doctus intellexit, B. Simeonem in vas honoris aliquando evaſurum, ſuique nominis gloria orbem terrarum impleturum. Eam ob cauſſam Simeonis fama per omnia late loca diffipari coepta eſt, & fieri ad eum infinitus hominum concurſus. Porro ſuper eo, quem diximus, lapide per quinque annos rectus ſterit: quo tempore divulgato admirabili eo vitae genere, non modo vicinae, ſed etiam procul diſſitae gentes ad eum confluere coeperunt.

Semſis Fratris obitum tribus ante menſibus ex Divino inſtinctu praeſentit.

Poſt quinquennium a die, quo Simeon in columnam conſcenderat, ejuſdem frater Semſes diem ſuum pie clauſit cum fama ſingularis, & eximiae virtutis: quod Sanctus Simeon ex Divino inſtinctu praeſenſerat tribus ante menſibus. Quamobrem arceſſitos e primoribus oppidi tres viros, his verbis de illius obitu praemonuit: Antequam aperiatur oſtium hujus carceris, dominus meus Semſes in hoc ipſo loco e ſeculo eſt migraturus: quapropter arculam propediem fabricate, in qua exſtincti corpus condendum curabitis, ne quis forte illud vobis auferat. Qua de re Simeoni etiam viſio hujuſmodi aliquando objecta eſt. Arbor occurrit procera, cujus pulcherrimam ſpeciem tum fructuum copia, tum rami longe lateque prominentes, foliorumque laeta, & ampla luxuries mirum in modum exaggerare videbantur. Poſt paullo adparet Vir eximia forma: quatuor adſequebantur famuli, ſecurim gerentes, quibus ille cum imperio: Amputate, inquit, ramum iſtum, ramumque oſtendit; nimium enim ſeſe fudit, arboremque inutiliter gravat, ejuſ-

ܠܚܝܠܗ ܕܐܝܠܢ ܗܘ ܗܟܢܐ ܗܘܐ ܡܬܡܟܟ
ܘܡܚܕܐ ܒܫܥܬܗ ܘܐܡܪ ܠܗ ܠܗܘ ܓܒܪܐ
ܕܢܢܩܦ ܠܗ ܚܒܪܐ ܐܚܪܢܐ : ܚܒܪܐ ܕܝܢ
ܘܐܡܪ ܠܗ : ܠܐ ܡܬܒܥܐ ܠܗ ܚܒܪܐ :
ܣܦܩ ܗܘ ܓܝܪ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܠܝܠܝܕ̈ܐ
ܘܠܐܟܣܢܝܐ : ܗܝܕܝܢ ܦܣܩܗ ܠܣܘܟܝܬܐ
ܗܝ ܡܢܗ ܕܟܢܫܐ ܗܘ : ܦܩܕ
ܠܓܒܪܐ ܗܘ ܠܗܠܝܢ ܐܚܪ̈ܢܐ ܐܢܫ̈ܐ
ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܚܦܪܘ ܡܚܕܐ ܡܥܡܩܐ
ܘܐܬܬܣܝܡ ܒܥܩܪܘܗܝ ܕܐܝܠܢܐ ܟܐܦܐ ܪܒܐ
ܥܡܝܩܐ . ܘܡܬܚܬ ܐܪܥܐ ܒܥܦܪܐ
ܠܐܝܠܢܐ ܘܥܠ ܦܝܪ̈ܐ ܕܠܐ ܢܬܬܙܝܥ :
ܦܐܪ̈ܐ ܓܝܪ ܣܓܝܐܐ ܐܝܬ ܠܗ ܕܢܝܬܐ
ܘܩܪ̈ܒܐ ܣܓܝܐܐ ܘܐܠܨܢܐ ܘܡܬܟܬܫܘ ܠܐ
ܐܬܟܬܫ ܥܡ ܗܘ : ܟܕ ܕܝܢ ܣܥܪܘܗ
ܗܠܝܢ ܥܒܕ̈ܐ ܘܥܒܕܘ ܗܟܢܐ : ܗܘ ܒܫܥܬܐ
ܐܦܪܥ ܐܝܠܢܐ ܘܐܣܓܝ ܘܡܬܚ ܥܢܦ̈ܘܗܝ
ܠܟܠܗܝܢ ܦܢܝ̈ܢ ܘܝܗܒ ܦܐܪ̈ܐ ܚܕ ܒܡܐܐ ܚܕ
ܡܬܚܙܝܐ ܗܘܬ : ܘܐܦ ܡܢ ܥܩܪܘܗܝ
ܕܐܝܠܢܐ ܗܘ : ܢܦܩ ܡܢ ܥܝܢܐ ܡܥܝܢܐ
ܪܒܬܐ ܕܡܝ̈ܐ ܣܓܝܐܐ : ܘܡܢܗ ܢܦܩܘ
ܐܪ̈ܡܬܐ : ܘܐܬܦܠܓܘ ܠܐܪܒܥ
ܦܢܝ̈ܬܐ : ܘܬܘܒ ܡܢ ܥܠܡܐ ܐܬܟܢܫܬ
ܣܘܓܐܐ ܕܚܝܘ̈ܬܐ ܘܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܠܘܬ
ܐܝܠܢܐ ܕܐܬܟܢܫܘ ܘܐܟܠܘ ܡܢ ܦܐܪ̈ܘܗܝ
ܘܫܬܘ ܡܢ ܡܥܝܢܐ ܗܘ ܕܩܪܝܒ
ܘܟܠܡܐ ܕܐܟܠܝܢ ܡܢ ܦܐܪ̈ܘܗܝ ܕܐܝܠܢܐ ܗܘ
ܡܣܓܝܢ ܡܢ ܡܥܝܢܐ ܗܘ : ܘܡܥܝܢܐ
ܕܡܝ̈ܐ ܐܝܟܢܐ ܡܣܓܝܢ ܗܘܘ ܒܟܠܙܒܢ
ܕܐܝܠܢܐ ܦܐܪ̈ܘܗܝ ܘܡܬܡܠܝܢ ܘܡܬܡܢܝܢ
ܢܦܫܐ ܘܬܘܒ : ܐܝܠܢܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܗܘܐ ܗܘܐ
ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܘܡܬܡܠܝܐ ܕܐܬܚܙܝܬ
ܐܝܟ ܐܢܫܐ ܡܕܡ ܫܡܥܘܢ : ܕܢܦܩܘ
ܡܢ ܥܠܡܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܒܝܘܡܝ ܕܐܬܟܢܫ.
ܡܢ ܒܬܪ ܕܝܢ ܕܢܓܗ ܩܝܡܬܐ
ܘܐܬܦܬܚ ܬܪܥܐ ܕܦܝܪܘܬܗ ܕܦܠܚܝܢ :
ܐܝܟܢܐ ܐܠܗܐ ܠܐܢܫܘܬܐ ܟܠܗ ܘܐܝܟ ܗܘ
ܕܦܘܩܕܢܐ ܚܕܬܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܗܘܐ
ܥܠ ܟܠܗ ܥܠܡܐ : ܘܢܦܩܬ ܘܐܬܬ
ܐܢܫܘܬܐ ܕܟܠܗ ܠܘܬ ܩܕܝܫܐ ܘܐܬܟܢܫܘ
ܠܦܪܓܠ

ejuſque deterit vires. Extemplo in ſcenam prodire viſus eſt alter juvenis formoſiſſimus, eleganter, concinneque ornatus, qui loquentem his verbis interpellabat: Alterum ergo, age, adjungamus ei ſocium. Cui primus: Atqui, reſpondit, hoc ſupervacaneum foret; ipſe quippe ſolus indigenis, advenisque ſufficiet. Sublato itaque illo ramo, continuo ad ſuos ſatellites converſus: Excavate, inquit, altiſſimam foſſam, ſuppoſitoque radicibus arboris lapide praegrandi, eandem infra terram agite, humoque ad ramos uſque aggeſta operite, & hoc fatagite, ut quam firmiſſime ſtabiliatur, ne forte, euris reflantibus, quaſſata aliquando ſuccumbat: fructus ſiquidem multos adlatura eſt, & ventis, procelliſque diu oppugnanda. Quod quum famuli perfeciſſent, illico arbor germinare viſa eſt, ramiſque circum latiſſime diffuſis, centuplo uberiorem fructuum copiam protuliſſe. Viſus inſuper ex arboris radicibus fons ingens erumpere: eadem porro propagata per quatuor orbis plagas ſobole, montes, & colles operuiſſe. Mox ſucceſſere ferarum, atque avium cujuſvis generis turmae, quae in unum conglobatae agmen, undique ex univerſo orbe ad arborem confluere videbantur, atque ex ejus fructibus comedere, & ex proximo fonte bibere, continuo tum pomorum, tum aquarum exuberante copia, quanto major fiebat comedentium, atque haurientium concurſus. Intellectum poſtea fuit, per arborem quidem B. Simeonem deſignari: per ramum vero propediem amputandum, ipſius fratrem Semſen, qui ſub quadraginta dierum ſolemne jejunium ejuſdem anni fato defunctus eſt.

Ut ergo illuxit, & oſtium Septi apertum eſt, perinde vero ac ſi univerſo generi humano e Caelo adlata lex, indictaque fuiſſet, ita immenſa propemodum hominum multitudo ſuis Divinitus excita ſedibus, ad B. Simeonis Septum

Ingens populorũ ad S. Simeonem concurſus.

ptum repente confluxit : operti ſunt montes , & oppletae viae , nihilque jam aliud cernere erat , quam omnis generis advenarum turmas : neque id certo noſſes, ſtarent ne eaedem gentes, an incederent ; abirent ne , an venirent : ejuſdem enim fama in tantum excrevit , ut mundum univerſum occupaverit , nec modo Orientis , ſed etiam Occidentis Principum Aulae innotuerit , atque apud omnes gentes Simeonis nomen celeberrimum evaſerit . Praecipue vero quoniam per eos ferme dies Dominus ſigna , & opera ſupra vim , ordinemque naturae per eum efficere exorſus eſt , ipſique donum curandi cujuſvis generis morbos impertivit : cujus poteſtatis mirabiles ſane effectus nulla , reor , humanae eloquen-
2. Cor. 9. tiae vis exponere ſufficiat . Adeo verum eſt quod Apoſtolus docet , dona Dei majora eſſe , quam ut quiſpiam illa verbis exſequi poſſit . Quis enim mortalium tanta dicendi facultate polleat , ut nedum narrare , aut literis mandare , ſed tantummodo ſupputare queat beneficia in gratiam B. Simeonis humano generi Divinitus conlata ? Quot enim peregrini , & exſules ejus ope patriam ſibi reſtitutam gratulati ſunt ? Quot caeco dudum errore abducti , ejus conſilio , ductuque certa ruina erepti , ad veritatem agnoſcendam traducti fuere ? Quot millia , & myriades infidelium ex hoſtibus fidei ejuſdem fidei domeſtici , ipſo authore , facti Chriſti jugo cervicem libentiſſime ſubdiderunt ? Quiſnam rurſum immenſam hominum , pecudum more , viventium turbam cenſeat , qui ejus adſpectu , conloquioque deliniti , Diviniſque mox praeceptis imbuti , ſuſcepta Chriſtiana Religione , Dei obſequio ſeſe addixerunt ? Eapropter mirabilium operum , ſignorumque ab eo effectorum fama a finibus uſque ad fines terrae pervo-
Pſ. 18. 5. lavit , eventu cum illo Prophetae vaticinio conveniente : *In omnem terram exivit ſonus eorum , & in fines orbis terrae ver-*

ܕܒܟܠܗ ܐܪܥܐ ܢܦܩܬ ܣܒܪܬܗܘܢ
ܘܡܛܘܦܘ ܕܡܠܟܐ ܡܠܟܝܗܘܢ : ܟܬܒܝ
ܠܗ ܐܓܪܬܐ ܕܡܠܟܐ ܘܡܣܒ ܐܓܪܬܐ
ܣܓܝ ܙܒܢܝܢ ܫܠܝܚܝܗܘܢ ܡܫܕܪܝܢ
ܗܘܘ ܠܗ ܘܒܥܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ
ܕܢܨܠܐ ܐܝܟ ܘܢܫܝܢ ܠܟ ܚܕ
ܡܠܟܘܬܗܘܢ ܘܟܠ ܥܡܡܐ
ܕܫܡܝܟܝܢ ܠܫܘܠܛܢܗܘܢ ܘܣܓܝ ܐܦ
ܦܝܣܘ ܠܗܘܢ ܗܠ ܕܢܠܦ :
ܣܓܝܐܬ ܐܝܟ ܡܫܠܛܢܐ
ܗܘܘ ܡܠܬܗ : ܘܡܩܒܠܝܢ ܐܓܪܬܗܘܢ
ܐܝܟ ܡܠܦܢܐ ܕܡܢ ܐܠܗܐ
ܐܬܝܗܒ ܠܗ ܡܫܡܗܝܢ ܗܘܘ
ܠܗ : ܘܡܦܢܝܢ ܗܘܘ
ܕܒܦܘܪܫܢܐ ܢܗܘܐ ܦܬܓܡ
ܟܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ : ܗܘ ܕܝܢ ܟܠ
ܐܝܠܝܢ ܕܐܠܗܐ ܡܬܢܝܚܝܢ
ܘܡܦܩܢܝܢ ܠܚܝܐ ܕܢܦܫܗܘܢ
ܡܢܗܘܢ ܘܠܡܦܪܢܣܘܬܐ ܡܣܟܢܐ
ܘܠܡܠܟܘܬܗܘܢ ܡܙܗܪ ܡܠܟ ܘܡܦܝܣ
ܗܘܐ ܠܗܘܢ.

ܗܠܝܢ ܗܟܝܠ ܘܕܐܟܘܬܗܝܢ ܡܢ ܗܠܝܢ
ܬܕܡܪܬܐ ܘܐܬܘܬܐ ܥܒܕ ܡܪܢ ܒܝܕܗ
ܕܛܘܒܢܐ ܫܡܥܘܢ ܩܕܝܫܐ : ܣܘܓܐܐ
ܠܘ ܐܦܢ ܕܠܝܬ ܒܡܢܝܢܐ ܡܢ
ܣܟܝܢ ܒܣܦܪܐ ܕܢܦܫܘ ܕܢܫܬܟܚ ܐܘ
ܢܦܠ ܒܡܢܝܢܐ ܘܩܘܫܬܐ ܕܢܕܥ
ܐܝܟ ܕܠܥܠ ܠܡܬܒܥܐ : ܐܦ ܡܢܗ ܐܝܟ
ܦܘܫܐ ܕܐܬܥܒܕ ܘܢܬܚܫܒ ܚܕ
ܢܨܚܢܐ ܕܐܬܚܙܝܘ ܒܝܘܡܘܗܝ
ܒܬܕܡܪܬܐ ܩܪܝܒܐ : ܐܦ ܚܙܘܢܐ ܐܝܟ
ܗܟܢܐ ܓܠܐ ܘܐܘܕܥܗ ܡܪܢ ܘܣܘܓܐܐ
ܡܢܗܘܢ ܒܫܬܩܐ ܘܠܐܢܫ ܠܐ ܐܘܕܥ
ܡܛܠܕܚܝܠ ܗܘܐ ܕܠܐ ܐܢܫ ܢܣܒ ܥܠܬܐ
ܕܐܝܟ ܕܒܫܘܒܗܪܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ : ܦܘܪܫܢܐ
ܕܐܦ ܚܙܘܢܗ ܕܢܘܪܐ ܐܡܪ ܡܬܚܙܝܢ ܗܘܐ
ܐܬܚܙܝܘ ܓܝܪ ܠܗ : ܬܪܝܢ ܓܒܪܝܢ
ܫܦܝܪܝܢ ܕܦܪܨܘܦܐ ܘܕܐܣܟܝܡܐ ܕܫܒܝܚܘܬܐ
ܘܫܡܥ ܗܘܐ ܘܐܡܪܝܢ ܚܕ ܠܚܕ
ܚܕ ܕܐܡܪ ܗܘܐ : ܘܐܡܪ ܚܕ ܡܢܗܘܢ
ܠܚܒܪܗ

verba eorum. Eadem virtutis fama movit Imperatores, ut ad eum frequentiſſime ſcriberent, aliquando etiam per Legatos, & militiae Praefectos ejus benedictionem efflagitarent, rogarentque, ut ſibi, atque Romano Imperio ſubditis populis Deum ſuis precibus propitium efficeret. Saepe etiam inſtarent, ut ipſos docere dignaretur: imo pro poteſtate praecipere quae honeſta, & juſta viderentur, polliciti, ſe quidquid ille juſſiſſet, perlibenter facturos: quod re praeſtabant cum gaudio, ejuſdem admonitiones, & mandata excipientes; illum proinde ſuis ad ipſum epiſtolis patrem, & doctorem Divinitus ſibi conceſſum nominare ſolebant. Quibus Principum officiis pari caritate Simeon reſpondit, ut quaecumque Deo grata, illorumque ſaluti conſentanea perſpexiſſet, vel pauperum ſublevandae inopiae, vel etiam Reipublicae conſervandae, augendaeque conducere ſibi viſa fuiſſent, ipſis opportune ſuggereret, & ad eadem perficienda hortaretur ". 31

Ejuſmodi itaque, & his decuplo plura miranda facinora Dominus per B. Simeonem patravit. Neminem certe hominum exhibitas per ipſum curationes vel numerare poſſe, vel eorum ſummam tenere, id jam ſupra monuimus. At his plurima alia, quae precibus ſuis remotiſſimis regionibus impetravit, praeclara atque admiranda beneficia ſunt adcenſenda. Adcenſendae ſimiliter Viſiones, quas oſtendit illi Dominus, numero certe plurimas, & quarum pleraſque ſilentio premere ipſe ſatius duxit: verebatur ſcilicet, ne quis eas ad captandum vulgi plauſum, ab ipſo narrari ſuſpicaretur: quam prudentiam, modeſtiamque ex viſione quadam ſimiliter didicit. Adparuere ſiquidem aliquando duo Viri praeſtanti forma, atque habitu, auditique in eam rem hunc in modum inter ſe diſſerere: Videſne, ajebat alter, ut arcana ipſi Divinitus oſtenſa occultare per-

 gat,

gat, ſatagatque, ne quidquam horum ad quempiam perfluat? Quod ſane perinde mihi videtur, ac ſi quiſpiam acceptas opes terra obruat. Cui alter ſic contradicebat: Imo vero per ſummam ſapientiam tacet, Deoque in hoc ſilentio maxime gratificatur, dum commiſſa ſibi Divinitus ſecreta nulli mortalium patefacienda eſſe putat. Hinc enim palam fiet, cum ab omni oſtentatione, faſtuque abhorrere. Ceteris inſuper quaecumque pro libito effutiendi locus praeripitur. Haec & ejuſmodi in rem praeſentem diſputantes, intra Septum deambulare videbantur. Simeon vero tametſi nec verbo ab illis interpellatus, eadem tamen ſibi uni dicta fuiſſe intellexit. Quare poſt iſtiuſmodi viſionem vehementer cavebat, ne quod verbum ſibi in hac materia excideret: nec unquam auditus eſt, quidquam de viſionibus, aut revelationibus ſuis in medium protuliſſe.

Ceterum quod ad Simeonis labores ſpectat, & aerumnas, quibus coram Deo clam, palamve exercitus, & conflictatus eſt, adfirmo, unicuique eſſe compertiſſimum, mortalium neminem vel noſtra, vel majorum noſtrorum aetate fuiſſe, qui in hac parte cum B. Simeone comparandus ſit. Nec nos fugiunt, quae Divino Spiritu adflati Seriptores admirantes literis prodidere geſta Sanctorum, legentibus conſolationem, magnamque utilitatem adlatura, & ad quaerendam virtutem, facem ac ſtimulos admotura. Moſes ſiquidem, Prophetarum maximus, univerſi Iſraëlis luciduſſimus oculus, bellator clariſſimus, ſapientiſſimus Architectus, utilis adminiſter, Navarchus vigilantiſſimus, abſolutiſſimus Rector, & Scriptor doctiſſimus, Oeconomus, & Paterfamilias integerrimus, quadraginta dierum ſpatium bis tantum tranſegit jejunus, panem non comedens, & aquam non bibens: per eos nempe dies, quibus in monte cum Do-

[illegible]

Domino verſabatur, quum nubes, & caligo velut ſub jugum actae, immobiles circumſtarent, ignes arderent, & fumante montis cacumine, tubae circumſonarent, Angeli quoque trepidi diſcurrerent, Vigiles, & incorporeae Mentes circumvolitarent, Seraphim Sanctus, Sanctus continenter clamarent; Atque ipſe interea Moſes Dei congreſſu, conloquioque frueretur, Divinaque audiret reſponſa; cibus ejus viſio Divini oris fuit, ejuſque potus Caeleſtis gloriae conſpectus: ſuo proinde ſaginabatur jejunio, ſuaque a contemplatione lucem, & ſplendorem hauriebat. Elias ſimiliter Divino zelo incenſus, & velut ignis ardens, ab Angelo paſtus cibo, quem homines nec ſeverant, neque paraverant, deſertum quadraginta diebus ſuperavit, cibi, potuſque penitus expers; donec montem ſubiens, & ſpeluncam ingreſſus, quadragenario jejunio Divinam vocem auſcultare commeruit, atque ſpeciem illam auguſtiſſimam, & admirabilem intueri, cujus ad adſpectum Superi contremiſcunt, & expaveſcunt Inferi. Ad Reges inſuper, & Prophetas ſacro oleo inungendos legatus fuit; indidem quoque per jejunium arrham accepit raptus ſui ad Eden, deliciarum ſedem. Daniel pariter, vir deſideriorum, Fidei, & Religionis procuratione eximius, per jejunium unius & viginti dierum, quibus nec panem comedit, nec aquam bibit, nec corpus lavit, aut unxit, miſſum e Caelo Archangelum excipere, & arcana diſcere oratione, jejunioque promeruit, & futura praeſcire, ſuos praeterea populares Abrahae amici Dei ſobolem Babylone captivos in libertatem adſerere. Quidquod, ut ſacrae produnt Literae, beniġniſſimus Dominus noſter, quum commota fuiſſent viſcera ejus ſuper figmentum manuum ſuarum, ſuaque ipſum clementia inclinaſſet, ut corpus, quod ipſe ſuis ſanctis manibus plaſmaverat,

proque ſua bonitate, ac voluntate illud in deſertum eduxiſſet, ut tentaretur, hoc eſt, probaretur, & examinaretur, quadraginta dies, totidemque noctes perpetuo jejunio, & oratione tranſmiſit; eaque temporis intercapedine omni prorſus cibo, potuque abſtinuit, quantum nempe novit ipſius Divinitas poſſe ab humano corpore tolerari, tantundem oneris corpori adſumto impoſuit. Poſt traductos autem continua oratione, jejunioque quadraginta dies placuit Divinitati ejus, & adnuit fami, & venit, praecepit ei, & acceſſit, ut inde palam fieret illi conlibuiſſe, ut excelſa ipſius Divinitas corpus Adae fami, ſiti, laſſitudini ſomnoque vere obnoxium indueret: utque indidem diſceremus, illud ipſum humanum corpus de Diabolo, generis noſtri inimico, triumphaſſe, ejuſque proterviam, & audaciam fregiſſe, diſſipatiſque ejuſdem copiis, peccatum ſimul, mortemque profligaſſe, regnoque demum Inferorum ſubacto, victoriae coronam adeptum fuiſſe. Porro ſi iſtis fortiſſimis, & ſpectatiſſimae virtutis Heroibus quadraginta dierum jejunium tantam apud Deum conciliavit gratiam, ut eos ſibi ad patranda miranda facinora, tamquam adminiſtros adſciverit; quid de B. Simeone dicendum,

Ejus curſus in exercitatione Monaſtica.

cujus actus, & labores nemo hactenus intellexit, praeter unum Deum, operum ejus teſtem, cujus unius ob oculos immenſa propemodum incommoda, & aerumnas perpeſſus eſt, ac prorſus inauditam inediam fortiſſime toleravit, orationem interea ultra omnem terminum conſtantiſſime producens, fame, ſiti, frigore, aeſtuque ſe ipſum perpetuo diſcrucians, admirabili inſuper contemplatione exercens, tanta quidem animi contentione, ut recto corpore ſtans, nec ſomnum oculis, nec corpori quietem diu no-
32 ctuve per annos [32] ſex & quinquaginta viſus ſit indulgere. In Coenobio ſiquidem annos novem in iis, quas ſupra deſcipſi-

mus

ܒܨܘܡܐ ܕܠܐܠܗܐ ܡܓܕܠܬܐ
ܘܒܡܕܒܪܢܐ ܘܒܡܫܬܡܫܢܐ
ܕܠܐܓܒܪܐ : ܘܡܢ ܗܠܝܢ ܫܢܝܢ
ܫܒܥ ܥܣܪ ܫܢܝܢ ܐܬܟܠܝ ܒܐܬܪܐ
ܥܩܐ ܥܠܝܗ ܥܠ ܡܓܪܬܐ ܐܟܬܝ:
ܘܥܠ ܥܩܬܐ ܘܥܠ ܦܠܓܬܐ
ܘܒܬܪ ܐܟܬܝ ܘܥܠ ܗܘ ܕܐܬܚܙܝ
ܐܟܬܝ ܡܢ ܩܠܝܠ ܠܥܡܘܕܐ ܥܫܪܝܢ
ܘܚܪܬ ܠܗ ܡܢ ܚܕܐ ܘܡܬܚܘܝܢܐ
ܘܬܠܬܐ ܥܣܪ ܫܢܝܢ ܕܚܝܐ
ܒܥܝܢܐ ܘܒܫܠܝܐ ܘܒܫܪܪܐ
ܕܪܘܚܐ ܘܗܘܬ ܠܗ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ
ܚܪܬܐ ܛܒܬܐ ܥܡ ܒܢܝ ܐܢܫܐ
ܕܫܠܡܐ ܘܪܒܬ ܛܒ ܚܪܬܗ
ܡܢ ܪܫܝܬܗ ܒܚܕܐ ܥܣܪܬܐ
ܘܥܒܕ ܠܗ ܡܪܝܐ ܨܒܝܢܗ ܘܪܥܝܢܗ
ܘܫܡܥ ܠܗ ܒܥܘܬܗ : ܫܐܠ
ܘܢܣܒ ܘܒܥܐ ܘܐܫܟܚ ܘܢܩܫ
ܒܬܪܥܐ ܕܡܪܝܐ ܘܐܬܦܬܚ
ܩܕܡܘܗܝ : ܝܩܪ ܠܡܪܝܐ
ܒܠܒܐ ܡܫܡܠܝܐ ܘܐܝܩܪ ܡܢ ܐܠܗܐ
ܒܟܠܗܝܢ ܛܒܬܐ : ܐܚܒ ܠܡܪܝܐ
ܡܢ ܟܠܗ ܠܒܗ ܝܬܝܪ ܡܢ ܢܦܫܗ
ܘܫܡ ܐܢܘܢ ܒܐܝܕܝ ܡܪܝܐ : ܘܐܦ ܗܘ
ܡܪܝܐ ܕܚܙܐ ܪܓܬܗ ܝܗܒܗ
ܠܪܚܡܐ ܩܕܡ ܥܝܢܝ ܟܠܗܘܢ
ܒܢܝܢܫܐ ܘܐܪܒܝ ܫܡܗ
ܘܥܒܕܘܗܝ ܡܢ ܣܘܦܝ ܐܪܥܐ
ܘܥܕܡܐ ܠܣܘܦܝܗܝܢ : ܘܗܘܐ ܠܗ
ܘܡܕܡ ܕܐܬܪܓܪܓ ܣܓܝ ܐܫܬܐܠ
ܫܐܠܗ : ܘܡܬܕܟܪ ܗܘܐ ܒܗܠܝܢ
ܒܥܘܬܐ : ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܚܝܠܬܢܐ
ܠܐ ܬܫܒܩܝܘܗܝ ܠܥܒܕܟ ܕܢܣܢܩ
ܠܥܘܕܪܢܐ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ : ܕܐܚܘܬ
ܡܢ ܗܪܟܐ : ܐܠܐ ܥܒܕ ܕܥܠ ܗܢܐ
ܟܐܦܐ ܕܣܠܩܬ ܒܦܘܩܕܢܟ ܘܒܗ
ܚܝܬ ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܐܫܠܡ ܫܪܟܐ
ܕܝܘܡܝ ܚܝܝ ܥܕܡܐ ܕܡܢ ܗܢܐ ܐܬܪܐ
ܢܦܩܢܝ

mus, exercitationibus & admirabili diſciplina exegit: ſeptem vero ſupra quadraginta intra Septum commoratus eſt, ex quibus annos ſeptemdecim perangusto ſpatio incluſus latuit, perpetuo ab Generis noſtri adverſariis clam, palamque graſſantibus, ex inſidiis, & aperta vi oppugnatus, eoque tempore evoluto, parvas columnas, quas ſupra indicavimus, conſcendit, primam quidem cubitorum undecim, alteram vero ſeptemdecim, tertiam duorum & viginti: quem vitae curſum ſeptem annis tenuit, donec in alteram omnium maximam quadraginta cubitorum ſubiit, in qua triginta annos, accepta Divinitus fortitudine, & patientia, verſatus, poſtremum vitae ſuae diem clauſit, in ſumma animi tranquillitate, in ipſo pietatis opere exſtinctus: & facta ſunt ei, ut Scripturae loquuntur, noviſſima bona cum hominibus pacis, & magnificatus eſt finis ejus decuplo magis, quam principium ejus: fecitque Dominus voluntatem, & placitum ipſius, & petitiones ejus exaudivit: petivit enim, & accepit, quaeſivit, & invenit, pulſavit oſtium Domini, & apertum eſt coram eo. Deum honoravit in corde perfecto, & viciſſim a Deo honoratus eſt in cunctis bonis. Dilexit Dominum ex toto corde ſuo, pluſquam animam ſuam, eamque poſuit in manibus Domini: & Dominus ſimiliter, quia vidit deſiderium ejus, dedit eum in miſericordias in oculis omnium hominum, & magnificavit nomen ejus, & opera ejus a finibus uſque ad fines terrae. Quodque maxime optaverat, pro voto impetravit, hujuſmodi preces frequenter iterare ſolitus: Domine Deus fortis, ne me, quaeſo, ſervum tuum humana ope indigere permittas; adeo ut hinc deſcendere compellar, ſed fac, ut ſuper hoc lapide, quem ex mandato tuo conſcendi, & in quo hactenus vixi, reliquos vitae meae dies tranſigam, donec ex hoc ipſo loco animam

mam famuli tui quandocumque Majeſtati tuae placuerit, accipias.

Erit fortaſſe aliquando qui dicat: Quid neceſſe fuit, ut Monachus iſte in ſublimi viveret? An non humi in praefato ſuo Septo, aut alibi Deo gratiſſimam perinde vitam agere potuiſſet, quaſi vero non omnibus perſuaſiſſimum ſit, Deum ubique adeſſe, omniaque circumſpicere, Caelum, terras, maria, Superos, inferos, Caeleſtia, terrenaque extra, intraque obtinere, nullis locorum ſpatiis circumſcribi, ſed occupare, & implere omnia; ſi ſceleſtas modo, & Deo rebelles animas exceperis? Unde conſequens eſt hominibus Deum pie, ac ſincero corde invocantibus quovis loco ipſum eſſe foreque praeſentem. Sic Jonae de abyſſis inferi illum invocanti adfuit, ipſumque de ſinu Inferni inferioris extraxit. Sic Danielem de lacu, & Hananiam cum ſociis de fornace illius opem poſcentes exaudivit, quodque uterque poſtulaverat, ambos per Angelum a praeſenti exitio liberavit. Et, ut ſemel dicam, omnes ſervi ejus ubicumque quaeſiere eum, ibidem illum invenere; Elias in Carmelo, & Abraham in cacumine montis: nam ſimul atque ejus opem popoſcere, nacti ſunt praeſentiſſimam.

Sed enim & hoc ejus moris fuit, ut ſelectos quoſdam ſervos ſuos ad praedicanda opera ſua identidem mitteret, eiſdemque leges & mandata pro ſuo judicio ac voluntate praeſcriberet. Sic Adamo, & ejus conjugi arboris eſum interdixit. Sethi ſobolem item admonuit, ut a Cainitarum conſuetudine abſtineret: Noëmo foedus immutabile, deſcripto in nubibus arcu, conſignavit: Abrahamo Circumciſionis ſignaculum tradidit: Moſi Sabbatha, Legiſque ceremonias, rituſque dictavit: Eliam zelo adcendit, & ardentis facis in modum, inflammavit: Eſaiae mandavit, ut nudis pedibus, nudoque corpore coram ipſo in-

[illegible]

incederet; & Jeremiae, ut jugum, & laqueum cervici imponeret: Ezechielem quoque ſic adfatus eſt: Barbam, & caput tuum rade, & tolle vaſa tua ſuper humerum tuum, murumque perfodito, & per eum egredere, quaſi tranſmigraturus. Oſeae ſimiliter Prophetae ſanctiſſimo praecepit dicens: Sume tibi mulierem fornicariam. Singulis ergo ſervis ſuis ſingularia pro tempore mandata, & peculiarem diſciplinam praeſtituit: in ſua quippe poteſtate habet Dominus figmentum ſuum, ſuoque Opifici ſubeſt opus ejus, nec eſt qui ſupremae Majeſtatis jura, & mandata criminari, aut reprehendere queat, quae quicumque acceperit, & exhauſit, is profecto ſe ipſum cuſtodivit, magnuſque, atque inclytus effectus eſt. Hoc pacto Abraham Dei amicus adpellari commeruit. Moſes ſimiliter ſummam gloriam adeptus eſt, & princeps, ductorque ſuae gentis renunciatus, magna, & maxime miranda facinora, ope fultus Divina, patravit. Elias quoque per aëra raptus, ſublatus eſt, & mortem non guſtavit. Pari pacto placuit Domino noviſſimis hiſce temporibus B. Simeonem ſuper columnam ſtatuere: videbat enim mundum exitiali quodam ſomno ſopitum; ideo ſatagebat, ut admirabilis ejus vitae exemplo hominum mentes ad poenitentiam excitaret, ſicque paullatim ad agnitionem gloriae, & Majeſtatis ſuae fideles perduceret.

Cap. 5. & 12.

Cap. 1. v. 2.

Ut autem certo conſtet, Divino inſtinctu, ductuque id omne ſuſceptum, perfectumque fuiſſe, hoc etiam ſubjungam. Aedicula illa, in qua Simeonem ab initio habitaſſe ſupra diximus, feneſtram habebat, per quam ille porrectam a Sacerdote Euchariſtiam accipiebat. Suppoſitus huic erat protuberante ſtructura lapis tricubitalis, ad Incenſi capſulam ſuſtinendam. Sub eos itaque dies, quos occaſione verni jejunii ab omni hominum congreſſu ſegregatus tranſigere ſolebat, poſt

Stationem columnarem & regulas orandi ab Angelo edocetur.

poſt tertiam hebdomadam illi forte oranri adparuit eximia forma vir facie ardentibus prunis prope ſimili, adcinctus, armatuſque, quaſi mox conflicturus; viſus autem primum ante feneſtram oraſſe, poſt in praedictum lapidem ſubiens, religatis poſt tergum manibus, prius quidem inclinato, deinde recto corpore orare; atque ſubinde ad ipſum Simeonem converſus, illum adtente reſpectare, rurſumque ab eo averſus, ſurrectis in Caelum oculis, manibuſque preces ſuas continuare; atque inter haec identidem Simeonem, ut antea, reſpicere. Per tres noctes viſio ejuſmodi repetita, a veſpere uſque ad mane ſequentis diei durabat. Tunc vero Chriſti famulus negocium iſtud a Domino profectum intellexit, ab eoque ſibi miſſum fuiſſe praeceptorem, a quo rationem, & regulam pie adſidueque orandi doceretur. Eo itaque poſt triduum diſparente, Simeon praedictum lapidem conſcendit: quod ſuave, & maxime jucundum illi adcidit, minime dubitanti, quin ea vivendi ratio a Deo inſpiraretur. Quamobrem exacto quadraginta dierum jejunio, & patefacto Septi oſtio, conſuetum domicilium reliquit, eoque in lapide ad tres menſes inſedit, tum reliquas, quas antea memoravimus, columnas conſtruxit, quarum poſtrema in duorum & viginti
33 cubitorum altitudinem eminebat [33].

Rurſus hoc vitae genus, Deo authore, coeptum fuiſſe, adhuc certioribus argumentis confirmatur. Et vero poſtquam per ſeptennium in parvis columnis habitaſſet, alteram triginta cubitorum excogitavit, quam poſtremo ad quadraginta extulit, diſcipuli opera in hoc negocio uſus, qui multis annis eidem ab obſequiis fuit, ejuſque oculos poſt obitum clauſit, morientemque, & caput reclinantem humero ſuo tamdiu ſuſtinuit, donec exſpiraret. Huic cariſſimo diſciplinae ſuae alumno ſanctus Senex mandaverat aliquando, ut quum, ad-

adnuente Deo, rurſus oſtium Septi recludi oporteret, alteram columnam triginta cubitorum ex geminis velut ſpondylibus per eam temporis intercapedinem compactam, in veſtibulo paratam haberet, idemque artificibus injunxit. Clauſo itaque Septi oſtio lapides caedere opifices adgreſſi ſunt; ſed obſiſtente occulta quadam vi, ſecti, dedolatique lapides inter manus diſſiliebant, & frangebantur. Per quatuor magni jejunii hebdomadas hoc negocium verſatum eſt; nihilum tamen perfectum eſt, praeter duos lapides. Jamque prope aderat tempus, quo Septi oſtium aperiri ſolebat, pudebatque artifices tamdiu ad duo illa ſaxa haeſiſſe: quamobrem laudatus Sancti Viri diſcipulus, qui eam remoram ſupra ceteros aegerrime ferebat, ad Magiſtrum noctu ingreſſus: Domine, quaeſo te, inclamat, communem Dominum noſtrum orato, ut, ſi quidem opus iſtud adprobat, viam ad illud perficiendum aperiat, tuaeque Sanctitati illam oſtendat, & doceat, qua noſtra culpa Diabolus nos tantopere infeſtet. Contra ſi hoc negocium illi minus placet, quonam operae pretio hunc nos laborem ſuſcipimus, aut artifices incaſſum fatigamus? Cui utrumque ſatisfacere Simeon coactus: Modo, inquit, abi, poſtridie rediturus. Rediit ille nocte altera, & elata voce rurſus Magiſtrum interpellat: num coepta perſequi velit. Tum vero Beatus Senex diſcipulum importuniſſima ea cura ſoluturus: Jam tibi poſthac, reſpondit, laeto agere licebit, quandoquidem Deus lapidem ſibi pro libito ſuo praeparavit, illumque nobis peccatoribus demonſtravit, ſubdens: Ne te anxium habeat, quod tuus tibi diſcipulus modo narrabat; ſic enim Domino decretum eſt, fieri columnam quadragenorum cubitorum, tribus compactam ſegmentis, in nomine Trinitatis, quam colis. Haec fatus, tria adjecit dona pu-

pura , candida , pulcherrima , & maxime expetenda; tuique, frater, mentionem intulit , te tuo nomine [34] Paramonarium
34 adpellans . Hem tibi hoc trado munus ; vade itaque , & alta voce haec praedica: Canta Deo canticum novum univerſa terra . Nunc vero quae audiſti exſequere : equidem confido , fore ut Dominus viam tibi aperiat , qua opus iſtud ad exitum tute perducas . His dictis , diſcipulus mirum in modum erectus , ad artifices antelucanus advolat , eoſque ad intermiſſum laborem continuo revocat . Ecce autem dum operi incumbunt , Domini nutu factum eſt , ut in interiori ipſius Septi receſſu lapidem praegrandem , firmum , atque per omnia voto reſpondentem , invenirent ; quem tametſi locum intrantes , & exeuntes frequentiſſime tererent , omnino antea non animadverterant . Magna itaque contentione reſumto labore , Domino adſpirante , ſpatio unius hebdomadae ſaxum mira facilitate ſectum dedolatumque ad oſtium Septi devolverunt, eoque patefacto, lapidem Simeon erigi juſſit ; quodque antea animo conceperat , columnam , ea , qua dixi , forma conſtructam conſcendit , & ſuper ea ſtetit triginta annos, quaſi unum diem , eique a Domino conceſſum eſt , vitae ſuae diem extremum ibidem ſolvere cum admirabilis Sanctitatis fama , in ipſo juſtitiae curſu , & Chriſtianae virtutis palaeſtra .

Ceterum vix dici poteſt, quantum ex ejus moribus , geſtiſque Divini nominis gloria per omnes propemodum terras propagata fuerit ; quantam dum viveret, & quam longe majorem poſtquam e vivis deceſſit , apud omnes homines exiſtimationem fuerit conſequutus ; quanta denique per eum Eccleſiae , & Chriſtianae fidei honoris , atque majeſtatis acceſſio facta fuerit . Profecto etſi ejus vitae primordia clariſſima fuere ; exitus tamen ea etiam ſuperavit . Si quis vero de hoc aliquando dubitavit , dubium po-

[illegible]

poſtea, certiſſimis documentis convi-ctus, depoſuit. Neque enim vulgari morte illum Dominus ſuſtulit, aut diem coronationis ſuae ipſi incertum, ignotumve eſſe ſuſtinuit, ſed mirabili viſione de futuro obitu praemonuit in hunc modum. Evolutis ſeptem annis, ex quo praedictum Septum intraverat, adparuere viri, Divina luce circumfuſi, quorum alter virga, quam forte manu tenebat, cubitos quadraginta menſus eſt: mox ad Socium converſus: Quum numerus, inquit, quadrageſimus [35] finitus fuerit, conſummabitur menſura, & 35
iſte tolletur: verumtamen antequam eum tollam, ſignum dabo, cui ſimile haec aetas omnino non vidit. Quae verba B. Simeon optime, planeque intellexit. Iterum autem ille convertit ſeſe, idemque ſpatium, eadem Socio regerens, dimenſus eſt. Neuter tamen Simeonem interpellavit, ſed ipſi inter ſe aliquantiſper conloquuti, poſtremum ambo ſimul videri deſierunt. At ipſe non dubius, quin ad ſe ea verba pertinerent, eadem animo adſidue volutabat, conjectanſque fatalis numeri finem haud procul abeſſe, portentum, quod Angelus ſe exhibiturum ſpoponderat, antequam ipſum eſſet ſublaturus, anxius opperiebatur. Poſtquam autem horrendum Divini furoris judicium conſpexit, quo Antiochia [36], 36
& finitima oppida everſa fuere, eamque ob cauſſam infinitam hominum multitudinem ad Septum convenire vidit, & adeſſe Sacerdotes de communi ſalute ſollicitos, ardentes lampadas, thuribula fumantia, erectas Cruces, populoſque undique turmatim adfluentes, omniaque circum loca queſtubus atque gemitibus perſonantia; tunc enimvero comperit numerum eſſe finitum, & deſignatum ab Angelo tempus jam adeſſe. Quamobrem clam adcitum ad ſe primum illum Diſcipulum, remotis arbitris, ſic adfatus eſt: Ut video, expletus eſt numerus, & ſignum longe majus, quam ipſe credi-

Caeleſti viſione de die obitus ſui praemonetur.

Item de Antiochiae terraemotu.

Ingens ad eum concurſus.

deram, editum eſt : nec dubium, quin praeſtitutum mortis meae tempus advenerit. Id porro tibi praefatus ſum, cogitans, te ex diuturna multorum annorum conſuetudine comperiſſe, nullum me meo Corpori adhibuiſſe indumentum, praeter haſce pelliculas : quare Deum invoco adverſus te teſtem, ſi forte commiſeris, ut membra mea aliis poſt obitum meum tegantur veſtibus. Atque ita factum eſt ; nullum quippe, praeter pelles, aliud ſacro corpori adhibitum eſt tegumentum. Eum itaque a Domino exitum conſequutus eſt, cui parem nullus, ut arbitror, mortalium in hac noſtra memoria habuit : adeo omnem numerum, & omnem fidem ſuperavit hominum ad ejus obitum confluentium multitudo. Is porro concurſus ab eo die, quo praedicta clades contigerat, coeptus, unum & quinquaginta dies duravit : ex ea ſcilicet calamitate tantus pavor in omnes incubuit, ut nec aedes ſuas intrare, nec in agrum exire tutum quiſquam putaret. Cunctis itaque trepidantibus, & quodam velut ſtupore mentis perculſis, vires, nedum conſilia omnia, ut in ſumma deſperatione, defecerant. Una videbatur ſupereſſe ſpes, ſi Simeon operam ſuam afflictis rebus adhibere dignaretur. Ad eum itaque ſupplices profugerant, quidvis mandaret, ſine cunctatione exſequuturi.

Jam vero tranſactis eo in luctu uno & quinquaginta diebus, facta eſt Synaxis illa maxima menſe Julio, quae Beato Simeoni poſtrema fuit, cuique parem numero, & frequentia nullam exiſtimo celebritatem uſquam ab hominum memoria exſtitiſſe. Enim vero cunctas orbis nationes e ſuis exciviſſe ſedibus viſus eſt Deus, eaſque in unum locum congregaſſe, ut ſimul omnes extremum vale dilecto ſuo Simeoni dicerent, ejuſque funeris pompam maxima omnium celebritate exornarent. Volebat nimirum famulo ſuo ante obitum ſequu-

ܒܢ̈ܝܢܫܐ ܐܝܟ ܕܢܚܘܐ ܠܫܘܒܚܐ
ܘܡܘܫܐ ܢܒܝܐ ܕܟܕ ܐܣܩܗ ܠܛܘܪܐ
ܘܚܘܝܗ ܐܪܥܐ ܕܡܘܠܟܢܐ ܘܗܝܕܝܢ
ܕܒܪܗ .

ܐܦ ܗܘ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܛܘܒܢܐ
ܥܕܪ ܗܘܐ ܠܟܠ ܐܢܫܐ ܠܒܘܝܐܐ
ܘܠܡܩܒܠܢܘܬܗܘܢ ܠܟܘܡܪ̈ܐ
ܘܠܥܡܡ̈ܐ ܘܒܬܪ ܐܝܟ ܡܢܝܢܐ
ܐܝܟ ܘܦܩܕ ܘܐܡܪ ܐܝܟ ܕܢܛܪܘܢ
ܢܡܘܣܐ ܘܦܘܩܕ̈ܢܘܗܝ ܕܡܪܝܐ
ܐܝܟ ܐܒܐ ܛܒܐ ܘܡܪܚܡܢܐ
ܕܢܦܩܘܕ ܠܒ̈ܢܝܐ ܚܒ̈ܝܒܐ
ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ : ܙܠܘ ܒܫܠܡܐ
ܕܡܕܝܢܬܟܘܢ ܡܫܝܚܝܐ ܘܡܥܒܕܘ
ܫܗܪܐ ܒܟܢܘܫܝܟܘܢ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ
ܘܒܬܪܟܢ ܒܫܡܗ ܕܡܪܢ ܘܐܠܗܢ
ܐܙܠܘ ܠܥܒܕܐ ܕܒܝܬܗ ܟܠ ܐܢܫ
ܠܥܒܕܗ : ܘܡܗܝܡܢ ܐܢܐ ܕܠܐ ܡܚܒܠܐ
ܐܠܗܐ ܕܝܠܗ ܗܘܐ ܠܟܘܢ ܡܬܒܛܠܐ .

ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܫܪܐ ܐܢܘܢ ܠܟܠܗܘܢ
ܒܬܠܬܝܢ ܗܘܐ ܫܠܡܘ ܝܘܡܝ̈ܢ ܒܬܫܥܐ
ܘܥܣܪܝܢ ܒܐܒ ܒܫܥܐ ܕܚܕܥܣܪܐ
ܥܪܘܒܬܐ ܕܫܒܬܐ ܕܢܓܗ ܚܕ ܒܫܒܐ ܡܢ
ܩܕܡ ܬܠܡܝܕ̈ܘܗܝ ܟܕ ܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܡܢ
ܥܠܝܗ ܡܚܘܬܐ ܠܗ ܒܫܥܬܗ ܟܪܗܐ
ܘܡܚܕܐ ܥܠ ܒܗܕ̈ܡܘܗܝ ܘܥܡܩ̈ܘܗܝ
ܘܓܪܡ̈ܘܗܝ ܒܗ ܒܝܘܡܐ ܡܚܝܠܐܝܬ ܚܕ
ܒܫܒܐ ܘܥܕܡܐ : ܠܬܠܬܐ ܒܫܒܐ
ܠܗܘܬܐ ܗܘܬ ܡܢ ܐܠܗܐ ܘܡܚܝܠ
ܒܗ ܐܝܟ ܚܕܐ ܕܐܬܚܙܝܬ :
ܠܡܬܡܗ ܒܗ ܕܠܡܥܒܕ ܡܬܡܗܢ
ܠܗܘܢ ܕܢܒܥܘܢ ܕܠܡܗܪ ܦܠܐ ܡܢ ܕܒܪ
ܐܢܫ . ܐܠܐ ܒܗ ܒܗܘ ܗܝܕܐ : ܫܡܥܐ
ܗܘܐ ܓܝܪ ܥܒܕܐ ܘܫܡܝܢܐ : ܕܢܦܩܐ
ܗܘܬ ܐܪܥܐ ܡܢ ܠܗܘܢ ܕܗܘܢ
ܢܡܘܣܐ ܡܩܒܠ ܐܦ ܘܡܬܬܠܝܢ ܐܠܗܐ ؛
ܗܘ ܕܝܢ ܒܥܕܢ ܗܘܬ ܗܘܐ ܠܡܫܠܡܘ
ܕܐܒ ܐܝܟ : ܘܠܗ ܡܬܚܫܒܐ ܗܘܐ
ܐܦ ܗܘ ܫܘܡܐ ܚܝܠܐ ܐܝܟ ܕܠܡܣܒܪܐ
ܡܬܚܫܒܐ ܐܠܐ ܕܡܢ ܐܝܟ ܡܕܡ ܕܢܝܚ
ܠܗ

quuturam poſt cineres gloriam praemonſtrare. Sic olim cum ſanctiſſimo Propheta Moſe egerat; poſtquam enim illum in montem ſubire juſſiſſet, inde terram populo ſuo promiſſam eidem oſtendit, tum demum illum e medio ſuſtulit.

At Simeon de communi ſalute ſollicitus, Sacerdotes quotquot aderant, ac populum ad ſe adcitos verbis primum eſt conſolatus; deinde pluribus adhortatus eſt, ut Dei legem, & praecepta exacte obſervarent, quaſi Pater bonus & amantiſſimus filiis benemoratis ſuprema ſe illis dare mandata teſtatus, mox ſubdidit: Nunc vero ad veſtras ſinguli redite ſedes, ibique per triduum Chriſtiano ritu vigilias celebrate: tum vero poſito metu, ad negocia veſtra in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti diſcedite, & artifices ad ſuum quiſque opificium ſe referat; nec dubito, quin ſalus veſtra Deo in poſterum curae ſit futura. His dictis, omnes dimiſit. *Suprema ejus monita.*

Evolutis itaque ab eo receſſu diebus triginta, vigeſima nona Auguſti, hora undecima, Sabbathi die in Dominicam eunte, Dei famulus, praeſentibus quibuſdam ex ſuis diſcipulis, repentino languore correptus eſt, qui mox in artus, & in viſcera, ac medullas ſenſim inlapſus, in lethalem evaſit; & a Dominica quidem die uſque ad feriam tertiam idem fere morbi ſtatus fuit: quo temporis intervallo Deus ſervi ſui ſanctitatem ingenti miraculo illuſtravit, quod ob magnitudinem ſuam difficilem fortaſſe fidem apud poſteros inveniet. Ceterum in Chriſtum eredentibus omnia ereditu facilia ſunt, ſcientibus nimirum omnem naturam Deo parere, ejuſque nutu, atque voluntate conſtare. Res autem ita ſe habuit. Exeunte Auguſto menſe, prope jam adpetebant Kalendae Septembris, aeſtus nihilominus ingruebat propemodum intolerabilis, ſoliſque vapore torrefacta terra exardeſcebat. Id por- *Lethifero languore corripitur.*

porro reor factum, tum ut mox ſequuturi ſigni certiſſimum argumentum haberetur: tum vero etiam ut B. Simeoni inde velut ex indubitabili praeſagio conjectare liceret, vicinum inſtare exitum, & praeteritorum laborum mercedem. Quum repente aurae lenes, & blandae immodicum illum calorem ſuſtulere, deinde ros Caelo cadere ſuper Chriſti famulum viſus eſt, & ſuaviſſimus odor ex ejus corpore manare coepit, cui ſimilem nulla, arbitror, ſenſit aetas, nullus locus expertus eſt. Nec tamen unus erat odor, ſed multiplex, & varius, adeo ut quemadmodum unda undam trudit, ſic odorum ſpecies altera alteri ſuccederent, ſuaviſſimum quoddam ſpirantes, quod omnium aromatum, atque, odoramentorum fragrantiam longe ſuperaret; erat, nempe, Dei praepotentis opus. Mirificus porro ille odor intra Septum continebatur; at nec totam ſcalam adflabat, ſed interpoſitum tantummodo ſpatium a medio ſcalae uſque ad ſummitatem ejuſdem: cunctis ignotum odorem impendio mirantibus. Eo mirabili eventu excitatus primus ille diſcipulus Simeoni cariſſimus, qui diu noctuque ei ab obſequiis aderat, illis praecipue diebus, quibus eum deceſſurum praeſenſerat, Magiſtrum morbo proſtratum recreare cupiens: Animadvertiſne, Domine, inquit, quantopere te tuus Deus amet; quandoquidem duo illa optatiſſima tibi conceſſit: primum, ut univerſae circum gentes ad te ſalutandum convenerint: alterum, quod nemini reor antehac conceſſum, ut admirabili iſto odore, cui ſimilem nemo unquam aut ipſe ſenſit, aut alios ſenſiſſe audiit, velut accepto quodam pignore paratam jam laboribus tuis mercedem intelligas. Hem porro mihi te Deus propediem eſt ablaturus, ut tuorum expoſtulant geſtorum merita. Quare obſecro te, Domine, per Deum, quem a pueritia dilexiſti, aperi ſacrum iſtud os, & benedie ſer-

Suaviſſimus odor ex eo manat.

[illegible]

ſervo tuo, quoniam perfectio tua novit, quantopere Sanctitatem tuam ſemper amaverim, ſemperque coluerim. Ad haec beatus Senex fauſta omnia diſcipulo adprecatus, ſimul admonuit, ne cuipiam, ipſo ſuperſtite, illius odoris arcanum patefaceret, aut de eo verba faceret: ut qui bene noverat, Caeleſtem eam fragrantiam Divinitus immiſſam fuiſſe.

Diſcipulos Deo commendat.

37

Feria autem quarta, quarto Nonas [37] Septembres, Hora nona, adſtantibus cunctis ejus diſcipulis apud ipſum, praefecit illos duos ſociis eorum, & omnes Domino commendavit. Mox ter in genua procumbens, adſurgenſque Caelum proſpectabat. Quum vero frequentiſſimus populus alta voce undique conclamaret: Benedic Domine: Chriſti famulus oculos ad quatuor praecipuas orbis plagas circumferens, ſimul opertam Maforte manum elevans, benedixit eis, & commendavit eos Domino tribus vicibus: continuoque ſublatis iterum in Caelum oculis, pectuſque per totidem vices dextera manu tundens, caput ſuper humerum prioris diſcipuli depoſuit, ſimulque exſpiravit: ambobus diſcipulis manus ſuas ejus oculis impoſitas interim habentibus, adſtante, ejuſque vultum adtentis oculis intuente univerſa multitudine.

Populo benedicit.

Moritur.

Interea diſciplinae ejus Alumni veriti, ne numero obruerentur, pagorumque vicinorum Incolae coitione facta, in Magiſtri cadaver involarent, atque in eo tumultu plurimi aut coorta ſeditione caederentur, aut, ſuperante multitudine, oppreſſi, ſuffocarentur; arcam ſuper columnam adferri curarunt, in qua ſancti Viri corpus depoſuere interim, dum nobilioris tumuli honorem eidem praeparare inſtituunt. At ubi ejuſdem obitus rumor vicinas terras adflavit, ſimul, ut in maximis eventis, per univerſum orbem eſt divulgatus; inde in omnes pavor, & velut quidam mentis ſtupor invaſit, audientes repente factum, quod non

Lugent eum innumeri.

ܠܟܠܗܘܢ ܣܓܝܐܐ ܘܐܦܢܝܘ ܡܫܘܕܥܘܬܐ
ܕܐܬܝܗܒܬ ܕܢܘܗܪܐ ܗܘܬ ܠܗ ܡܢ ܐܠܗܐ
ܐܝܟ ܕܢܐܣܐ ܟܘܪܗܢܝܗܘܢ .

ܒܪܡ ܐܢܫ ܚܕ ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܫܐܕܐ
ܫܢܝܬܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ ܘܥܡܪ ܗܘܐ
ܒܝܬ ܩܒܘܪܐ ܥܬܝܩܐ ܘܡܛܠܬܐ ܘܡܫܟܢ
ܗܘܐ ܗܘ ܒܝܬ ܩܒܘܪܐ ܠܡܪܥܢܐ
ܠܘ ܪܚܝܩ ܡܢ ܩܪܝܬܐ ܕܡܫܬܡܗܐ ܡܪܘܢ ;
ܘܟܠ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܝܢ ܘܥܒܪܝܢ ܗܘܘ
ܒܐܘܪܚܐ ܣܗܕܝܢ ܗܘܘ ܠܗ :
ܘܡܠܬܗ ܥܨܝܪܐ ܗܘܬ ܘܡܫܬܓܫܢܐ
ܡܕܪ ܗܘܐ ܘܟܠ ܡܢܗܡ ܢܗܡ
ܗܘܐ : ܘܐܦܠ ܐܢܫ ܠܘܬ ܢܦܩܗ ܕܗܘ
ܡܛܠܬܐ ܘܠܝܥ ܠܐ ܢܩܪܒ ܗܘܐ ܐܦܠܐ
ܐܝܟ ܕܡܢ ܡܫܬܥܝܢ ܗܘܐ ܕܢܬܦܪܫ
ܠܗܘܢ ܡܢ ܕܚܠܬܐ ܘܡܢ ܩܠܐ
ܕܢܗܡܬܗ : ܘܟܕ ܣܒܐ ܕܢܕܒܪܘܢ ܠܦܓܪܗ
ܕܛܘܒܢܐ ܒܥܓܠܬܐ ܘܐܬܐ ܠܘܬ ܗܘ
ܕܒܝܬ ܩܒܘܪܐ ܒܠܗ ܢܘܗܪܐ ܡܢ ܫܡܝܐ
ܐܝܟ ܗܘ ܕܠܗܕܐ ܢܛܝܪ ܗܘܐ
ܘܡܚܕܐ ܢܦܩ ܗܘ ܡܢ ܩܒܘܪܐ
ܕܪܗܛ ܗܘܐ ܒܗ ܘܡܛܝ ܠܥܓܠܬܐ
ܘܟܕ ܡܛܐ ܕܢܩܦ ܒܗ ܠܗܘ
ܠܓܠܘܣܩܡܐ ܕܒܗ ܦܓܪܗ ܗܘܐ
ܦܪܚܬ ܡܢܗ : ܘܡܚܕܐ ܒܝܫܬܐ
ܕܡܬܝܚܝܢ ܠܗܘ ܠܓܠܘܣܩܡܐ
ܒܬܪ ܡܢܗ ܥܠܝܗ ܘܡܫܬܡܠܝܗ
ܦܘܡܐ ܒܫܘܒܚܐ ܗܘ ܕܦܬܚܘܗܝ
ܗܘܬ ܠܗ : ܘܐܬܐ ܠܟܠܗ ܥܡܐ
ܘܢܒܥ ܘܐܫܬܒܚ ܠܟܠܢܫ
ܘܐܫܬܥܝ ܐܦ ܐܝܟܢܐ ܕܠܫܝܢܗ
ܘܦܬܚ ܦܘܡܗ ܘܐܦܢܝ ܡܫܒܚ
ܠܐܠܗܐ : ܘܐܝܟ ܕܡܫܬܪܐ ܠܟܠܢܫ :
ܘܫܠܡܬ ܗܝ ܕܒܦܬܓܡܐ ܕܢܒܝܐ
ܕܚܝܠܐ ܕܥܒܕܘܗܝ ܚܘܝ ܠܥܡܗ
ܘܒܬܪܟܢ ܠܗ ܠܓܠܘܣܩܡܐ :
ܘܐܬܐ ܥܡܗ ܠܡܕܝܢܬܐ
ܘܩܘܝ ܗܘܐ ܝܘܡܬܐ ܣܓܝܐܐ
ܒܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܡܘܕܐ ܠܐܠܗܐ.
ܠܐ ܗܘ ܡܠܟܐ . . . ܥܠܡܢܐ
ܐܦܪܟܐ

celeberrimo conventu advenis, indigeniſque innoteſceret S. Simeoni conceſſa curandorum morborum gratia.

45 Erat in eadem vicinia [45] Energumenus; jamque a multis annis in ſepulcris, locisque ſubterraneis habitabat: nuper vero cryptam pago, quem [46] Maro dicunt, proximam obſederat, quod omnes illac praetereuntes teſtabantur, mutuſque ſimul evaſerat, & amens; ideoque circa oſtium ejus ſpecus obambulans, perpetuo rugiebat, nemine ad eum accedere audente: tantus ex eo rugitu metus omnes invaſerat. Accidit interea, ut illac B. Simeonis Corpus rhedae impoſitum deferretur: continuo Caeleſti lumine conluſtrari Energumenus eſt viſus, quaſi vero ad hunc caſum Divinitus ſervatus fuiſſet. Protinus itaque e ſepulcro exſiliens, quanta poruit celeritate ad rhedam adcurrit; vixque ad ſacri Corporis arcam pervenerat, quum ſubito, aufugiente nefario ſpiritu, liberatus eſt, ſuique compos effectus, ſingulos adſtantes praeclare agnovit; linguae mox uſum adeptus, in Dei laudes prorupit, cunctis miraculum ſtupentibus: quod in Divinis literis eo Oraculo praedictum fuerat: *Virtutem operum ſuorum annunciabit populo ſuo*. Energumenus vero per eum modum ſanitatem conſequutus, ſacras Reliquias deinde ad ſtatutum locum comitatus eſt, urbemque ingreſſus, ad plures dies in Eccleſia manſit, quum gratias Deo ageret, ejuſdemque erga ſe bonitatem obviis quibuſque palam, & publice praedicaret.

Energumenus ad ejus ſacri corporis adſpectum nefario ſpiritu liberatur.

46

Pſal. 110. 6.

47 Interea ... [47] Imperator de obitu S. Simeonis certior factus, daris ad Praefectum militiae, atque ad Epiſcopum literis, miſſiſque legatis, inſtitit, ut S. Viri Corpus Conſtantinopolim quamprimum aſportaretur. Cupiebat, nimirum, optimus Princeps, cariſſimum illud depoſitum per ſe honorare, ſperabatque ab illius interceſſione ingens Imperio

praeſidium, & univerſae Reipublicae inſuperabile munimentum adfuturum. At enim vix dici poteſt, quantum ejuſmodi literae Antiochenos pereulere: ergo minus officio, & amori patriae ſatis feciſſe arbitrati, ſi eam jacturam apud Legatos infimis precibus, profuſiſque lacrymis deprecarentur, niſi Imperatori in haec verba reſcriberent: Quoniam Civitas noſtra moenibus caret; Divini enim Numinis indignatione dudum concuſſa corruerunt; ſanctiſſimum Corpus hue intulimus, ut nobis moenium ſit loco, ejuſque interceſſione tuti eſſe poſſimus. Vix tamen exorari ſe paſſus eſt... Imperator, ut Sacrum depoſitum ipſis relinqueret: eo uſque famulum ſuum Simeonem magnificavit Deus. Et quoniam ipſe Dei gloriam amplificaverat, ſervo ſuo rependit mercedem Deus; effecitque, ut longe lateque diffuſa fama, omnium hominum conſenſu, & religione laudaretur, & coleretur.

Explicit Commentarius de Vita, & Geſtis S. Simeonis Stylitae.

ܫܠܡܬ ܬܫܥܝܬܐ ܕܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܐܣܛܘܢܝܐ.

EPISTOLA

Cosmae Presbyteri ad S. Simeonem Stylitam.

ܐܓܪܬܐ ܕܩܘܙܡܐ ܩܫܝܫܐ ܠܘܬ
ܕܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܐܣܛܘܢܝܐ.

Patri ac Domino noſtro electo, vero, fideli, inclyto, ac caeleſti ſalutatione digno: qui jejunio excellit, & in opere Domini ſui adſiduus
48 eſt: qui regionis [a] noſtrae eſt propugnaculum, populique noſtri decus: cujus adſpectus eſt venerabilis, & praeclara geſta: qui Chriſti Ecclesiarum eſt vindex, & ſalutis praeco, atque inter Deum, & homines ſequeſter. Nuncio auxilii, e ſacro Altari adventuri iis, qui audiunt eum: qui in agendo prudentia pollet: cujus admiranda facinora in omnium ore verſantur: qui populis mandat, ut ipſius inſiſtentes veſtigiis, Domini praecepta cuſtodiant:

ܒܩܘܒܠܗ . ܠܥܒܕܐ ܬܠܬ̈ ܕܡܩܘ̈ܝܢ
ܚܘܒܐ ܘܣܒܪܐ ܘܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܠܦܗ
ܥܠܝܗ ܦܘܠܘܣ ܪܒܗ : ܘܐܬܐ ܠܗ
ܦܪܘܩܢ ܠܗ ܡܚܒܗ ܠܬܪܝܨܘܬܐ ܠܡܚܒܗ
ܒܩܘܫܬܐ : ܘܐܝܬ ܐܠܗܘܗܝ ܒܟܐܢܘܬܐ :
ܨܘܪܐ ܫܦܝܪ ܕܐܬܝܗܒ ܠܒܪܢܫܘܬܐ ܘܡܚܙܝܬܐ
ܫܦܝܬܐ ܕܐܬܚܙܝܬ ܒܐܠܗܐܝܬ :
ܒܡܨܥܬܐ ܕܐܢܫܐ ܩܝܡ ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܘܐܚܝܕ
ܥܡܘܕܗ ܘܫܪܪܐ ܕܬܪܝܨܘܬܐ : ܠܐܒܕܐ
ܥܡܝܩܐ ܕܪܥܝܢܝ ܠܥܘܕ ܚܝܠܐ ܠܡܣܡܟܘܬܗ :
ܠܟܘܡܪܐ ܡܫܝܚܝܐ ܕܐܬܝܗܒ ܠܢ ܡܢ
ܐܠܗܐ ܢܥܒܕ ܪܥܘܬܐ ܥܡܢ ܘܐܠܗܐ
ܠܪܘܡܗ : ܠܗܘ ܕܒܢܐ ܡܫܪܝܗ ܥܠ
ܟܐܦܐ ܕܡܬܥܠܝܐ ܡܢ ܥܠܥܠܐ : ܠܗܘ ܕܒܨܒܝܢܗ
ܚܫ̈ܐ ܩܒܠ ܥܡܗ ܘܠܐ ܐܫܬܐܣܝ ܡܢ
ܦܓܪܐ ܘܐܬܥܠܠ : ܠܗܘ ܕܠܡܪܗ
ܒܫܘܢܩܐ ܘܐܪܥܝ ܠܐܠܗܐ ܒܚܫܐ
ܕܫܘܦܪܗ ܘܝܚܝܕܝܘܬܗ ܒܟܝܢܘܬܗ :
ܠܗܘ ܕܡܢ ܥܠܡܐ ܢܦܩ ܘܫܠܡ
ܦܘܩܕ̈ܢܘܗܝ ܕܦܪܘܩܢ : ܠܗܘ ܕܐܢܫܘ̈ܗܝ
ܘܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܐܚܐ ܘܩܪܝܒܐ
ܠܥܝܪ̈ܐ : ܠܗܘ ܠܕܥܒܪ̈ܢ ܘܡܬܚܒܠ̈ܢ
ܘܐܚܕ ܠܕܡܩܘ̈ܝܢ ܘܠܐ ܡܝܘ̈ܬܝܢ :
ܠܡܗܝܡܢܐ ܐܝܟ ܐܒܪܗܡ ܘܡܟܝܟܐ ܐܝܟ
ܡܘܫܐ ܘܒܬܪ ܐܘܪܚܬܗ : ܫܘܬܦܗ
ܕܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ : ܡܟܝܠ ܘܐܝܟ ܕܐܠܝܐ :
ܘܠܐܠܝܫܥ ܐܬܘ̈ܬܐ ܘܒܡܢܝܢܐ ܐܝܟ ܐܠܝܫܥ
ܠܕܐܬܕܪܝ ܙܟܘܬܗ ܐܝܟ ܐܝܘܒ ܐܝܟ ܕܠܗ :
ܠܕܢܨܚ ܘܟܕ ܥܡ ܣܛܢܐ ܐܝܟ ܐܝܘܒ
ܒܚܝܠܗ : ܠܣܛܢܐ ܕܢܟܐ ܙܟܐ ܘܐܦ
ܕܢܒܝ̈ܐ ܕܡܠܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ ܡܠܝܐ
ܐܢܘܢ ܒܢܦܫܗ . ܠܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܕܥܠܝܢ
ܒܫܡܐ ܡܬܕܡܐ ܠܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ
ܫܬܐܤܬܐ ܕܥܕܬܗ ܕܡܫܝܚܐ . ܠܥܒܕܐ
ܕܐܠܗܐ ܘܪܒܝܬܐ ܡܗܝܡܢܐ . ܠܘܪܕܐ
ܫܦܝܪܐ ܕܡܫܬܩܝܐ ܒܛܠܠܐ ܫܡܝܢܝܐ :
ܘܡܒܣܡ ܪܝܚܗ ܠܥܠܝ̈ܐ ܘܠܬܚܬܝ̈ܐ . ܡܢ
ܥܒܕ̈ܝܟ ܘܡܫܡܫ̈ܢܝܟ ܕܩܘܢ̈ܝܢ
ܒܨܠܘ̈ܬܟ ܒܟܠܙܒܢ ܡܢ ܩܘܪܝܐ ܕܦܢܝܪ
ܩܘܙܡܐ ܩܫܝܫܐ ܥܡ ܡܫܡܫܢ̈ܐ ܘܩܪ̈ܘܝܐ
ܘܟܠܗ

diant : qui a Magiſtro ſuo Paulo doctus, excolit tria illa, quae manent, caritatem videlicet, ſpem, ac fidem : qui in Domino ſperat, eundemque in veritate, & juſtitia diligit : qui eſt pulchrum exemplar, & nitidum ſpeculum, humano generi Divinitus propoſitum, & hanc ob cauſſam inter homines hactenus detinetur. Columnae rectitudinis, cujus vera, & ſincera virtus oppreſſas conſcientia mentes noſtras ſuſtentat. Chriſti Sacerdoti, nobis Caelitus conceſſo, ut Deum nobis, rebuſque noſtris propitium efficeret : qui in excelſo, tutiſſimoque loco conſedit, ſibique domicilium ſuper petram ventis, & procellis inexpugnabilem excitavit : qui Domino ſuſceptis ſponte poenis placuit, & corporis ſui cruciatibus ſibi placatum reddidit, & ſingulari innocentia Conditoris ſui gratiam mirifice iniit : qui abdicatis ſeculi opibus, Servatoris noſtri mandata explevit : qui cognatorum conſuetudinem fugiens, Caelitibus adfinis, & frater effectus eſt : qui fluxa, & caduca aſpernatus, immortalia, & ſemper manentia bona optavit : qui fidelitate Abrahamo eſt comparandus, manſuetudine Moſi, morum probitate ejus ſocio Joſue filio Nun : qui Eliae & Eliſeo ſignorum ac miraculorum numero, atque magnitudine conferendus : cujus aeque ac ſancti Job triumphus celebratur, quandoquidem pari ac ille fortitudine cum diabolo congreſſus, ipſum ſuperavit. Socio Prophetarum [49], & compari Apoſtolorum, 49
quorum ſermones & opera in ſe ipſe implevit : Domino SIMEONI, qui nomine aeque ac opere imitatur Simeonem Cepham, Eccleſiae Chriſti fundamentum : Famulo Dei, & fideli familiae praepoſito : pulcherrimae Roſae, quae Caeleſti rore irrigata, ſuperos, imoſque ſuavi odore recreat. Famuli & ſervi tui precibus tuis ſeſe adſidue commendantes, Coſmas Presbyter Phanir pagi, unacum Diaconis, Lectoribus, & univer-

ſa Eccleſia: necnon Oeconomus, & Magnates cum toto pago. Omnes ſimul dilectionem tuam exaltamus, & ſalutem tibi plurimam in Chriſto dicimus.

Tenuitas noſtra Magnitudini tuae, & vilitas noſtra tuae Paternitati ſignifi-
50 cat de [1°] Praecepto Timoris Dei, quod a te abjectioni noſtrae impoſitum eſt, cui omnes unanimi, & perfecta caritate conjuncti ſubſcribimus, illudque noſtro chirographo ratum habemus: & primum
51 quidem Feriam ſextam [5°], & Dominicam diem ſancte, & pure obſervari oportere: nefas eſſe menſuras duas facere, ſed unam rectam, & aequam: neminem limites ſuos tranſgredi debere: operariis mercedem non eſſe denegandam: medietatem foenoris veteris ac novi taxandam: chirographa ſolventibus reſtituenda: & rectam puſillis, atque majoribus ferendam ſententiam; nec ulli praeter jus deferendum, aut munus contra aliquem admittendum: nec cuiquam crimen falſum adfigendum: maleficos inſuper & fures a noſtra conſuetudine & conloquio eſſe arcendos: praevaricatores, & legum contemtores eſſe coërcendos: & Eccleſiam pro noſtrarum animarum ſalute nobis frequentandam. Si quis autem iſta ſtatuta violare praeſumſerit, aut alienam ſubſtantiam rapere, aut inſontes opprimere, aut judicem ſubornare, aut orphanis, viduis, vel pauperibus quidpiam auferre, aut mulierem vi abducere, anathema ſit. Quaecumque enim a te praeſcripta fuere, atque a nobis ſponte ſuſcepta ſunt, & exſequutioni mandata, eadem in poſterum obſervanda eſſe ſancimus. Quae vero ſpopondimus, eadem nos eſſe facturos juramus, per Deum, & per Chriſtum ejus, perque vivum, & ſanctum Spiri-
52 tum, & per Victoriam [5°] Dominorum noſtrorum Imperatorum. Si quis porro in his peccare auſus fuerit, anathema ſit ex verbo tuo, Domine: noſque ipſi eum corripiemus, Domine, & a noſtra commu-

ܘܟܠܗ̇ ܟܦܪܐ. ܘܡܢ ܐܦܛܪܘܦܐ
ܘܐܡܝܪ̈ܢܐ ܘܡܫܒܚܝܢ ܚܘܒܟ ܟܠܢ
ܘܫܐܠܝܢ ܠܫܠܡܟ ܕܒܡܫܝܚܐ ܣܓܝ
ܥܠܡ.
ܡܟܝܟܘܬܐ ܘܒܨܝܪܘܬܢ ܠܪܒܘܬܟ
ܘܡܟܝܟܘܬܢ ܠܐܒܗܘܬܟ ܡܛܠ ܦܘܩܕܢܐ
ܕܕܚܠܬ ܐܠܗܐ ܕܡܢ ܠܘܬܟ ܠܡܟܝܟܘܬܢ
ܐܬܬܣܝܡ: ܡܛܠ ܗܢܐ ܟܕ ܚܕ ܢܦܫܐ
ܡܫܠܡܝܢ ܟܠܢ ܒܚܘܒܐ: ܘܡܫܪܪܝܢܢ
ܟܕ ܒܚܘܒܐ ܡܛܠ ܟܬܝܒܬܐ ܕܐܝܕ
ܚܬܡܢ ܕܢܬܢܛܪܘܢ ܕܩܕܡܝܬ ܥܪܘܒܬܐ
ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܢܥܒܕ ܠܢ ܬܪܬܝܢ ܟ̈ܝܠܢ
ܐܠܐ ܐܢ ܚܕ ܟܝܠܐ ܕܬܪܝܨܘܬܐ ܘܚܕ ܡܬܩܠܐ
ܕܟܐܢܘܬܐ ܢܛܪܝܢ. ܘܡܛܠ ܬܚܘܡܐ
ܕܐܢܫ ܠܐ ܢܥܒܪ. ܘܡܛܠ ܐܓܪܐ ܕܦܥ̈ܠܐ
ܘܥܒ̈ܕܐ ܕܐܢܫ ܠܐ ܢܟܠܐ. ܘܡܛܠ
ܦܠܓܘܬܐ ܕܡܢ ܪܒܝܬܐ ܕܥܬܝܩܬܐ
ܘܕܚܕܬܐ ܢܫܬܒܩ ܠܚܣ̈ܝܪܐ:
ܘܡܛܠ ܫܛܪ̈ܐ ܕܢܦܪܥܘܢ ܢܬܦܢܘܢ
ܠܗܘܢ: ܘܡܛܠ ܕܝܢܐ
ܬܪܝܨܐ ܕܢܬܥܒܕ ܠܙܥܘܪܐ ܘܠܪܒܐ
ܘܕܐܢܫ ܠܐ ܢܣܒ ܡܣܒ ܒܐܦ̈ܐ
ܐܢܫ ܥܠ ܚܒܪܗ ܠܐ ܢܦܠ. ܘܡܛܠ
ܚܪ̈ܫܐ ܘܠܐ ܢܬܚܠܛ: ܘܠܓܢ̈ܒܐ
ܘܠܡܣܟ̈ܢܐ ܠܐ ܢܬܩܪܒ. ܘܠܡܣ̈ܒܠܢܐ
ܘܠܡܒ̈ܣܝܢܐ ܥܠ ܢܡܘܣܐ ܢܬܕܪܒܘܢ
ܘܠܥܕܬܐ ܢܬܟܢܫܘܢ ܡܛܠ ܚܝ̈ܐ
ܕܢܦ̈ܫܬܢ: ܐܢ ܕܝܢ ܐܢܫ ܐܢܫ ܢܥܒܪ
ܥܠ ܩܝ̈ܡܐ ܗܠܝܢ: ܐܘ ܢܚܛܘܦ: ܐܘ
ܢܥܫܘܩ ܐܘ ܢܣܒ ܠܗ ܫܘܚܕܐ
ܐܘ ܢܚܛܘܦ ܠܝܬ̈ܡܐ ܘܠܐܪ̈ܡܠܬܐ
ܐܘ ܠܡܣ̈ܟܢܐ ܐܘ ܢܚܛܘܦ ܐܢܬܬܐ
ܠܐ ܢܗܘܐ ܒܫܘܬܦܘܬܐ ܢܚܛܘܦ
ܗܢܘܢ ܕܦܩܕܬ ܘܩܒܠܢܢ:
ܘܩܝܡܢ ܡܛܠ ܡܫܡܥܬܐ ܦܪܩܢ ܐܢܫܝܢ:
ܠܗܘܢ ܢܛܪܝܢ ܐܝܟ ܕܡܢ ܟܠܗܘܢ
ܘܡܫܝܚܗ ܘܒܪܘܚܗ ܚܝܐ ܘܩܕ̈ܝܫܐ:
ܘܒܙܟܘܬܐ ܕܡܪ̈ܢ ܡܠܟ̈ܐ ܕܝܠܢ
ܕܢܡܪܚ ܘܢܚܛܐ ܒܗܠܝܢ ܡܪܝ:
ܢܗܘܐ ܚܪܡܐ ܡܢ ܦܘܡܟ ܡܪܝ ܐܦ ܚܢܢ
ܡܪܝ

[illegible]

munione ſegregabimus; nec ejus oblatio ſuſcipietur in Eccleſia; nec ejuſdem mortuos proſequemur. Quicumque vero pecuniam mutuam dare in poſterum recuſaverit, foenoris [53] tenuitatem cauſſatus, is audiet quae dilectio tua docuit, 53
pro certo habendum eſſe, ſatius fore dimidium foenoris licite tollere, quam totum per vim & injuriam extorquere. Ora pro nobis Domine mi juſte, pure, & fidelis; ut quae nobis imperaſti, fortiter conſtanterque exſequamur. Nos autem Domini noſtri ope freti, confidimus, fore ut omnes admonitionibus tuis pareamus, & praecepta tua ſervemus, quaſque nobis ſanxiſti, leges ſarras, tectas tueamur: atque per haec opem, & gratiam, te interveniente, a Chriſto conſequamur. Deprecare pro nobis, Domine; ut neque apud te confundamur, neque apud Dominum tuum rei efficiamur, ſed prompto, & alacri obſequio dictis tuis obtemperantes, eadem pie, ſanctèque in rem conferamus, atque per ea vitam. hauriamus immortalem. Ora pro nobis, Domine; ut precationibus tuis ipſi perpetuo adjuvemur, & ſuper univerſum terrarum orbem miſericordia, ſpes, & ſalus per tuas preces fiat in ſecula, Amen, Amen. Quod reliquum eſt: benedictionem iſta obſervantibus adprecamur, maledictionem vero quibuſcumque eadem violare auſuris: & dicat univerſus Populus, Amen.

[illegible]

Explicit Epiſtola, a Coſma Preſbytero, ac reliquis ejuſdem oppidanis miſſa ad Septum Beati Mar [54] Simeonis. Gloria Patri Creatori, gloria Filio Redemtori, Gloria Spiritui Paraclyto: una deitas: una dominatio: una poteſtas: una virtus, quae etſi nec mente comprehendi, nec ulla intellectus vi adtingi, aut manibus adtrectari poſſit, per adſumtam tamen pro noſtra ſalute humanitatem ſenſibus noſtris ex gratia & miſeratione

Epigraphe ad calcem Epiſtolae adjecta.
54

tione ſua obviam ſeſe exhibuit; cui propterea decet adoratio in ſecula, Amen. Bona fiat commemoratio coram Deo, & Chriſto ejus Simeonis Apollonii, & Barhatoris Auduni, qui curarunt fieri Librum iſtum praeclare geſtorum Beati Mar Simeonis: idque fecerunt ex opere manuum ſuarum, & ex ſudore vultus ſui, ut eſſet in commemorationem defunctorum ſuorum, & in munimen vitae ſuae, atque in ſalutem animarum ſuarum; ut novam in Chriſto vitam adipiſcantur, & ad ſortem perveniant, quae Sanctis obtigit in lumine, quod non tranſibit, nec deficiet in ſecula, Amen.

Abſolutus eſt autem Liber iſte de Triumphis Beati Mar Simeonis menſe Niſan (*Aprili*) die decima ſeptima, Feria quarta, Anno Antiochenorum [55] quingenteſimo vigeſimo primo, ſub praeſtantiſſimo, electo, operumque bonorum ſtudioſo Mar Simeone Presbytero, & ſub Mar Cyro ejuſdem Archidiacono. Quicumque in eo legerit, oret pro iis, qui Librum hunc fieri curarunt; ut Deus donet eis remiſſionem peccatorum ſuorum in ſecula, Amen, Amen. Quiſquis legerit, & fecerit, oret pro Scriptore, atque ita dicat: Qui innovavit Job, & in duplum omnia illi dedit, ipſe exaudiat juſtas Scriptoris petitiones in hoc ſeculo, & in altero mereatur accipere vitam cum Juſtis, & Piis, qui placuerunt Domino ſuo in veritate, & in bonis operibus. Vale in Domino noſtro, & ora pro me.

AD-

ADNOTATIONES.

(1) S *Iſan* vicum S. Simeonis Stylitae patriam fuiſſe, Theodoreto, ac Theodoro Lectori conſentiens, ſcribit Coſmas noſter. At quem *in confinis regionis Cyrrheſticae & Ciliciam* ſitum tradit Theodoretus, hunc Coſmas vicum eſſe adfirmat *regionis Nachiphelorum in Arabia*. Ejuſdem regionis Nachiphelorum meminit Coſmas infra, ubi refert poenam a Deo inflictam Tribuno Reginae Arabum in regione Nachiphelorum, quod a S. Simeone per Nuncium correptus, haud reſipuiſſet.

(2) Fratres Sancto Simeoni fuiſſe, nec Theodoretus, nec Antonius, aut Metaphraſtes narrant. Solus Coſmas teſtatur, eum plures habuiſſe germanos fratres; ex quibus tamen unus [illegible] *Semſes*, eodem natu major, parentibus ſupervixit. Hunc, adſerit infra, exemplo S. Simeonis motum, Tonſuram a Mara Gabalorum Epiſcopo accepiſſe, & Monaſticam vitam profeſſum fuiſſe Teledae in Monaſterio S. Euſebonae, ubi diem clauſit, praenunciata a S. Simeone ejus morte tribus ante menſibus.

(3) Patrem S. Simeonis *Heſychium*, ſeu *Suſocionem*: matrem *Mathanam*, ſeu *Marabanam*, vel *Maratham* nominat Latinus Antonii Interpres. Addit Antonius, poſteaquam Simeon abdicato ſeculo in Monaſterium ſe recepit, *non deſtitiſſe parentes ejus per duos annos eum deflere, & perquirere*. Et infra cap. 3. *Mater ipſius*, inquit, *ſeptimo demum & vigeſimo anno quum reſciviſſet ubi terrarum degeret, adcedens cupiebat eum videre*, &c. Illum vero refert, matrem in ſuum conſpectum non admiſiſſe, donec ſpiritum Deo reddidit: tum vero corpus ejus in mandram introductum, atque e regione columnae ſepultum, exſequias celebrante Simeone. Idem ex Antonio deſcripſit Metaphraſtes, legiturque in Officio S. Simeonis apud Maronitas, quod formis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide anno 1556. prodiit. At Theodoretus parentum quidem S. Simeonis ante ejus converſionem meminit his verbis: *Quum aliquando nix multa decidiſſet, & oves intus manere cogerentur, otium nactus, ad Divinum Templum venit cum parentibus*. De matre vero, poſtquam Simeon Monachus fuit, non amplius loquitur. Coſmas autem noſter heic diſerte ſcribit, utrumque Simeonis parentem ex hac luce migraſſe, anteaquam ille Monachus fieret; & infra narrat, morientem Simeonis amitam multas ei opes teſtamento reliquiſſe, quas ille priuſquam Monaſticum inſtitutum profiteretur, Fratri, Pauperibus, & Monaſteriis diviſit.

(4) Paſtorem Ovium Simeonem fuiſſe, omnes tradunt. Cauſſa etiam converſionis ejus, iiſdem plane verbis ab omnibus narratur: quod nimirum in Eccleſiam ingreſſus, ex Scripturarum lectione, & ex cujuſdam interpretatione, quaenam eſſet Monaſtica perfectio didicerit.

(5) Viſionem hanc, qua Simeon ad perfectionem excitatus eſt, paullo aliter narrat Theodoretus: *Profectus*, inquit, *in vicinam Sanctorum Martyrum Aedem, dum orationi incumbit, dulcis illi ſomnus obrepſit, viſumque oblatum hujuſmodi. Fundamenta ſibi fodere videbatur, & adſtantem quemdam audire, qui diceret, profundiorem adhuc foſſam illum facere oportere.... Quumque tertio & quarto hoc fieri mandaſſet, ac tandem ob nimiam foſſae profunditatem amplius fodere non valeret, ſatis jam effoſſum eſſe declarat, ac aedificium ſtrui imperat, neque eo a labore jam ceſſante, difficilem deinceps fore ſtructuram monet*. Coſmas vero noſter, qui in eo Martyrio, ſeu dicata Martyribus Aede, B. Timotheum Simeonis Diſcipulum poſtea conditum fuiſſe teſtatur, Simeonem refert, praeter aedificium, quod exſtruere juſſus fuerat, virgam auream ab Angelo manu accepiſſe, & ipſi in os quiddam immiſſum fuiſſe nive candidius, ac melle dulcius. Praeterea alia Simeonis geſta ſubjungit, antequam ſeculum abdicaret, quae neque Theodoretus, neque Antonius commemorant: nimirum de jejunio trium hebdomadarum poſt illam Viſionem: de Martha quadam propter perjurium a ſpiritu nequam exagitata: de piſce, pane, carne, & vino, quae a S. Simeone multiplicata ingenti pauperum multitudini ſuffecerunt: demum concludit: *Et haec quidem ipſe nobis Simeon narrabat, Deo gratias agere nos jubens, ejuſque providentiam admirari* &c.

(6) *Iſaurorum* excurſiones in Imperium Orientale, ſub Honorio, & Arcadio, Coſmas heic deſignare videtur; de quibus conſule Zoſimum, ac Sozomenum apud Baronium, & Pagium, ad annum 404.

(7) *Monaſterium Euſebonae*, apud Teledam Antiocheni agri vicum ab Euſebona, & Abibione conditum, teſte Teodoreto in Philotheo, cujus verba infra producemus: a temporibus S. Simeonis Stylitae, qui Monaſticam vitam ibi profeſſus eſt, ſatis celebre: Jacobitarum poſtea Monachorum domicilium, in quo priores ejus ſectae Patriarchae aliquandiu manſerunt. Ex eo prodiit Joannes I. cognomento Sedrarum. Jacobum Edeſſenum, poſteaquam Epiſcopatu ſe abdicaſſet, e Coenobio S. Jacobi Chiſumae [illegible]

Monachi Euſebonae ad ſe arceſſiverunt, apud quos, teſte Gregorio Bar-Ebraeo in ejuſdem Jacobi Edeſſeni Vita, Cod. Syr. Vatic. XXIV. *per undecim annos Pſalmos, & Scripturarum Graecam lectionem docuit, Graecumque ſermonem fere jam exoletum reſtituit*. Dionyſius I. juſſionem ab Othomano Duce obtinuit, Monachos Euſebonae, qui Abrahamo Pſeudopatriarchae parebant, ſibi ſubjiciendi; ut ſcribit idem Bar-Ebraeus in ejus Vita apud Aſſem. Bibl. Orient.

Orient. tom. 2. pag. 345. Hodie penitus dirutum.

(8) Antonius in Graeca Simeonis Vita, nec Monaſterii locum deſignat, nec Abbatis nomen prodit. Latinus tamen Antonii Interpres *Timotheum* vocat Archimandritam, qui Simeonem a ſeculo ſecedentem excepit. Verum, ut Coſmas noſter jam ſupra ſcripſit, Timotheus Simeonis diſcipulus, non praeceptor fuit, qui in eo Martyrio poſtea ſepultus eſt, in quo ſanctus Stylites primam Viſionem acceperat. Neque placet conjectura Bollandi, qui pag. 296. ait: *Qui hic Thimotheus, apud Metaphraſtem, & Theodoretum Heliodorus dicitur. Fortaſſis priore abdicato nomine, Timotheus dictus, aut binominis fuerit*. Nam Theodoretus, & Metaphraſtes Heliodorum vocant Abbatem ſecundi Monaſterii, ad quod *perfectioris virtutis cupidum* Simeonem *in Teledam pagum conceſſiſſe* tradunt, poſteaquam in primo Monaſterio *biennio commoratus fuerat*: Antonius vero, ejuſque Latinus Interpres de Abbate primi monaſterii loquuntur, quem Timotheum adpellant, & ab eodem monaſticum habitum Simeonem accepiſſe teſtantur. Coſmas noſter locum quidem nominat, ubi Simeon monaſticam vitam amplexus eſt, nempe Monaſterium S. Euſebonae apud Teledam; non tamen Abbatis nomen exprimit, nec Theodoreto in hac narratione conſenſit. *Illinc exſurgens*, inquit Theodoretus, nimirum ex Templo, ubi viſionem acceperat, *ad vicinorum quorumdam Monachorum habitaculum venit: duobuſque annis cum illis verſatus, & perfectioris virtutis amore captus, Teledam vicum illum petiit, cujus antea meminimus, apud quem magni, & divini viri Ammianus, & Euſebius monaſticam palaeſtram erexerunt, ſed non in hanc Divinus Simeones ſe contulit, ſed in alteram, quae ab ea prodierat. Euſebonas enim, & Abibio quum magni Euſebii diſciplina ſatis fuiſſent inſtructi, hoc philoſophiae gymnaſium condiderant.... His autem cum gloria vita functis, ſodalium praefecturam ſuſcepit admirandus Heliodorus, qui ſexaginta quinque annos quum vixerit, duos ibi & ſexaginta incluſus tranſegit. Tribus enim apud parentes educatus annis, ad gregem hunc allectus eſt, quum eorum, quae in ſeculo ſunt, nihil vidiſſet unquam.... Apud hunc igitur clariſſimus hic Athleta pietatis decem annorum ſpatio decertavit: & quum ſocios haberet octoginta, longe omnes ſuperavit*, &c. At Coſmas narrat, Simeonem familiaribus rebus compoſitis, perrexiſſe ad Teledam pagum in Monaſterium Euſebonae, ubi patruelem Monachum habebat, & multam ſubſtantiam ſecum adtuliſſe, ut partim ibi relinqueret, partim in alios Monachos erogaret. Cuncta, inquit, Abbati obtulit, & inter Monachos admittitur. Tertia vero die Sancto Marae Gabalorum Epiſcopo ſiſtitur, qui caput ei tondet: Semſi quoque Simeonis fratri bona adprecatus, monet eum, ut fratris natu majoris veſtigia premat, cujus lateri ajebat ſe vidiſſe adhaerentem Angelum, quum eum tonderet. At Semſea monaſticum etiam habitum induens, ab eodem Epiſcopo accipit Tonſuram: & quinque poſt menſibus in vicum ſuum reverſus, rem domeſticam vendit, pretiumque in Monachorum, pauperumque uſum convertens, in eodem Teledae Monaſterio una cum fratre commoratus eſt. Erant autem in eo Monaſterio centum ac viginti Sodales. Abbas vero (*Heliodorus*) probitate morumque integritate conſpicuus, quatuor ibi ſupra ſeptuaginta annos egerat; quinto enim aetatis anno in illud Monaſterium ingreſſus, migravit ad Dominum annos natus novem ſupra ſeptuaginta.

(9) *Maras*; nomen Syriacum, quod Domnum, ſeu Dominum recte interpreteris. Hunc Michaël le Quien in Serie Epiſcoporum Gabalarum tom. 2. Orientis Chriſtiani pag. 798. quintum recenſet, ejuſque ſolum Coſmam noſtrum meminiſſe, adfirmat. Verum, pace tanti Viri dixerim, ob Syriacae, ſeu Chaldaicae linguae imperitiam, non advertit Eruditiſſimus Gallus, Maram eundem eſſe ac Domnum, qui Concilio Conſtantinopolitano ſubſcripſit, quemque vel Baudrandius in Lexico Geographico commendat.

(10) *Gabala* ſeu *Gabula*, urbs Coeleſyriae, Epiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, Laodiceam inter & Paltum ad mare Syriacum poſita, quam parvam quidem, ſed amoeniſſimam adpellat Theodoretus Hiſt. Relig. cap. 28. Πόλις αὕτη μικρὰ καὶ χαρίεσσα: ubi Thalalaeum ait, collem excelſum habitaſſe, viginti ſtadiis Gabalis diſtantem. Ibi magnifici veteris amphitheatri parietinae conſpiciuntur, propter quas honorarium Sultano cuidam Abrahamo tumulum Mahometani condiderunt, quem hodie quoque religionis ergo frequentant. Diſtinguenda autem eſt ab alia ejuſdem fere nominis urbe, quam Ptolemaeus in Phoenicia mediterranea conlocat, uti & ab alia ejuſdem Phoeniciae urbe inter Tripolim, & Berytum, quae a mari adluitur, quamque Arabes vulgo *Gibel*, ſeu *Gebail* dicunt.

(11) Theodoretus, & Antonius nil aliud a Simeone in Coenobio Teledae geſtum commemorant, praeter productum in totam hebdomadam jejunium, & palmeo fune cinctum corpus: quod ajunt in cauſſa fuiſſe, cur e Monaſterio ejectus fuerit, *ne corpore imbecillioribus, & ſupra vires ſuas aemulari conantibus damno eſſet*. Longe plura de eo narrat Coſmas: foveam nimirum ad pectus uſque in horti angulo ſibi feciſſe, ubi totam aeſtatem duobus annis tranſegit: aliam inſuper ſibi foveam effodiſſe, ubi ſtrues lignorum erat, ibique triginta diebus manſiſſe: ſed & rotundum lignum pedibus ſubjicere conſueviſſe, ut inſomnes noctes duceret: ignitum furni rutabulum illaeſa manu adprehendiſſe: in ſepulcro Quadrageſimam peregiſſe: & obrigentem Monachum, qui ipſum diabolo incitante adortus fuerat, aſperſa aqua curaſſe.

(12) Hinc corrigendi ſunt Theodoretus, & Antonius, qui ejectum Monaſterio Simeonem, in ſicca ciſterna, ſeu antro quinque vel ſeptem dies delituiſſe, donec caeleſti viſione territus Abbas eum perquiri, & in Coenobium reduci

juſſit;

[illegible]

cedebat levamentum recolentibus praeteritum tempus, quomodo Dominus ſervum ſuum in eo vitae admirabilis curſu, adjutrice dextera ſua, ſuſtinuiſſet, invictam eidem patientiam, atque fortitudinem impertiens; ut, ſuperata corporis infirmitate, quae ſtrenue inchoaverat, eadem, adjuvante Divina gratia, feliciter conſummaret, quaſque olim moliebatur aedes, eaſdem ad tectum, faſtigiumque perduceret, haberetque tam firmas; ut ingruentibus poſtmodum procellis, quas peccatum ciere ſolet, nec ventis, nec pluviis, nec adluvionibus labefactari omnino potuerint, ſeptem licet annos ſupra quadraginta ea oppugnatio tenuiſſet. Res iterum erat uberrimis lacrymis comploranda, beati praecipue Senis filiis, quali quantoque parente repente orbati fuiſſent, ſecum volutantibus: eo, ſcilicet, Patre, qui Caeleſti cibo cariſſimam ſibi prolem hactenus aluerat. Etſi rurſus conceptum ex illius obitu moerorem ea plane cogitatio temperabat, quod tametſi filios ſuos orphanos in terris reliquiſſet, ipſe tamen velut Caeleſtis aquila ſurſum evolaverat, & ſuper excelſiſſimam petram tranſvectus extra omnem teli jactum, extra omnes rerum humanarum vices, & adverſos caſus beatiſſimam ſedem obtinuerat.

Simeonem ſimiliter orphani, & viduae repoſcebant, & mortuum lacrymis, & ſingultibus proſequebantur: Ubinam, ajebant, requirendus nobis eris, Simeon, aut quibuſnam in terris quaeſitus nobis occurres, o noſtrae ſalutis, poſt Deum, ſpes unica! Simeonem itidem inclamabant quicumque potentiorum inſolentia oppreſſi, fortuniſque exſuti fuerant, nunc vero excluſa ſpe meliorum rerum in ſumma triſtitia verſabantur: O nos mortalium miſerrimos, ajebant, nunc enimvero luporum rabiem, & immanes rictus merito timere coepimus! Quanam hominum ope hiſce anguſtiis nos expediemus, aut

quemnam invocabimus, qui ſomno ſopitum excitet illum fortiſſimum leonem, cujus terribili voce tremefactae feroces ferae, imbellium Uulpium in morem, intra ſua cubilia, & ſubterraneas ſpecus ſeſe recondere cogebantur? Nec minus doluere aegri, & quotquot aderant, variis languoribus adfecti mortales; imo vero prae ceteris inopina Sancti Viri morte perculſi, lacrymis in pleniorem luctum ſolutis, funebri carmine, & flebili cantu eandem ſunt proſequuti: Quaſnam poſtbac terras petamus, miſeri, ajebant, aut ubinam gentium medicus nobis occurrat, tui ſimilis Simeon, vel tecum ulla in parte conferendus? Tibi, inquam, qui aegritudinem ante depuleras, quam aegrum vidiſſes, iſque priuſquam te videret, opem tuam praeſenſerat; tuum videlicet verbum potentiſſimum erat remedium, & aegrotis longe utilius, quam omnia medicae artis pharmaca.

Quantum porro B. Simeonem Clerus amaret, communis Clericorum cujuſvis ordinis luctus declaravit. Simeonem namque infimi, & ſupremi Sacerdotes, & Eccleſiarum Paſtores inter populorum lacrymas adclamabant; ſic tamen, ut inter moerorem, & gaudium fluctuarent, & varios modo huc dolor, modo illuc laetitia deduceret. Simeonem itaque nunc lacrymis, nunc votis, modo ſingultibus, modo precibus proſequebantur: & cauſſa quidem moeroris erat, quod portum, atque tutiſſimum perfugium tanti Viri obitus ipſis ſuſtuliſſet; etenim quotieſcumque Diabolus, Piorum perpetuus inimicus, adverſus veritatem, & exactam morum diſciplinam tempeſtatem excitabat, habebat Eccleſia in uno Simeone magiſtrum ſapientiſſimum, & Divini cultus diligentiſſimum procuratorem, gubernatorem maxime peritum, & navarchum pervigilem, pugilem eximium, ſcribam doctiſſimum, & expeditum bellatorem. Et ille quidem ju-

[illegible]

juſtitiae lorica indutus, atque ſincera fide obarmatus, fiduciaque in Deum erectus, in humili oratione praeſidium communi ſaluti quaeſivit; ſublatiſque in Caelum manibus, Divinae clemenriae opem exoravit, tum Spiritus erroris, & nequitiae turbines increpuir, & profligavit. Irrugiit enimvero quaſi magnanimus leo, & univerſam impiorum factionem fugavit. Quamquam pii Sacerdotes rationes etiam in promru habebant, quibus dolorem mollire, & non parum levare poterant, ſibique de morte ſancti Viri gratulari; ac proinde Dei bonitatem in hoc ipſo agnoſcere, & conlaudare, quandoquidem ſervo ſuo tribuiſſet pugnare, & vincere, petere, & accipere, quaerere, & invenire, pulſare, & pateſactas ſores intrare, atque ea, quae in veritate coeperat, in juſtitia conſummare, ſanctaeque Eccleſiae dignirarem, & opes in tantum augere, ut Pontifices, atque ſupremi, infimique Sacerdores inde mirum in modum erecti, confirmatique omnes pſeudomagiſtrorum errores, & adfuſain inde caliginem facile repulerint, & diſſiparint. Hinc vero rurſus refrieabatur dolor, dum furura perieula proſpectant; nam ſi forte inſira hominibus nequitia tale quid poſthac moliretur, & exitiales herbas ad mulrorum perniciem diſſeminaret, hujuſmodi porro ingruente malo, non videbant, quem habituri forent virum medendi arte inſtructum, qui hunc laborem vellet ſuſcipere Simeoni parem, qui ſuboritura ulcera remediis ſolebat anreverrere, & prope occurrentibus morbis precibus ſuis viam praecludere.

Ediſti de reddendis Judaeis Synagogis, quod Aſclepiades ab Imp. Theodoſio extorſerat, authoritate Sancti Simeonis abrogatum.

Exarſerat aliquando acerbo odio adverſus Dei Eccleſiam Aſclepiades [38] quidam Imperatricis avunculus, atque ſub tempora Theodoſii Imperatoris, & Johannis [39] Epiſcopi Antiocheni inſigni Magiſtratu clarus. Is quum in Judaeos,
atque Ethnicos maxime eſſet propenſus, 38
perinde atque Chriſtianis infenſus, Edi- 39

ctum ab Imperatore fraudulenter expreſſerat, quo Synagogas, Judaeis olim ablatas, reddere Chriſtiani juſſi ſunt, deſtructaſque aere ſuo conſtruere. Hujuſmodi reſcriptum variis in urbibus promulgatum fuerat, cum Magiſtratuum mandato ejuſdem exſequutionem injungentium. Quae res incredibile eſt, quantam Chriſtianis moleſtiam, atque perturbationem adtulerit, laetantibus interim, ac triumphantibus Judaeis & Paganis, adeo ut in publicum albis induti procederent, Chriſtianis nequidquam ad eum inſultum frementibus. Necdum intelligebant impii, ac ſtupidi homines, maximam eos propediem excepturam ſegetem, & materiam doloris, eandemque in ſe poenam mox ruituram, quam ipſorum Patres, & Pontifices Domini Noſtri Jeſu Chriſti aevo tulerant, ut nimirum pecuniam quidem prodigerent, & veritatem, quam maxime occultam voluerant, mox divulgatam viderent. Quod Judaeis hoc ipſo tempore ferme contigit; incerta quippe, caecaque ſpe illecti, aurum, operamque perdidere, &, quam maxime optabant, Synagogarum reſtitutionem minime impetrarunt, cunctis eorum imprudentiam, temeritatemque palam ridentibus. Ut enim ejus Edicti publicatio facta eſt, ſtatim variarum Eccleſiarum Epiſcopi rem ipſi per ſe ad B. Simeonem cum magna doloris ſui ſignificatione detulere, Edictumque, & Magiſtratuum pro ejus exſequutione mandata eidem perlegerunt. Ea inopina novitate Dei famulus vehementer perculſus, & adverſus impiorum hominum audaciam Divini honoris zelo incenſus ſurrexit fortiter, adreptoque calamo, ad Imperatorem epiſtolam conſcripſit terribilem, plenam minarum, in qua, praetermiſſo Imperatoris titulo, Theodoſium hunc in modum adloquitur: Quoniam elevatum eſt cor tuum, & oblitus es Domini Dei tui, qui dedit tibi diadema honoris, & ſolium Imperii,

ܕܐܠܗܐ : ܠܟܝ ܘܠܡܠܟܐ ܕܫܠܡܘܢܝ
ܠܟܢܫܝܗ ܥܒܕܐ ܕܝܗܘܕܝܐ : ܘܡܓܕܦ
ܐܢܬ ܐܬܚܫܒܬ ܠܡܥܕܪܢܐ ܘܗܫܐ
ܐܢܬ ܒܫܠܝܐ. ܢܕܪܟܟ ܕܝܢܐ
ܗܢܐ ܕܐܠܗܐ ܟܠ ܕܒܕܝܢܗ
ܕܡܫܬܥܐ ܐܠܗܐ ܐܝܟ
ܕܝܠܟ .

ܘܟܕ ܩܪܐ ܐܢܝܢ ܡܠܟܐ
ܙܥ ܠܒܗ ܘܟܪܝܐ ܣܓܝܐܐ
ܘܐܬܬܘܝ ܥܠ ܡܕܡ ܕܥܒܕ
ܠܡܠܟܐ : ܘܡܚܕܐ ܫܕܪ
ܘܐܬܦܪܣ ܐܓܪܬܐ ܠܟܠܗܘܢ
ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܬܒܛܠ ܦܘܩܕܢܐ
ܡܬܩܝܡܐ ܘܬܬܩܝܡ ܚܘܒܐ
ܕܟܗܢܐ ܘܬܘܕܝܬܐ
ܕܐܠܗܐ : ܘܗܘ ܡܘܩܕܐ
ܥܒܕ ܡܢ ܕܘܟܬܗ
ܕܒܨܪܐ : ܘܠܗ ܠܚܘܝܕܐ
ܢܦܩ ܐܬܬܐ ܕܝܢ ܐܢܫܐ
ܘܡܕܝܢܐ ܗܢܐ ܕܦܘܢܝܐ ܕܢܫܕܪ
ܠܘܬ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܦܪܫܐ
ܠܗ : ܘܟܬܒܐ ܒܦܘܬܐ ܘܡܠܟܘܬܐ
ܣܓܝܐܬܐ ܠܟܝܢܐ ܫܦܝܪܐ ܘܐܬܟܢܫܘ
ܬܠܡܝܕܘܗܝ : ܘܡܠܟܐ ܒܥܐ ܥܡ
ܩܠܝܠ ܘܥܒܪ ܫܢܬܐ ܘܐܫܬܟܚ
ܐܠܗܐ ܒܟܬܒܐ ܕܡܗܝܡܢܘܬܐ.

ܟܕ ܩܠܝܠ ܡܢ ܦܘܪܫܢܐ ܕܩܕܡܝ
ܠܗܝܢ ܡܬܝܗܒܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗܘܢ ܠܗܘܢ
ܕܢܒܥܘ ܡܢ ܠܗܘܢ ܐܦܠܐ ܒܟܠ ܕܐܝܟ
ܚܝܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܠܗ ܟܠܗܘܢ
ܚܘܒܐ ܕܐܠܗܐ ܘܐܝܟ ܐܡܐ ܠܒܢܝܗ ܟܢܫܐ
ܚܝܠܐ ܕܝܠܗܘܢ ܦܣܩܘ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
ܬܘܒ ܗܘܘ ܕܝܢ ܦܬܚܝܢ ܒܬܫܒܚܬܗܘܢ
ܘܦܪܫܝܢ ܕܝܠܗ ܠܐܬܠܘܬܐ ܕܐܬܒܪܟ :
ܘܡܦܪܫܝܢ ܦܘܪܫܢܐ ܕܥܡ ܒܝܫܐ
ܫܠܝܛܘܬܐ ܘܐܬܬܥܝܪܘ ܒܢܘܪܐ ܘܒܟܠ.
ܠܟܠܒܪܐ ܘܒܥ ܠܡܠܟܘܬܐ ܘܐܬܒܛܠ
ܒܟܠܐ ܕܒܝܫܐ ܘܩܠܝܠ ܒܚܝܠܐ : ܕܐܬܐ
ܘܫܘܐ ܒܗ ܒܩܘܠܐ ܘܐܬܟܢܫ ܒܩܕܡܝܐ
ܕܐܬܦܢܝܬ ܒܙܢܝܐ ܘܠܐ ܐܬܒܛܠ ܡܢ
ܚܘܒܐ

rii, & factus es amicus, & ſocius, atque procurator Judaeorum, Deum blaſphemantium: ecce repente adprehendet te ſententia juſti judicii Dei, te, inquam, & omnes, qui in iſto negocio cogitationi tuae conſenſerunt. Et levabis manus tuas ad Caelum, & dices in tribulatione tua: Vere furor iſte venit ſuper me, quia Domino mentitus ſum.

Lectis hiſce literis Imperator, expavit, factique, ſupra quam diei poteſt, ſui ipſum poenituit, ac ſummo dolore adfectus eſt. Nec mora, miſſis ad Magiſtratus urbium literis, Edictum antea promulgatum reſcidit, Chriſtianaeque Religionis, atque Sacerdotii dignitatem, authoritatemque adcurate ſancivit; impii vero conſilii authorem a Praefectura amotum, atque inſuper ignominia notatum, ab Aula expulit. Tum vero, ſublata per eum modum offenſionum cauſſa, B. Simeoni epiſtolam Imperator ſcripſit, quam primariis Aulae Proceribus ad eundem perferendam dedit, in qua ſummis precibus ab illo flagitavit, ut pro ipſo Deum orare, ſibique priſtinam gratiam reſtituere dignaretur [40]. Hunc exitum ea cauſſa habuit, qui ſanctae Eccleſiae omnem moerorem abſterſit, & Chriſtiano populo pacem adtulit; Diabolum contra cum ſuis emiſſariis vehementer confudit: atque adfulgente veritate, ſimul Dei potentia, atque providentia manifeſte patuit.

His, & ejuſmodi beneficiis adfecti Viri pii, de amantiſſimi patris obitu ſummopere angebantur. Enimvero univerſum Clericorum ordinem beatus Senex filiorum loco habebat, & quaſi provida mater ſingulos ſuis precibus, velut quibuſdam alis, protegebat. Sed, ut ſupra dicere coeperam, moerorem rurſus laetitia excipiebat, praelia beati Viri cum Diabolo depugnata recolentibus, & actos de hoſte infeſtiſſimo triumphos, & ſuperatas vitiorum illecebras, ſparſaque

que ab optimo agricola virtutum ſemina centuplices proventus protuliſſe, unaque opera inchoatas ab eodem ſapientiſſimo architecto aedes, atque perfectas, frementibus licet procellis, & ventorum, aquarumque validis impreſſionibus, adſultibuſque ſaepe tentatas. Obverſabatur adhuc animo inſomnis diligentiſſimique navarchi imago, qui Divina ope ſuperatis pelagi fluctibus, & diuturnae, ancipitiſque navigationis exhauſtis laboribus, navigium in tranquilla, tutaque ſtatione jam conlocaverat; partiſque felici negociatione ampliſſimis opibus, ſupremo Navarcho operam ſuam probaverat. Simeonem alii fideli Oeconomo comparabant, qui ſuo munere ſumma cum fide functus, auctaque perutili negocio Domini pecunia, ab illo ſuorum theſaurorum praefecturam conſequutus fuiſſet. Praedicabant alii admirabilem ſapientiam, & actionem cum doctrina optime conjunxiſſe illum adfirmabant: indeque factum, ut ejuſdem dicta libenter exciperent, & adſidua commentatione diu noctuque verſarent homines cujuſvis conditionis, Viri feminaeque, ſenes, & Juvenes. Quo porro Sancti Viri ſtudio vix dici poteſt, quanta Divinae gloriae acceſſio fieret, quanto Diabolus pudore ſuffunderetur: quantum denique Chriſtianae Religionis dignitas, & majeſtas acciperet incrementum. Sancta itaque Eccleſia expletos contuens Sancti Viri labores, & ipſum diutino bello functum, pace ſempiterna fuiſſe potitum ſentiens, hymnos ſpiritus, & canticum novum modulari coepit, vultuque geſtiens, corde exſultans, & mente triumphans, canebat: Amodo exaltabitur cornu meum ſuper inimicos meos circumdantes me. Rurſus honores contemplata, quibus dilectus ſuus a Domino decoratus fuerat, eoſque natis ſuis oſtentans, velut doloris ſui, ſuorumque periculorum oblita, levavit vocem ſuam in confeſſione, dicens: Amodo confitebor tibi, quia exaudiſti me, & fa-

[illegible]

factus es mihi Salvator. Non enim communi Sanctorum honore fidelem ſervum ſuum Dominus ornaſſe contentus, illum in hac parte omnibus ſui aevi mortalibus praelatum voluit, ejuſque geſta, nomenque ante, poſtque obitum magnifice extulit. Et vero quum ille adhuc in vivis ageret, ejus congreſſu, conloquioque potiundi cauſſa, ab ultimis terrarum finibus confluxere multae barbarae nationes. Quantum vero eidem deferrent Imperatores, ipſorum ad eum literae teſtantur.

Poſtquam vero naturae conceſſit, convenere Sacerdotes undique & Pontifices, quibus, praeter Clericorum, atque Laicorum prope immenſam multitudinem, ſeſe adjunxere cum ſuo comitatu Imperatoris Duces. Praeerat per id tempus Orientalibus Provinciis cum ſumma poteſtate Ardaburius [*] Aſparis filius: qui ambo Imperatori honore atque dignitate pares habebantur. Ardaburium ſequebantur Comites unus & viginti, Tribuni complures, & longo agmine advenae Romani. Illum quippe Antiocheni multis officiis tandem exoraverant, ut in urbem ſuam ſancti Viri lipſana inferenda curaret, ut qui eadem moenium loco patriae ſuae futura ſperarent, ſanctique Senis precibus civitatem protectum iri. Id vero Divinae Sapientiae conſilio factum arbitror, ut palam fieret, quantum honoris illi rependeret Deus, a quo per vitae ſanctitatem, morumque innocentiam tantopere ipſe fuerat honoratus. Hac itaque cum pompa elatum eſt S. Simeonis corpus, ſuccollantibus illud Sacerdotibus, atque Epiſcopis, donec in Scihuin pagum, paſſuum quatuor millibus a Septo B. Simeonis diſtantem, ventum eſt. Inde in rhedam ſublatum eſt, circumſtipantibus militibus, Principibus, & univerſo urbis Magiſtratu. Pone ſequebantur Romani, & promiſcuum vulgus infinitum: quaecumque enim ſacra lipſana praetervehebantur, oc-

Ejus funus & ſepultura.

41

Solemni cum Pompa Antiochiā defertur.

juſſit; non enim quinque vel ſeptem, ſed quadraginta dies in antro manſiſſe Simeonem; idque, antequam Monaſterio ejiceretur, adcidiſſe, Coſmas teſtatur.

(13) *Poſt annum*. Idem habet Latinus Antonii Interpres de tempore, quo Simeon in Coenobio Euſebonae apud Teledam manſit, poſtquam ex antro eductus eſt. Antonius vero adſerit, *tres eum annos in Monaſterio commoratum, clam omnibus exiiſſe, & diſceſſiſſe in locum deſertum, prope quem vicus erat, qui Thalampſin dicitur*.

(14) *Tel-neſcin*, agri Antiocheni vicus, hodie dirutus, qui & ܬܠܢܫܐ *Tel-neſce*, ſeu *Tala-neſſe*, hoc eſt, *Collis mulierum*, Syris dicitur. Alii corrupte vocant *Telaniſum*, *Telaneſum*, *Telaſinum*, *Thalampſin*, & *Palaniſum*.

(15) *Baſſus Periodeutes*, Hunc *Blaſum* Metaphraſtes male adpellat: *Baſtum* Allatius in Diatriba de Simeonum Scriptis pag. 6. Eundem, abdicata Paroeciae cura, monaſterium exſtruxiſſe, ibidemque multis praeclare geſtis enituiſſe, ſcribit infra Coſmas. Cujus quidem monaſterii meminit Philoxenus in Epiſtola ad Monachos Sunenſes, Cod. Nitrienſi Syr. Vatic. XXVII. apud Aſſem. Bibl. Orient. tom. 2. pag. 14. Theodoretus Periodeutae (dignitatis Eccleſiaſticae id nomen eſt, quae apud Graecos & Syros etiamnum viget) officium circumſcribens, ait, Baſſum Sacerdotibus in vicis degentibus praefectum, cuncta circum loca ſibi credita obiiſſe ſolitum: additque, eum ſupra ducentos habuiſſe Sodales, quibus nec jumentum, nec molam habere permittebat, nec oblatum aurum accipere, nec foras quemquam exire, vel ad emenda neceſſaria, vel amicorum viſendorum gratia; ſed intus manere, miſſumque a Divina gratia victum ſuſcipere.

(16) Eadem de hoc Simeonis jejunio Theodoretus, licet nullam Monaſterii Marae Baratonis mentionem fecerit. Deinde ſic concludit: *Ille*, Simeon, *igitur ex hoc tempore ad hanc uſque diem* (qua Theodoretus Philotheum publicavit) *per annos* 28. *quadragenos dies ſine cibo tranſigit*. Quod & non ſemel factum narrat Coſmas, quum Baſſus initio Quadrageſimae ſoleret fores cellulae ejus claudere, & ſerae loco argilla circumlinire: eas demum exacta Quadrageſima aperire, & Communionem Simeoni praebere.

(17) *Septum*. Sic Mandram, & Lauram Syri vocant; de quo vide Diſſertationem de Stylitis, hiſce Actis praefixam, cap. 4.

(18) *Domnus*, hujus nominis ſecundus, in Serie Patriarcharum Antiochenorum apud laudatum le Quien, quadrageſimus primus recenſetur. Johanni avunculo ſucceſſit, exeunte Anno Chriſti 441. quum Theodoreti teſtimonio conſtet ſeptimum ejus annum in Chriſti 448. incidiſſe. Antiocheno autem Pontificatu privatus eſt a Dioſcoro, ſubrogato Maximo, circa annum 449. De Eo Evagrius initio Capitis Decimi tertii haec ſcribit: *Hic* (Simeon) *primus ſtationem ſuper columnam inſtituit, cujus domicilii ambitus vix duorum erat cubitorum: quo tempore Domnus Antiochenae urbis Epiſcopatum adminiſtrabat. Qui quum ad Simeonem veniſſet, ſtationem ejus, ac vivendi rationem admiratus, ſecretiora quaedam concupivit. Ambo igitur in unum convenerunt, & quum immaculatum corpus ſacrificaſſent, vivificam Communionem ſibi mutuo impertierunt*. Id vero tunc adcidiſſe narrat Coſmas, quum ulcus, quod in pede Simeonis natum erat, ab Angelo curatum fuit.

(19) *Libani*. Inſignis hujus miraculi memoriam ſervant etiamnum Maronitae Libani Montis incolae, qui non modo ex majorum traditione rem geſtam narrant, ſed etiam lapides oſtendunt, quos S. Simeon in quatuor Libani partibus Cruce ſignatos erigi praecepit. Horum unum vidimus ſupra *Heſron* ejuſdem Libani oppidum: alterum apud *Beſciaram*: tertium ſupra *Eden*: quartum denique juxta *Aitum*. Cujus vero naturae fuerint monſtra, hoc loco a Coſma indicata, merito dubitari poteſt. Si enim ferae, quomodo formam mutaſſe dicuntur? Si daemones, coria daemones non habent; & tamen Coſmas narrat, ferarum pelles ad S. Simeonem adlatas, & oſtio ejuſdem mandrae adfixas fuiſſe. Puto, hoc poſtremum eſſe verum, quum Author factum maxime notum referat: illud vero, quod de mutatione formae, & humanae vocis imitatione ex dicto Incolarum narrat, Libaniotis illis calamitatem ſuam exaggerantibus, ut adſolet, excidiſſe. Hiaenas potius ſuſpicor fuiſſe, quas Naturalis hiſtoriae Scriptores Humanas voces imitari perhibent; atque inde ab agreſtibus hominibus creditum, eas mulieres eſſe, aut ſub mulierum ſpecie Cacodaemones.

(20) Hinc in anilium quidem fabellarum numerum conjicienda quae in Chronicis Sancti Franciſci, authore Marco Epiſcopo Portuenſi, de Libaniotarum ad Chriſtianam ex Idololatria fidem converſione leguntur, quam ſcilicet anno Chriſti 1450. adcidiſſe refert, opera cujuſdam Griphonis Belgae ejuſdem Ordinis, qui poſt patratum in Sole miraculum, quale fuit olim illud Joſve, imo longe admirabilius, dum ejus precibus, Sol, qui tendebat ad Occaſum, retrogradus viſus eſt in Orientem, Libani Montis Gubernatorem una cum univerſis incolis Baptiſmatis lavacro ſubjecit. Nam praeter Coſmae noſtri teſtimonium, Idolorum cultum ab jugis Libani, opera S. Simeonis, omnino abrogatum eſſe, atque ſublatum ſcribentis, ex Literis Innocentii III. Eugenii IV. aliorumque Summorum Pontificum, ad Patriarchas Maronitarum datis, planiſſime conſtat, Libaniotas, ſeu Maronitas ante praefati Griphonis tempora fuiſſe Catholicos, & in fide Orthodoxa perſeveraſſe. Vide Catalogum noſtrum Mediceum a pag. 14. ubi de Religione Maronitarum fuſius egimus.

(21) *Anadris*. Locus eſt in Monte Libano inter oppidum Beſciaram, & Hadſcit, ad Monachos Antonianos S. Eliſaei nunc pertinens. Unde ſcatet fons ingens, omnium circum agrorum feracitati maxime neceſſarius,

Digitized by Google

quem a S. Simeone reſtitutum narrat heic Coſmas, quemque propterea *Sancti Simeonis fontem* ad hoc uſque tempus Libaniotae adpellant.

(22) *Naamanes Arabum Princeps*. Hic alius eſt ab Alamundari filio, qui ſub Mauricio Imperatore fidem Chriſti amplexus eſt, teſte Evagrio lib. 6. cap. 22. Videtur autem idem eſſe ac ille, qui anno Graecorum 814. Chriſti 503. a Cavade Perſarum Rege in Romanos mercede conductus fuit, periitque menſe Auguſto ejuſdem anni; ut liquet ex Chronico Joſue Stylitae, Cod. Syr. Vatic. XIII. apud Aſſem. Bibl. Orient. tom. 1. pag. 273. De Arabum vero, Saracenorum, ſeu Iſmaëlitarum converſione haec ſcribit Theodoretus: *Iſmaëlitae autem turmatim venientes, ducenti ſimul, & trecenti, ac interdum mille, patrium errorem magna voce abnegant, ſimulacra, quae coluerant, coram magno illo lumine*, Simeone, *conterentes, Venerisque orgia ejurantes (hujus quippe Daemonis cultum ampleni jam olim fuerant) Divinis myſteriis initiantur, leges ab illa ſacra lingua accipientes, & paternis moribus valedicentes, aſinorumque agreſtium, & camelorum eſum reſpuentes*.

(23) *Rex Regum*: Iſdegerdes nimirum, qui motam in Chriſtianos, Abdae Epiſcopi cauſſa, perſequutionem mox ſedavit; ut in priori hujus Operis Parte expoſuimus. Simeonis autem nomen in Perſide celeberrimum fuiſſe, docet Theodoretus. *Hujus*, inquit, *apud Regem quoque Perſarum ingens gloria fuit. Ut narrarunt enim qui ad eum Legati profecti ſunt, diligenter ſciſcitabatur, quaenam Viri vita eſſet, & cujuſmodi miracula. Sed & conjugem ejus ajunt, & oleum ab eo benedictum petiiſſe, & tamquam donum maximum accepiſſe*.

(24) *Amida*, Syris ܐܡܝܕ *Amid*; Arabibus آمد *Amd*; Ptolemaeo *Ammaea*, olim Conſtantia dicta, quod a Conſtantio Imperatore inſtaurata fuerit, firmiſſimiſque moenibus munita, anno Imperii illius 4. ut ſcribit ad eundem annum Theophanes: Τούτῳ τῷ ἔτει Κωνστάντιος Ἀμίδαν οἰκοδομεῖ, τειχίσας γενναίως. Urbs Miſopotamiae praecipua ad occaſum Tigris, ubi recipit Nymphium in excelſo monte ſita, nunc Turcis قراميد *Caramid*, hoc eſt *Nigra Amida* dicitur, quod, teſte Abulpheda, Tab. Geograph. num. 260.

عليها حصن عظيم وسورمن الحجارة السود التى

لا يعمل فيها الحديد ولا تعرضها النار.

Arcem amplam habeat, muroſque ex nigris lapidibus, in quos nec ferrum valet, nec ignis. Idem Abulpheda loc. cit. Amidam in regione ديار بكر *Diar-Bacr*, ſeu, ut vulgo dicitur, Diar-Bechir, locat; unde etiam nomen urbi inditum eſt. Metropolis ab initio fuit, ut ex libris Conciliorum patet; poſtea Patriarcharum Jacobitarum Sedes uſque ad annum Chriſti 1176. quo Michaël, cognomento Magnus, ea urbe relicta, Marden migravit. Tum vero Metropolitas iterum habere coepit ad hanc uſque diem, quorum ſeriem a Concilii Nicaeni temporibus ad Annum Chriſti 776. ex Dionyſii Patriarchae Jacobitarum Chronico deſcribit Aſſem. Bibl. Orient. tom. 2. p. 48. & ex eo Michaël le Quien Orient. Chriſt. tom. 2. pag. 990. ubi de Amida urbe doctiſſime agit.

(25) *Ex terris Sabaeorum*, ideſt, Arabum ad oſtium maris Perſici habitantium, quibus Sabam Reginae filium nomen dediſſe, in priori Parte pag. 83. oſtendimus. Vide & Bochartium lib. 2. a cap. 4.

(26) *Anzetene*, Syris ܚܢܙܝܛ *Hanazit*, Ptolemaeo *Anzeta*, Armeniae urbs eſt, Epiſcopalis tum Jacobitarum, tum Neſtorianorum, ad radices montis Saii, quem Maſius Praefatione in Barcepham *Tura-Zaboia* vocat, ideſt *montem aridum*. Is Taurus mons eſt, qui, teſte Dionyſio Patriarcha, mox citando, quinque urbibus imminet, diverſiſque in locis diverſa vocabula ab indigenis ſortitur; nam juxta Amidam & Marden, eodem Maſio teſte, *Torad-Coros*, id eſt, *Mons Cyri*, dicitur. Hinc *Anzetene* regio apud Cellar. lib. 3. cap. 11. pag. 387. & *Azabeni* apud Latinum Antonii Interpretem, quos ab Arzunitis, ſeu Azazenis diverſos eſſe, docet Dionyſius in Chronico ad annum Graecorum 706. (Chriſti 395.) Cod. Syr. Vatic. XIII. ubi de Hunnorum irruptione in Syriam loquens, ait:

ܐܚܪܒܘ ܐܬܪ̈ܘܬܐ ܕܣܘܪܝܐ ܕܥܠ ܥܩܪܐ

ܕܛܘܪܐ ܫܘܝܐ: ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܪܙܘܢ ܘܡܝܦܪܩܛ

ܘܐܡܝܕ ܘܚܢܙܝܛ ܘܫܡܝܫܛ.

Vaſtaverunt omnes Syriae regiones, quae ad radices Montis Aridi jacent; nempe Arzun, Maipheractam, Amidam, Hanazetem, & Samoſatam.

(27) *Dionyſius*, heic memoratus, Conſulatum geſſit anno Chriſti 429. & in cap. 179. Synodici adverſus Tragoediam Irenaei dicitur *Praeſes utriuſque militiae, & Exconſul*: denique apud Priſcum pag. 41. legitur, eum fuiſſe ex Scythia oriundum, ac Legatum miſſum ad Rovam Hunnorum Regem, Attilae deceſſorem, quum jam antea Conſulatum geſſiſſet. Vide Pagium ad annum 429. De ejus vero legatione ad Regem Perſarum nullus, praeter Coſmam, meminit.

(28) *Ex regione Marbaſitarum*, hoc eſt, *Germanicienſium*; nam quae Syris & Arabibus vulgo *Marbas*, Latinis *Germanicia* dicitur. Haec autem Euphrateſiae urbs eſt ad Amanum montem, duodecim millibus paſſuum a ripis fluvii Gehonis diſtans, teſte Abulpheda Tab. Geogr. num. 209. Eam حادمص *Baniciam* corrupto ex Germanicia nomine adpellari ſcribit Stephanus Edenenſis, Patriarcha Maronitarum, in Expoſitione Miſſae Syriacae tom. 1. cap. 7. de Haereticis Liturgiarum Scriptoribus num. 20. Sed cum Mabugo, quae eadem ac Hierapolis eſt, ex autho-

authoritate anonymi cujuſdam Scriptoria Syri vitae Thomae Heracleenſia, Germaniciae Epiſcopi, quae in Codice Syr. Clemen. Vatic. xvi. habetur, perperam confundit. Mabug enim, ſeu Hierapolia, teſte Evagrio lib. 6. cap. 19. Metropolia eſt provinciae Euphratenſia, cui ſeu Germanicia, ſeu Banicia ſubjacebat, *in confinio*, ut inquie Theodoretus lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 25. *trium provinciarum, Ciliciae, Syriae, & Cappadociae ſita*. Vide le Quien Orient. Chriſt. tom. 2. pag. 939. & 1496. ubi ejuſdem urbia, quae inſauſti Neſtorii infelix patria fuit, Epiſcoporum Seriem ex Aſſemano deſcribit.

(29) *Halepus*, Arabibus حلب *Halab*, Syriae urbs perampla, & probe culta, Antiochiam inter & Hierapolim in regione Cyrrheſtica, Provinciae, ſeu Praefecturae cognominia caput, & emporium percelebre: Nicetae Choniatae in Joh. Comneno cap. 7. Nicephoro Calliſto lib. 14. cap. 39. & Johanni Zonarae in Rom. Lacapeno *Chalep*, ſeu *Chalybon* dicta, unde circumvicina regio *Chalybonitis*. Macedones Syriae Reges nomeu ei Beroeae indiderunt, quod in tabulis Eccleſiaſticis tum apud Syros, tum apud Graecoa occurrit. Toto caelo eberrant qui Hierapolim Syriae eandem ac Halepum, ſeu Beroeam faciunt, ut ſcite obſervat Baudrandius in Lexico Geographico. *Hierapolis* & *Beroea* Macedonicarum Urbium nomina ſunt: prima Syria dicitur *Mabug*, altera *Alepus*, vel cum eſpiratione *Halepus*. Suoa ibidem multia ab hinc ſeculia Archiepiſcopos habuere Syri Melchitae, Maronitae, Jacobitae, Neſtoriani, & Armeni; de quibus videſia Aſſemanum Bibl. Orient. tom. e. & 3. par. 2. nec non Michaëlem le Quieu loc. ſupra cit.

(30) Ex iia multis, quae Theodoretus, & Antonius de S. Simeone referunt, poſteaquam in Mandra Tel-Neſcin vici incluſus ſupra Columnaa ſtetit, duo tantum apud Coſmam habemua, quae adamuſſim reſpondent: nimirum de Catena viginti cubitorum, qua altero pede inligato, meandi ſpatium inter eas anguſtias ſibi definivit: & dn ingenti ulcere in pede, ex quo plurima ſanies defluebat. Ceterum de Meletio illo, qui Catenam ſupervacaneam eſſe Simeoni dixit, *quum ad rationis vincula corpori injicienda voluntas ſufficeret*, quemque alii Antiochiae Patriarcham faciunt ex iis Theodoreti verbia, *qui Antiochenae regionis tunc Epiſcopatum regebat*; alii Praefectum, ex interpreratione Alberici Longi Saleatini, *qui tunc Antiochenae regionis praefectus erat*; alii vero Chorepiſcopum Dioeceſeoa Antiochenaa: de illo, inquam, Meletio Coſmas noſter ne verbum quidem. Item verba illa Simeonia: *Hoc dico tibi, ne unquam mentiaris, jureſve per Deum: ſin neceſſe ſit tibi, jura per me humilem, ſive ſerio, ſive falſo*; quae Heſſeliua, & Magdeburgenſea iu Actia Simeonia ab Antonio editia reprehendunt, in Codice noſtro nequaquam leguntur.

(31) Literae Theodoſii ad S. Simeonem Stylitam datae, ut pro Eccleſiae pace, etque Imperii incolumitate oraret, & Johannem Antiochenum Patriarcham a Neſtorii tuendia partibua revocaret, recitantur in Concilio Epheſino Par. 3. cap. 25. Evagrius lib. e. cap. 10. de Leone Auguſto Marciani ſucceſſore loquena, qui circelares literas ad omnes orbis Romani Epiſcopos, & ad eos, qui in vita Monaſtica excellebant, dedit, interrogana eoa tum de Chalcedonènſi Synodo, tum de Ordinatione Timothei, cognomento Aeluri, haec de Simeoue ſcribit: *Sed & Sanctae memoriae Simeones duas Epiſtolas de hoc argumento ſcripſit: alteram ad Leonem Imperatorem, alteram ad Baſilium Epiſcopum urbis Antiochiae.* Quaa quidem Epiſtolaa Coſmaa hoc loco indicare videtur, ut legenti patet.

(32) Per annos ſex & quinquaginta. Conſonat Evagriua lib. 1. cap. 13. pag. 271. *Porro Simeon*, inquit, *in hac exercitatione ſex & quinquaginta annos vixit. Novem quidem in primo monaſteria, in quo Divinae vitae praeceptis fuerat imbutus. Septem vero & quadraginta in eo loco, qui dicitur Mandra: decem videlitat annos in quodam angiparen; in brevioribus autem columnis ſeptem: triginta autem annas in columna quadraginta cubitorum laborioſo certamine perfunctus*. Diverſum ab hoc calculum tradit Antonius. Sed, ut bene notat Bollandus in Praefatione ed Vitam S. Simeonis §. 3. *aliquod mendum irrepſiſſe in comperto eſt*; nec ulla ſuppetit ratio, cur luculentiſſimis teſtibus Coſmae, & Evagrio refragemur; praeſertim quum & Metaphraſtes iia adſentiri videatur, dum initio Capitis 14. ait, totoa ſex & quinquaginta ennoa vixiſſe, in vitae nimirum religioſae exercitatione. Unde merito refellendi Cedrenua, & Michaël Glycas, qui Simeonem ſcrihunt in columnam aſcendiſſe anno 25. Theodoſii Junioris, vel Marciano regnante: ex hoc enim intervallo anni tantum duo de triginta, vel decem conficiuntur, quibua ille ſupra Columnam ſteterit; quum tamen conſtet ex Coſma, & Evagrio, eum in columna ſtetiſſe annis ſeptem & triginta.

(33) Caeleſtia hajus Viſionia, qua Simeon ed Styliticam ſtationem provocatus, & inſtitutua eſt, ſolus Coſmaa meminit.

(34) *Paramonarium*, ideſt *Manſionarium*, ſive *Aedituum*.

(35) *Quadrageſimus*. Septem ſupra quadraginta annos in Mandra Tel-Neſcin egiſſe Simeonem, tum Coſmas, tum Evagriua, e nobia ſupra laudatus, teſtantur. Recte igitur haec revelatio anno ſeptimo incluſionis ejuſdem in Mandra peracta fuiſſe dieiter; quum ab eadem uſque ad ſanctiſſimum ejus obitum quadraginta anni effluxerint.

(36) Hujua Terraemotua meminerunt Antoniua in vita S. Simeonia cap. 7. Metaphraſtea cap. 13. Evagriua lib. 2. cap. 12. ubi eum ſextum edpellat. Nicephorua lib. 15. cap. 20. Baroniua ad annum 458. ceterique fere omnea Annalium Scriptores. Sed quem alii ad annum Chriſti 357. alii vero ad conſe-

quentem revocant, hunc ex Coſma noſtro, teſte oculato, eodem, quo Simeon obiit, anno, Chriſti nimirum 459. non quidem menſe Septembri, ut ex mendoſo Evagrii, & Malelae loco hactenus exiſtimatum eſt, ſed menſe Junio adcidiſſe, plane diſcimus. Nam ſi a die 29. Auguſti, quo Simeon deliquium paſſus eſt, quaeque eo anno in Sabbathum incidit, triginta dies retrocedendo enumeres, habebis diem 29. Julii, quo Synaxis illa magna celebrata fuit *die quinquageſimo primo poſt Terraemotum*: atque adeo ſi alios unum & quinquaginta dies retrogrado ordine ſupputes, deprehendes, Terraemotum *die octava Junii anni* 459. Antiochiam, & finitima oppida everiiſſe. Conſonat Dionyſius Patriarcha in Chronico:

ܒܫܢܬ ܫܒܥܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܗܘܐ ܙܘܥܐ
ܪܒܐ ܘܢܦܠܬ ܒܗ ܐܢܛܝܘܟܝܐ ܕܣܘܪܝܐ
ܙܒܢܐ ܕܐܪܒܥܐ ܒܗ : ܟܕ ܢܓܗ
ܚܕܒܫܒܐ ܒܬܠܬ ܫܥܝܢ ܕܠܠܝܐ.

Anno, inquit, *Graecorum Septingenteſimo ſeptuageſimo adcidit Terraemotus ingens, quo Antiochia Syriae quartum corruit: idque vergente die Dominica, hora noctis tertia.* Nimirum anno Chriſti 459. quo dies octavus Junii in Feriam ſecundam incidit; & cui ex mente Dionyſii reſpondet annus Graecorum 770. nam hic Graecorum Epocham Chriſtiana vulgari 311. annis priorem eſſe ſtatuit. Quod autem tum ipſe, tum Malela *quartum* vocent hunc terraemotum, Evagrio nequaquam contradicunt: *Duos enim ab Evagrio numeratos negligunt*. (inquit Pagius in Critica Baronii ad ann. 458.) *ut ſaepe fit ab aliis Scriptoribus in id genus ſupputationibus. Sic enim quarta v. g. Eccleſiae perſecutio a quibuſdam appellatur quinta.*

(37) *Quarto Nonas Septembris*. Obiit igitur S. Simeon Anno Chriſti 459. quo dies 2. Septembris in feriam quartam incidit; ut vel ex Chronico Edeſſeno adverſus Antonium, ejuſque Latinum Interpretem, nec non adverſus Theophanem. Cedrenum, & Pagium in Admonitione noſtra, hiſce Actis praefixa, demonſtravimus.

(38) *Aſclepiades*. Is *Aſclepiodotus* in Faſtis Conſularibus dicitur, & anno 423. Conſulatum cum Mariniano geſſiſſe. Vide Pagium ad annum praedictum num. 1. & 21.

(39) *Johannes*, hujus nominis primus, in Serie Patriarcharum Antiochenorum quadrageſimus recenſetur. Sedit annos tredecim, nempe ab anno Chriſti 428. ad 441. Succeſſorum habuit Domnum II. ſororis ſuae filium, quem ſupra laudavimus. Vide le Quien Orient. Chriſt. tom. 2. pag. 721. ubi ejus vitae & geſtorum epitomen, ex multis, quae exſtant, Epheſini Concilii monimentis, ac praecipue ex Synodico Tragoediae Irenaei, quod Chriſtianus Lupus evulgavit, excerptam, profert.

(40) Conſonat Evagrius lib. 1. cap. 13. pag. 270. *Tanta*, inquit, *Divinae gratiae virtus in Simeone inerat, ut quum Imperator Theodoſius Judaeis Antiochiam incolentibus Synagogas, quas Chriſtiani illis ademerant, reſtitui juſſiſſet, Simeon tanta cum fiducia ac libertate ad eum ſcripſerit, tanque acriter eum objurgaverit, ſolum Imperatorem ſuum Deum veritus: ut Imperator Theodoſius revocata juſſione ſua, cuncta in gratiam Chriſtianorum fecerit; & Praefecto Praetorii, qui haec ipſi ſuggeſſerat, poteſtatem abrogaverit, petieritque nominatim a ſanctiſſimo, atque aërio Martyre, ut pro ipſo Deum praecaretur, ſuamque ipſi benedictionem impertiret.* Eandem hiſtoriam tetigit Theodoretus, quum in Philotheo cap. 26. ait: *Ceterum in his dum, Simeon, verſatur, atque haec omnia praeſtat, ſanctarum ſimul Eccleſiarum providentiam non negligit, nunc pugnans contra Gentilium impietatem, nunc Judaeorum frangens contumaciam, nunc Haereticorum turmas profligans, atque interdum ad Imperatorem de his literas mittens, interdum Praeſides ad Divinum zelum excitans, ipſos etiam interdum Eccleſiarum Paſtores admonens, ut gregum ſuorum majorem curam gerant.* Hactenus Theodoretus.

(41) *Ardaburii* meminerunt hoc loco etiam Latinus Antonii Interpres, & Metaphraſtes. Eundem laudaverat Antonius cap. 7. Porro duo fuere Ardaburii, ut obſervat Bollandus pag. 268. Prior Dux egregius ſub Theodoſio Jun. Conſul anno 427. pater Aſparis, de quo Socrates lib. 7. cap. 23. Alter Aſparis filius, a Marciano Dux Orientalium copiarum conſtitutus, ut habet Svidas: atque is eſt, qui translationi Corporis S. Simeonis adfuit.

(42) Funus S. Simeonis iiſdem plane verbis deſcribit Evagrius lib. 1. cap. 13. pag. 271. *Hujus*, inquit, *ſacratiſſimum Corpus poſt obitum Antiochiam deportatum eſt, Leone Imperium tum gerente, & Martyrio Antiochenae urbis Epiſcopatum adminiſtrante: quum Ardaburius Magiſter Orientalis militiae, una cum militaribus numeris, quos circa ſe habebat, & cum reliqua omni multitudine ad Simeonis mandram veniſſet, & ſanctum beatiſſimi viri Corpus ſervaſſet, ne a finitimis Civitatibus ſubriperetur. Igitur ſacrum ejus Corpus non ſine ingentibus miraculis, quae per totum iter facta ſunt, delatum eſt Antiochiam.*

(43) Templum hoc a Conſtantino Magno inchoatum, & ſub Conſtantio abſolntum, a nonaginta, & ſeptem Epiſcopis anno 341. dedicatum eſt; de quo conſule Paginm ad annum praedictum num. 6. Caſſiani Eccleſiam perperam vocant Antonius, & Metaphraſtes, in eaque repoſitum fuiſſe Simeonis corpus teſtantur, donec aliud templum in vicino loco aedificatum fuit, quo ſacra ejus Lipſana tranalata poſtmodum fuiſſe ſcribunt. Quod argumento eſt, Antonium aliquot poſt obitum Simeonis annis hiſtoriam ſuam edidiſſe. Contra vero Coſmas Acta Stylitae publicaverat, anteaquam ejus Corpus e majori Eccleſia ad novum Sacellum transferretur: atque idcirco nomen Martyrii Patriarchae Antiocheni, tamquam viventis & omnibus noti, non prodidit.

(44) *Epiſcoporum Princeps*. Sic Patriarcham,

cham, & Primatem Syri adpellant.

(45) *Energumenus*. Hic memoratur in vita per Antonium, & Metaphraſtem edita. Sed rem aliter narrant: ajunt enim, hominem illum, quod matronam quandam perdite adamaſſet, & in mortuae ejuſdem cadavere libidinem expleſſet, in ſepulcro divinitus detentum fuiſſe, donec rheda illac tranſiret, quae ſubito immobilis ſtetit, dum is ad loculum ſacrum adcurrens, a Daemonio liberatus eſt.

(46) *Maro*. Meron, & Meroën adpellant Antonius, & Metaphraſtes, quorum primus quinque circiter milliaribus eum pagum ab urbe Antiochia diſtare ſcribit. Stephanus de Urbibus: *Praeter Meroën Aethiopiae*, inquit, *eſt & Meroë ad Orientem Antiochiae circa Daphnen*; quam Baronius in Notis ad Martyrologium Rom. die 21. Octobris, *Maroniam* vocat. Inde Syrorum Maronitarum originem & nomen nonnulli perperam arceſſunt, quos ſcite refellit Fauſtus Naironus in *Diſſertatione de Maronitarum origine, nomine, ac religione*, Romae formis Zachariae Dominici Acſamitek anno 1679. edita; miraturque Vir egregius pag. 134. quod non evocaverint potius e Thracia. Heic enim reperire potuiſſent Ciconum civitatem, nomine Maronaeam, cujus Incolae, & Cives Maronitae dicebantur, de quibus intelligenda eſſe exiſtimo ea Philippi Regis Macedonum orationis verba apud Titum Livium lib. 39. habitae ad Q. Caecilium, alioſque Legatos, a Romanis in Macedoniam miſſos: *Non cum Maronitis mihi*, inquit Philippus Rex, *aut cum Eumene diſceptatio eſt, ſed jam vobiſcum, Romani*. Porro Maronitas noſtros, qui Syriam mari mediterraneo conterminam, incolunt, a Sancto Marone Coenobiarcha, ſeculo Chriſti quinto ineunte claro, cujus vitam Theodoretus ſcribit in Relig. hiſt. cap. 16. & ſeqq. & ad quem exſtat S. Joh. Chryſoſtomi Epiſtola num. 36. ab exſilio miſſa, nomen ſuum accepiſſe, quod nimirum ipſos ab ceteris Syris lapſis in haereſim ſejunctos in avita Catholicae Fidei profeſſione, quam ab Apoſtolis ſuſceperant, continuit, alibi a nobis latius eſt demonſtratum. Quare ad pura puta commenta amandanda ſunt quae Eutychius Patricides Alexandrinus Graecorum Melchitarum Patriarcha in Annalibus ſuis Arabicis tom. 2. pag. 191. de Monothelitica Sancti Maronis, & Maronitarum fide ſomniat; quem tamen inconſiderate ſequutus Euſebius Renaudotius, vir ceteroquin eruditus, in ſua Liturgiarum Orientalium Collectione, Pariſiis anno 1716. impreſſa, Miſſalis Chaldaici Eccleſiae Antiochenae Maronitarum Editores paſſim reprehendit, & inertiae, inſcitiaeque adcuſat; nec tantum illos, ſed Romanos Cenſores, ſummoſque in Urbe rei Typographicae Praeſides carpit, modeſte quidem, ſed non citra ſel, hoc potiſſimum utriſque intentans crimen, quod Maronis nomen, unde Maronitae, laudato Miſſali inſeri paſſi fuerint, quem Monotheliſmi authorem ipſe ſe ſpondet olim demonſtraturum: quod tamen nunquam praeſtitit. Liceat heic mihi ſanctiſſimum Virum de Catholica Religione optime meritum, Maronem, inquam, & Maronitas gentiles meos ab impactis Monotheliſmi erroribus adverſus Eutychium, ejuſque prae ceteris fautorem Renaudotium, ab re non longa digreſſione vindicare; ut vel exinde quiſquis colligere poſſit, quamnam utrique fidem in reliquis eſſe habendam, qui in re adeo perſpicua exploratque, qualis eſt certe Maronis, & Maronitarum Orthodoxa Religio, impudentiſſime mentiti ſunt.

DIGRESSIO

SANCTUS MARO, *cujus nomen Miſſali Chaldaico Maronitarum inſertum eſt, Monothelitarum Princeps non fuit.*

Author calumniae primus Eutychius Patricides refellitur.

QUae de B. Marone Monacho Euſebius Renaudotius in obſervationibus ad Anaphoras Syrorum non ſemel docet, ea in Hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum Jacobitarum, Pariſiis anno 1713. edita, retulerat, ceu quorundam Orientalium opinionem: nec putabam virum gravem, & doctum ſe eo errore capi paſſurum fuiſſe, ut crederet, Maronem, quem Maronitae colunt, Monothelitarum fuiſſe Principem, & Monotheliſmi Inventorem; quando in eadem Hiſtoria diſertiſſimis verbis adfirmabat, illius opinionis authores a communi Graecorum & Latinorum hiſtoria in hac materia longe abire. Quos enim, cedo, Graecos, quoſve Latinos dicis? Synodum nempe Sextam Generalem, Lateranenſem ſub Martino, Hieroſolymitanam ſub Sophronio anno 634. alteram ſub Johanne anno 640. Cypriam anno 643. Concilia Africana quatuor divo Maximo praeſente, praeſidentibus Stephano Numidiae Bizacenae Primate, Cochnio Pataracenſi, Reparato Mauritaniae, Epiſcopis, atque Victore totius Africae Primate; Romanum ſub Theodoro anno 646. Mediolanenſe, & Anglicanum ſub Agathone. Ad haec praecipuos in cauſſa Monothelitarum actores Sophronium Hieroſolymitanum, Stephanum Dorenſem ad Theodorum Papam ab Epiſcopis Palaeſtinae & Syriae Legatum, S. Maximum Monothelitarum Antagoniſten: Judices vero Summos Pontifices quinque, Honorium, Agathonem, Martinum, Theodorum, & Johannem; noveraſque unam eſſe omnium ſententiam, nec alios agnoviſſe Monotheliſmi Principes, praeter Theodorum Pharanitanum, Cyrum Alexandrinum, atque Sergium Conſtantinopolitanum; hoc enim ſexcenties in Sexta Synodo, in Literis Romanorum Pontificum, & S. Maximi Libris repetitum legeras.

Neque heic ego Catholico homini venerandam tot Conciliorum, Pontificum, atque Sanctiſſimorum Patrum authoritatem oppono, quam ipſum certe revereri par erat; ſed Scriptori prudenti, veritatiſque amanti adpello

testes.

teſtes graviſſimos, rem ſuis ſub oculis geſtam, aut certe in recentiſſima memoria, quadraginta ſex ſcilicet ante annos tranſactam loquentes, adteſtanteſque ex certa ſcientia poſt adcuratiſſimam inquiſitionem, ipſis Actis Sextae Synodi inſertam, qualem in nullo unquam Concilio exquiſitiorem legimus, praeſentibus, nec reclamantibus ipſorum Monothelitarum Procuratoribus, Macario praeſertim Patriarcha Antiocheno, Petro Nicomedienſi, Salomone Clanei Epiſcopo, Stephano, & Polycronio, viris ſane nec ſtupidis, neque meticuloſis, qui & ipſorum Monotheliſmi Principum auditores, & diſcipuli fortaſſe fuerant, & certiſſime Monotheliſmi cunas, ut ita dicam, viderant, in ſua quippe Syria nati atque adulti, ut Renaudotius opinatur, aut in Syriae contermina Arabia, ut Latini Graecique Scriptores tradunt. Aderant praeterea in Concilio, praeter Haereticos, pluſquam quinquaginta Epiſcopi Orientales Catholici. An illi, tacentibus Monothelitis, ſilere potuerunt? & petentibus Sedis Apoſtolicae Legatis, & Imperatore Conſtantino urgente, ut *Author novitatis quadraginta ſex plus minus ante annos introductae* proderetur, ipſi importuno, ne dicam impio ſilentio diſſimulare, & ſupprimere voluerunt quae erant ſibi compertiſſima; quippe quae ſuis in Eccleſiis, ſuiſque ſub oculis geſta fuerant? Ipſi ſuſtinere, ut Concilii Patres totam Actionem 12. & 13. in evolvenda atque examinanda ampliſſima Scriptorum farragine incaſſo labore conſumerent, non alio certe ſcopo, quam, ut *unde hujuſmodi vocum adinventa fuerat novitas* reſcirent? Hoc enim Sedis Apoſtolicae Legati actione I. petierant, & Imperator Conſtantinus Georgio Patriachae Conſtantinopolitano, & Macario Antiocheno, eique adjacenti Synodo edixerat.

At quid tandem ex ea operoſiſſima & exacta conlato totius orbis Patrum ſtudio inquiſitione reſcitum fuerit, ediſſere jam? Actione XVIII. Monotheliſmi inventorum, fautorumque nomina, toto audiente Concilio & adprobante, in cenſum vocantur, recitantur, damnantur, Theodorus Pharanitanus, Sergius, Cyrus, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Macarius Stephanus, Polycronius, Aſpergius. Nullus Maro, nullibi. Sextae Synodi definitioni ſuffragantur omnia, quae ſupra memoravi, Concilia, omnes Patres, omnes Hiſtorici Graeci & Latini; ita nemo unquam, vel uſquam exſtitit, qui in hac parte Eutychio, vel Macriſio, hujuſque notae Scriptoribus Orientalibus non refragetur; nec Renaudotius id negare audet. Perge igitur, & quandoquidem in omni inſigni mutatione Religionis, ut bene notavit Cardinalis Bellarminus Controv. 4. lib. 4. cap. 5. ſemper iſta ſex demonſtrari poſſunt. I. Author ejus. II. Dogma aliquod novum. III. Tempus, quo coepit. IV. Locus, ubi coepit. V. Quis eam oppugnaverit. VI. Exiguus aliquis coetus unde paullatim aliis adcedentibus coeperit. Hoc certe in Arianis, hoc in Neſtorianis, Eutychianis, Lutheranis, Calvinianis obſervare, atque demonſtrare in promtu eſt; nec ſolum in iſtis, quae ingentes in Eccleſia turbas excitarunt, ſed in obſcuri, exiguique nominis ſectis eadem indicari poſſe infra oſtendemus. Eo igitur magis in Monothelitarum haereſi, quae totum orbem concuſſit, & ipſo Eutychio teſte, quadraginta ſex annos Eccleſiam turbavit, & quod maxime notandum eſt, ſui Authoris nomen praeſeferebat; Monothelitas enim Maronitas communiter adpellatos fuiſſe, ceu rem vulgatiſſimam Eutychius ubique praeſumit, ut infra oſtendam. Oro nunc fidem tuam, Candide Lector, his ita ſtantibus, Maronem eſſe Monotheliſmi Principem ignorare potuerunt Sextae Synodi Patres, & Epiſcopi Syriae, & Paleſtinae, qui Sextae Synodo interfuerunt: ut ſciſcitantibus Legatis Apoſtolicae Sedis, ceteriſque Patribus Graecis & Latinis, aut non haberent quid ad rem reponerent, aut habentes, alium quempiam pro vero Haereſis inventorem ſupponerent? Hoc ſuſpicari, ſane impii eſſet, illud inſani hominis credere; hoc enim perinde foret, ac ſi quis dubitaret, an Patres Tridentini Lutheraniſmi Authorem agnoverint. Reſtat ergo probare, Eutychium, & Orientales, qui ipſum exſcribunt, non modo adſerere, ſed ceu rem vulgatiſſimam praeſumere, Monothelitas vulgari nomine Maronitas ab ipſo Haereſis exortu nuncupatos fuiſſe. Si enim hoc ſemel evictum fuerit, cauſſa meo judicio peracta eſt; jam hoc probemus.

Eutychius ad annum nonum Hegirae: *Heraclius Conſtantinopoli Hieroſolymam contendebat, devaſtatam a Perſis Provinciam inviſurus. Quumque Hemeſam perveniſſet, in Vrbem admitti petiit, ſed ab incolis repulſus eſt, quum dicerent Maronita es, noſtraeque Religionis, hoſtis,* (Melchitae erant Hemeſſeni) *Quamobrem Heraclius motis ab Vrbe caſtris ad Coenobium Maronis perrexit*. Eutychium ſequitur author Melchita Hiſtoriae Conciliorum: *Accidit Hegirae initium in annum primum Heraclii: is Maronita fuit, quamobrem quum Hemeſam Vrbem intrare vellet, ab Oppidanis Repulſus eſt: Tibi quidem, ajebant, quam Imperatoribus obligavimus, fidem reddimus; Vrbem autem noſtram intrare haudquaquam patiemur. Quid ita? inquit Imperator. Quia, reſpondere Hemeſeni, fides tua, fides Maronis eſt, qui credit, unam Chriſto Domino noſtro ineſſe voluntatem.*

Ab ipſis ergo ſuis incunabulis Monotheliſmus Maronis nomen tulit, proprioque nomine parentem ſuum indicabat, ea propemodum fama, qua Arianiſmus & Neſtorianiſmus Authores ſuos hucuſque praedicant: hoc garrula anus, hoc delirus ſenex, hoc Sophyſta verboſus, hoc univerſi noverant, & ceu rem vulgatiſſimam loquebantur; hoc videlicet totum neceſſe erat, ut Hemeſſeni Monotheliſmum exprobrantes Imperatori, propria & uſitata voce loquerentur. Nec dici poteſt, Eutychium Monotheliſmo nomen Maronis per quandam vocabuli anticipationem indidiſſe, ſicut Monophyſitas nominamus Jacobitas, eo etiam tempore, quod Jacobum Baradaeum ejuſdem ſectae propagatorem anteceſſit, & Scriptura in hiſtoria diluvii quaedam animalia immunda vocat, utique

que

que ante legem Moſaicam, per quam diſcretio mundi ab immundo inducta poſtea fuit: & apud Ezechielem inter Aegypti Urbes Alexandriam legimus, quando Alexander necdum natus fuerat. Hoc, inquam, cauſſae noſtrae adcommodari non poteſt, quia Eutychius diſerte adfirmat, Maronem Monothheliſmo antiquiorem, nec Monothelitarum ſectae propagatorem, ſed inventorem fuiſſe: e contrario Jacobus, a quo Jacobitae, Monophyſitarum ſectae author non fuit, etſi haec ſecta ab eo poſtea nomen acceperit. Quare anticipatio vocum in uſu loquendi eſt circa rem, antecedentem novi vocabuli uſum. Neque huic regulae exempla ex Scripturae uſu deducta adverſantur, ut patet. Interprete hoc loco non indiget Eutychius, quum eodem contextu Maronem Monotheliſmi inventorem adſerat, ſuiſque ſectariis ſuum nomen communicaſſe praeſumat; quare Heraclium Maronitam adpellat, & addit, eundem propter Maronitiſmum a Praetoriania interfectum fuiſſe. Supponit ergo rei fuiſſe coaevum ejuſdem vocabulum; Johannem praeterea Papam inducit, ſemel & iterum rotundis verbis adſerentem: Monotheliſmum eſſe Maronitiſmum, ſeu Maronis errorem, idque non in privato aliquo conloquio, ſed in Epiſtola dogmatica ad Imperatores. Atqui in Epiſtolis, aliiſque publicis inſtrumentis, tempore, quo res ipſa gerebatur, ſcriptis, nullus fingi poteſt praedictae exceptioni ab anticipatione vocum petitae locus.

Quum ergo Monothelitarum ſecta non ingentes modo turbas excitaverit, ſed & Authoris ſui nomen una cum haereſi per univerſum fere orbem circumtulerit, incredibile prorſus eſt, ejus inventorem nulli illorum temporum Scriptori, nulli Concilio, nulli Eccleſiae notum fuiſſe. Habemus in hiſtoria Eccleſiaſtica Ophitarum, Catarorum, Agnoitarum, & ſimilium Haereticorum ignobilis & obſcurae ſobolis deſcripta nomina, Authores, aetatem, progreſſum, exitum; nulla tamen adverſus illos habita fuere Concilia, nullae in aliquo publico Eccleſiae conventu de eorum origine diſquiſitiones, nulli Authores, qui eorum hiſtoriam ſcripſerint, vel ſectam ex profeſſo impugnaverint.

At contra Monothelitas quamplures in toto Orbe coactae Synodi, de eorum origine, & Authore in duobus magnis Conciliis Romano, & Conſtantinopolitano actum eſt: eorum errorem impugnavere luculentis ſcriptis Patres doctiſſimi, totoque Orbe celeberrimi, quorum aliqui ſub ipſo Monotheliſmi exortu vivebant, & in ipſa cauſſa actores erant S. Sophronius & plerique Sextae Synodi Patres. Profecto dicere Sanctum Sophronium, & Sextam Synodum ignoraſſe Monothelitarum originem, illorumque ad ſuam uſque aetatem progreſſus, mihi videtur ejuſdem inſaniae, ac dicere S. Cyrillum, & Synodum Epheſinam Neſtorianorum Authorem & haereſim ignoraſſe: dictum eſt tamen hoc poſtremum, & a Catholico Societatiſque Sorbonicae Doctore paucis ab hinc annis typis vulgatum: tanta fuit hominis impudentia: auſuſque eſt adfirmare, nec Sanctum Cyrillum, neque Synodum Neſtorii mentem adſequutos fuiſſe; Socratis nempe Scholaſtici, ſecta novatiani, ipſum hoc paradoxum inſinuantis, teſtimonio majorem quam iſtis fidem habendam eſſe ratus. Quamobrem haberet Renaudotius exemplum, quo ſe utcumque defenderet, ſi id dumtaxat nobis perſuadere contenderet, nec Sextam Synodum, neque Sanctum Sophronium intellexiſſe haereſim Monothelitarum; quo autem perſuadeat, aeque illis ipſis Monothelitis ignotum fuiſſe Monothelitarum authorem, nullum ſimile in ulla cujuſvis temporis hiſtoria eum habiturum puto: adeo novum, adeo inauditum, adeo incredibile eſt.

Quare ego nunquam adducar, ut credam, Renaudotium virum gravem, tali ſpecie unquam ſibi illudi paſſum fuiſſe, praeſertim quum nos admonentem audiam in obſervationibus ad commune officium Liturgiarum Syriacarum Jacobitarum tom. 2. pag. 70. ut in iis, quae ad illorum temporum hiſtoriam Eccleſiaſticam pertinent, Graecos, & Latinos illis, qui Syriace, vel Arabice ſcripſerunt, ubique praeferamus: *Quae illorum*, inquit, *temporum hiſtoriam ſpectant, a Graecis potius, quam ab Authoribus, qui Arabice, aut Syriace ſcripſerunt, petenda ſunt: neque fraudi eſſe debent inanes quorundam librorum de Eccleſiaſtica Hiſtoria tituli, quaſi quidquam Graecis, aut Latinis incognitum docere nos poſſint*. Haec autem Renaudotius monebat occaſione additionis Triſagio factae a Petro Fullone, quam Abulpharagius Syrus Hiſtoricus Philoxeno perperam adſcripſerat. Aſt illius perverſae additionis a Fullone excogitatae fama, ſi cum Monothelitarum rumoribus comparetur, nulla eſt. Quare Renaudotio pro iis, quae nobis opportune mox ſuggerebat, ſapientiſſimum Tertulliani monitum rependimus ex Apolog. cap. 8. *Sapiens incerto non credit, recogitandumque eſt, num primum illud os mendacium ſeminaverit; quod ſaepe fit, aut ingenio aemulationis, aut arbitrio ſuſpicionis, aut non nova, ſed ingenita mentiendi voluptate*. His ſcilicet tribus indiciis Eutychium dignoſcee, Renaudoti. Recogita primum ſecta fuiſſe Melchitam, & id propter Maronitarum aemulum: praeterea patria Aegyptium, ſuſpicax eſt id genus hominum, & in concepta ſemel opinione pertinaciſſimum; vide Baronium ad ann. 452. unde Eutychio ſuborta ſuſpicio fuerit dicam infra. Poſtremo, origine Graecum: novane Graecis, an ingenita ſit mentiendi voluptas, omnes norunt, taxantque tria Oecumenica Concilia, Conſtantinopolitanum Tertium, & Quartum, nec non Florentinum.

Sed finge, quoniam aliunde nulla patet evadendi via, Maronem omnium Mortalium vaſerrimum Graecis, Latinis, omnibus hominibus impoſuiſſe, ſuppoſitiſque Theodori, Cyrique nominibus ſeipſum occultaſſe; an Maronitis, quos tu Monothelitas dicis, Maronem illudere atque imponere voluiſſe credis? Filiis Parentem? Quod ſolent adulteri, quos ſuſceptae ſobolis pudet. Sed in primis talis non erat Monothelitarum ſecta Maronis tempore, ut autho-

authori ſuo pudori eſſe poſſet : habebat illa fautores perilluſtres, praecipuarum Orientis Eccleſiarum Epiſcopos, Sergium Conſtantinopolitanum, Cyrum Alexandrinum, Athanaſium Antiochenum. Deinde evolve omnia Monothelitarum, quae ſuperſunt, monimenta, Epiſtolas, Acta Synodalia. Ad haec relege quaecumque Monothelitarum Parentes & Symmyſtae Monophyſitae antiqui recenteſque prodiderunt ; ipſos interroga Maronitas, excute eorum hiſtorias, duos reperies Marones, Monachos ambos, ambos ab Apamenſi Coenobio celebres ; alterum ibidem ſepultum ; educatum alterum. Primus Abbas & multorum Monachorum Pater, de quo Theodoretus in Philotheo, Chryſoſtomus Ep. 36. Acta Syn. Conſtantinopolitanae ſub Menna, & Menologium die 14. Febr. Alter Epiſcopus, & Eccleſiaſticus Scriptor, qui Johannes Maro, & ex Patria Johannes Srumita frequenter adpellatur.

Primus Maro Monothelismi author certe non fuit, qui ante omnem Monothelismi memoriam jam obierat. Alter poſt Cyrum Monothelitarum aut Parentem, aut Symmyſten ſcribebat ; ejus enim quaſi jam defuncti meminit in expoſitione Liturgiae, quam prae manibus habemus, & Alcoranum citat, qui poſt Monothelitarum exortum editus fuit : Monothelitarum praeterea haereſim impugnat. Ejus Acta edidit Quareſmius tom. 2. Dilucid. Terrae Sanctae Lib. 1. cap. 37. Opera recenſet Metropolita Sobenſis Ebedjeſus in Catalogo Scriptorum Syrorum, & Stephanus Patriarcha Maronitarum Lib. 1. Vindic. cap. 8. laudat Gregorius Abulpharagius, cognomento Bar-Ebraeus in lib. Theſauri Myſteriorum. Johannis Maronis Liturgia Romae anno 1716. typis S. Congregationis de Propaganda Fide edita eſt.

De hoc Marone Eutychius loqui non potuit ; quum is Monothelitarum ſectam impugnet, & ab ejuſdem exortu multorum annorum intervallo diſtare probetur certiſſimis documentis : illa quippe haereſis, teſte ipſo Eutychio, Heraclii tempora anteceſſit, & ſecundum veram Chronologiam, Heraclio coaeva fuit. Quiſnam ergo fuerit ille Maro, Monothelismi author, non modo Graecis & Latinis, ſed ipſis Maronitis incognitus ?

Quum autem Maronitas adpello, non eos intelligo, quos Renaudotius, data occaſione, frequenter ſugillat & refutat, Abrahamum Ecchellenſem, Fauſtum Naironum, Gabrielem Sionitam, & ſimiles recentiores : ipſos adpello Maronitas antiquiſſimos, & Septima Synodo antiquiores ; illis profecto Maronis ſui Religionem ignotam fuiſſe veroſimile non eſt. At ſi noverant Maronem, qualem fingit Eutychius, Monothelitam, ignorare non poterant ejuſdem celeberrimos impugnatores, & antagoniſtas, S. Sophronium, S. Maximum, S. Martinum Primum. An putas, Arianis, aut Neſtorianis S. Athanaſii, aut S. Cyrilli nomen barbarum, incognitum fuiſſe ? Quid ergo ſi ab illis Maronitis ipſi ſuo Maroni omnes illos Patres honore coaequatos fuiſſe, & annuo ſolemni ritu eorum memoriam inſtauratam fuiſſe oſtendero ? Cedo mihi recita ex antiquiſſimo Kalendario Maroniticis Breviariis praemiſſo, quae ſequuntur.

ܐܕܪ ܝܐ. ܕܩܕܝܫܐ ܣܘܦܪܘܢܝܘܣ ܪܝܫ ܟܗܢܐ ܕܐܘܪܫܠܡ:
Martii 11. *Sophronii Patriarchae Hieroſolymorum*.
ܢܝܣܢ ܝܓ. ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܛܝܢܘܣ ܦܦܐ ܕܪܘܡܝ.
Aprilis 13. *Martini Papae Romani*.
ܬܡܘܙ ܕ. ܕܩܕܝܫܐ ܐܢܕܪܐܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܣܡܟܢܐ.
Julii 4. *Andreae Epiſcopi Canonographi*. Hunc celebrant Acta Sextae Synodi, fuitque Theodori Patriarchae Hieroſolymitani ad eandem Synodum Legatus.
ܐܒ ܝܓ. ܕܩܕܝܫܐ ܡܟܣܝܡܘܣ ܡܘܕܝܢܐ.
Auguſti 13. *Maximi Confeſſoris*.
Quid reſtat ? Sexta Synodus Monothelismi triumphatrix. Perge igitur.
ܐܝܠܘܠ ܝܗ. ܕܘܟܪܢܐ ܕܫܬ ܟܢܘܫܝܐ.
Septembris 15. *Memoria ſex Synodorum*. Cur ſeptimam omnibus Orientis nationibus venerabilem non memorant ? Quia necdum habita fuerat. Ea ergo aetate antiquiores ſunt Kalendarii Authores. Videmus Neſtorianos, Jacobitas in ſuarum Haereſum impugnatores inſolentiſſime debacchari, dataque quavis occaſione eoſdem mordere, exagitare, vexare ; minime autem eorum nomina in ſuis libris laudare. Quandonam Jacobitae Sanctum Leonem Papam nominant, quin ſtatim illud ſubjungant contumeliae plenum ܠܐܘܢ ܪܫܝܥܐ Λέων ἀσεβής *Leo impius*, ſeu ܡܪܚܐ *Temerarius* ; aut Chalcedonenſe Concilium, quin ſimili convicio onerent ? Quid non in Synodum Epheſinam, & in S. Cyrillum effutiunt Neſtoriani ? Lutheranorum vero, atque Calvinianorum contra Concilium Tridentinum invectivae ingentia volumina implevere. Itane ſoli Maronitae quum ad Haereticorum contubernium tranſierunt, proprium omnium Haereticorum ingenium illud refractarium, improbum, virulentum, inſanum nequaquam hauſerunt ? Solique manſuetudinem & patientiam, quae ovium Chriſti nota eſt certiſſima, haereſim docti nequaquam dedidicerunt ? Rem ſane incredibilem dicis ; effare tamen, quonam ex fonte Maronitae injuriarum a Sexta Synodo, a S. Sophronio, a S. Maximo, a S. Martino acceptarum longa biberunt oblivia ? Adeo nuſquam invenire eſt (dictum optima fide crede) nec ullum Codicem, nec ullam ceremoniam aut ritum, nullum ſcriptum, nullam traditionem, quae Sextae Synodi Patribus, aut ceteris Monothelismi impugnatoribus contumelioſa, ſive ulla ratione ſupra adlegatis documentis contraria : quod certe non leve argumentum eſt ipſorum ſinceritatis.

Porro dicere, illa a Latinis, aut Graecis Maronitarum Kalendariis inſerta fuiſſe, eſt cum alienae famae detrimento ſuae hypotheſi velle ſervire, atque contentionibus nullum umquam finem imponere. Cur enim Latini, aut Graeci illa potius nomina insererent, quam S. Franciſci, aut S. Dominici, e quorum ſacra familia non pauci, nec paucis annis cum Maronitis verſati ſunt ab ipſo Belli ſacri tempore, & Wil-

lelmo

lelmo Tyrio erant aequales, quem primum inter Latinos hujus fabulae authorem proferunt Morinus, & Renaudotius? Cur Graeci Photii ſui non meminerunt, cujus imaginem in templis Maronitarum, ab iiſdem depictam, vidi cum Graeca Epigraphe, ne fraus a Syris hominibus deprehenderetur? Cur Septimam Synodum praetermiſerunt, cujus memoriam omnia eorum Kalendaria recolunt die undecima Octobris?

Heic vero obiter obſerva Patrum Concilii Florentini prudentiſſimum judicium, quando propoſita eodem tempore Neſtorianorum, & Maronitarum in inſula Cypri commorantium cauſſa, Neſtorianos quidem Neſtorii nomen abjicere juſſerunt, ſuum vero retinere conceſſerunt Maronitis; qua diſcretione judicii nullum Maronem Haereſiarcham ſe agnoviſſe declararunt. Aderant tamen in Concilio Neſtorianorum, Jacobitarum, Coptitarum Legati, Eutychii, & Arabum de Marone commenta non ignorabant, ſed illis rejectis Patres deceſſorum ſuorum teſtimoniis deferendum eſſe cenſuerunt, a quibus Monotheliſmi Authores didicerant Theodorum Pharanitanum & Cyrum Alexandrinum; nullum Maronem: vide Conſt. Eugenii IV. apud Horatium Juſtinianum p. 3. n. 20. Patrum Florentinorum ſententiam Sedes Apoſtolica ſequitur, quoties illi ad Maronitas, vel de Maronitis ſermo eſt, proprio nomine Maronitas adpellat. In his autem erraſſe Eutychium, ut in aliis bene multis mirum non eſt, quum Joſephus ſuae gentis hiſtoriam e ſacris Libris exſcribens ipſi Divinae Scripturae multa contraria ſcribat. Tacitus Joſephi libros prae manibus habens, unde Ebraeorum hiſtoriam ediſcere in promtu fuiſſet, quaſi virum gravem puderet, Judaeo de rebus Judaeorum ſcribenti credere, Apionem Grammaticum mendaciſſimum, atque impudentiſſimum exſcribere maluit. Ex illo enim, quae de Ebraeorum origine & moribus prodidit Hiſt. Lib. V. inſulſa, ridicula, incredibilia hauſit. Ut hinc interea diſcas, non eam eſſe ſummae prudentiae canonem, quem Johannes Morinus, & Morinum ſequutus Renaudotius, aliique Critici praetendunt iis, quae haſtenus de Maronitarum Origine, atque Religione ſcripſerunt: quaſi nihil Maronitis in hac parte deferendum ſit; ita audito ſemel Willelmo Tyrio ſtatim decernunt, Maronitas a Marone Haereſiarcha nomen accepiſſe. Quaſi vero in Maronitarum hiſtoria minus peccare potuerit Willelmus, quam in iis, quae de ſuimet Patriarchae Hieroſolymitani in Urbem adventu, & rebus ibidem geſtis illum erraſſe notavit Baronius ad an. 1155. Addit Simon Richardus in not. uber. ad Apol. Sever. Willelmum Maronitis praefuiſſe: quod falſum eſt, quum Libanus Mons, ubi Maronitas conlocat Willelmus, ad Antiochenum Patriarchatum pertineat; Tyrius autem Epiſcopatus Hieroſolymitanae Dioeceſis pars ſit. Sed quid faceret Simon, ut Willelmum non tantum ex fama loquutum fuiſſe nobis perſuaderet; verebatur, ne ipſi illud Tertulliani ex Apologia Maronitae reponerent. *Fama ne tunc quidem quum aliquid veri affert, ſine mendacii vitio eſt, detrahens, adjiciens, demutans de veritate. Quid? quod ea illi conditio eſt, ut non niſi quum mentitur, perſeveret.* Atqui ex fama tantum loquutum fuiſſe Tyrium, praeter multos viros doctos, ipſi Galli Scriptores deprehenderunt, & ingenue fatentur Britius Rhedonenſis ex Capuccinorum familia in notis ad Annales Baronii ad an. 406. & Pagius non uno in loco. Veram eſſe conjecturam noſtram, oſtendit ipſa obſcuritas, cum qua de Maronitarum converſione loquitur Willelmus: adeo nullas circumſtantias facti tam illuſtris indicat. Sed rei geſtas hiſtoria a Maronitis petenda fuit, quam edidit Fauſtus Naironus in Evoplia, & in Diſſertatione de Religione Maronitarum, cauſſas praedictae actionis ex antiquo & oculato teſte Thoma Cfarthabenſi referens, atque Maronitarum Patriarchae nomen, ſub quo res geſta eſt, quaeque eandem anteceſſere, & conſequuta ſunt. Sua ſunt cuilibet genti monimenta, traditiones, hiſtoriae, quas ab exteris petere velle ejuſdem fatuitatis eſſe puto, ac ſi quis Anglorum, aut Francorum originem a Graecis, aut a Perſis diſcendam contenderet, ſeu Ebraeorum Religionem ex Tacito. Hiſtoriam ſcribebat Eutychius Alexandrinus ſub annum Chriſti nongenteſimum ſecundum, res trecentos ante annos geſtas ignoraſſe ſcriptorem, alioquin minime adcuratum, reique Chronologicae non ſatis peritum, non miror. Eutychium reliqui Aegyptii Melchitae, & Jacobitae, Elmacinus, Macriſius, & alii a Renaudotio citati, ac praeter illos, Georgius Ben-Hamra, & Anonymus author Hiſtoriae Conciliorum, qui omnes Arabice ſcribentes, Arabicae Hiſtoriae parentem Eutychium exſcribunt; quare eorum numerus neminem movere debet. Mihi fere certum eſt ex illo praecipue indicio Coenobii in Apamenſi tractu celeberrimi, ab ipſo Eutychio hoc loco indicati, Maronem Monachum, Theodoreto notum, ab illo fuiſſe intellectum, praeſumtumque velut totius fabulae ſubjectum; ipſi enim ſui Coenobium, ab Eutychio memoratum, extructum fuiſſe patet ex Theodoreto, & ex regeſtis in Quinta Synodo, de quo haec Procopius lib. 5. *Supra Apameam Pauperum Hoſpitium S. Romani reparavit, & moenia Sancti Maronis*: ejuſque Coenobii rudera adhuc ſuperſunt ad ripas Orontis. Sed Eutychius in veteri hiſtoria parum verſatus, quo tempore, quave in Religione Maro Apamenſis vixiſſet, ignorabat, nec fortaſſe unde diſceret, illi occurrebat; Maronis enim Monachi vitam Theodoretus paucis perſtrinxit in Philotheo; alii Hiſtorici penitus reticuerunt.

Certe convincitur Eutychius in tota illa Monotheliſmi hiſtoria identidem dormitaſſe, ex iis praeſertim, quae ipſemet in Chaliphatu Homari Ben-Alchottabi ſcribit: Quadraginta ſex nempe annos Monothelitarum tumultibus pacem Eccleſiae fuiſſe turbatam, puta ad Sextae Synodi aetatem, cujus Acta heic Eutychius exſcribit, & nos ſupra oſtendimus. At haec quo pacto cum iis, quae de Monothelitarum turbis, ſub Mauricio excitatis, Marone duce, idem ſcripſerat, conciliabit, quando Mauricius ſeptuaginta octo ante Concilium annos a

Phoca interfectus eſt? Quapropter Eutychius non ſolum ab omnibus probatis Hiſtoricis diſſentit, ſed ſecum ipſe pugnat: quod ſomniantium proprium eſt.

Unde autem illum errorem Eutychius hauſerit, quidve fabulae componendae materiem dederit, divinare non poſſumus. Fortaſſe quod ſciret, populos Coeleſyriae, in quibus cenſentur Apamenſes, & Hemeſſeni, ſuo tempore Monotheliſmum profiteri, & aliunde ipſi notum eſſet, Maronis Coenobium, ibidem ſitum, ab ipſis ſummo in honore haberi, facile credidit S. Maronem, in illo Monaſterio conditum, a vicinis gentibus pro ſui erroris magiſtro coli; atque inde Maronem Monotheliſmi inventorem fuiſſe intulit. Hac hypotheſi ita conſtituta, Cyrum, Sergium, Heraclium, aliosque Monotheliſmi fautores, Maronitas conſequenter adpellandos cenſuit.

Aliquem nihilominus dolum in hoc negocio interceſſiſſe, vehementiſſimum indicium eſſe poteſt Epiſtolae Johannis Papae textus, ab eodem Eutychio enormi interpolatione non uno in loco corruptus. In ea Epiſtola, ut omnes norunt, Monotheliſmi fautores Sergius, & Pyrrhus notantur, nullaque de Marone mentio, neque uſquam fiebat. Quid faceret Eutychius, ut adornatae contra Maronitas calumniae inſignem aliquem teſtem ipſe ſubornaret, ſimulque a ſuis Aegyptiis inventae haereſeos labem, ut poterat, extergeret? Illam in Maronem Apamenſem transferre cogitavit, teſtemque Johannem Papam ſtatuit; quem idcirco ad Imperatores Heraclium & Conſtantinum ita ſcribentem inducit: *Decem & octo ab hinc annis Cyrus Patriarcha Alexandrinus exſtitit, qui, ſecundum opinionem Maronis, adſerebat, Chriſtum Dominum duas quidem habere naturas, unicam tamen voluntatem, atque operationem*. Et infra: *Qui vero adfirmant, duas quidem naturas, unicam tamen Chriſto ineſſe voluntatem, atque unicam operationem Divinitatis, ac Humanitatis ejuſdem, in Maronis maledicti errorem prolapſi ſunt*. Nihil horum habet Johannis Epiſtola, ſed omnia ab Eutychio ſubdole textui inſerta fuiſſe, convincunt Codices Latini, Graecique omnes, imo & Arabici, in quibus etſi Latino & Graeco textui quaedam adjecta legantur, de Marone tamen prorſus nihil; adeo ut interpolantis crimen meo judicio nulla excuſatione defendi, aut occultari poſſit.

Interim recole quod ſupra a nobis adſatim probatum eſt, & ex hoc loco mirifice confirmatur. Id erat, ab Eutychio praeſumi, Monotheliſmi originem nec incertam, nec paucis notam, imo notiſſimam, atque omnibus Eccleſiis compertiſſimam fuiſſe; hoc enim ab Eutychio ſupponendum erat, quando Summum Pontificem Johannem inducebat ſcribentem ad Imperatores, Monotheliſmum & Maronitiſmum voces eſſe ſynonimas. Rem ergo tum in Occidente tum in Oriente vulgatiſſimam, ut ſupra inferebam, Sextae Synodi Patres ex toto Orbe collecti ignorarunt; ignoravere S. Maximus, S. Sophronius, S. Martinus, & reliqui Patres Graeci & Latini: exſpectandus erat Eutychius, qui trecentos poſt annos veram Monotheliſmi originem Concilia & Patres edoceret.

His preſſi argumentis plerique recentiores, qui alias in verba Eutychii juraſſe videbantur, eundem ex parte deſerunt, finguntque alium a S. Marone Abbate, qui ab Eutychio adcuſatur, Maronem Monachum ſub Saracenorum dominatu vixiſſe circa ſeculum ſeptimum, aut octavum: eumque, Mahometanis Syriam & Aegyptum occupantibus, Monotheliſmum in Coeleſyria, & Monte Libano docuiſſe; ita quippe credunt eludi argumenta ex communi ſilentio Graecorum, atque Latinorum petita: multas ſiquidem hujuſmodi novitates tenebricoſis illis ſeculis inductas in provinciis Saracenorum imperio ſubjectis a noſtris penitus ignoratas fuiſſe, quas ab iis, qui Syriace, aut Arabice ſcripſerunt, petere oportet. Vix credibile eſſe, Eutychium tot inter falſa nihil veri ſanique dixiſſe, praeſertim quum de rebus in proxima ſibi Syria geſtis ſcriberet. Multo propius vero eſſe, vera falſis promiſcuiſſe, quod ſolent, qui ex fama aliquid narrant. Illud ſaltem colligi poſſe ex Eutychii hiſtoria, Populos, qui ſuo ſub aevo Maronitae adpellabantur, Monotheliſmum profeſſos fuiſſe, atque vero huic fundamento cetera, quae vera non ſunt, ſuperexſtruxiſſe, alioquin apertum putidumque mendacium vulgaſſet, quod praeſenti & manifeſto indice prodi & redargui potuiſſet. Quod ab Eutychio viro gravi, famaeque & exiſtimationis ſuae minime prodigo, factum non praeſumitur; nec enim probabile eſt.

Sed nec veroſimile eſt, ſui Maronis Acta Maronitas latere potuiſſe; nec enim Jacobitas latet, qui fuerit ſuae ſectae propagator Jacobus Baradaeus, a quo nomen acceperunt: nec ſuos Calvinianos Calvinus, nec ſuos Neſtorianos Neſtorius. Memorant quidem Maronitarum hiſtoriae Maronem Patriarcham, cui Monotheliſmi nota fuerit a nonnullis inuſta; ſed addunt, a Legato Apoſtolicae Sedis vindicatum fuiſſe, & Romam profectum a Summo Pontifice Chriſtianis Montis Libani fuiſſe praefectum; negantque ab illo Monotheliſmum fuiſſe propagatum: quod & ejus Scripta oſtendunt, in quibus nihil pro Monothelitis, multa adverſus illos leguntur. De Libani adcolis Cedrenus, & Zonaras ſcripſerunt; ſcripſit Leontius de Sectis Orientalium; Nicephorus, Euthymius, Zigabenus, & alii: de Marone nihil habent.

Quod ſi dicas, Eutychium reſpexiſſe priora Maronis tempora, quibus eum Monothelitam fuiſſe quidam crediderunt, non moramur; etſi id ſola Acta a Quareſmio edita teſtentur. Fortaſſe Eutychius ea fama inductus, credidit, populos, qui ſuo tempore Maronitae nuncupabantur, praedicti Maronis errorem ſequutos fuiſſe, vel, quod vero longe propius exiſtimo, atque ſupra indicabam, Apamenſes, Hemeſſeni, & Cannefrinii ab Eutychio hoc loco nominati, qui S. Maronis, ad Apameam ſepulti, praecipui cultores fuerunt, ea tempeſtate, qua ille ſcribebat, Monotheliſmum palam profitebantur; nam de Marone Apamenſi clare loquitur. Id vero ſatis erat, ut Eutychius, Scriptor ce-

tera

tera praeceps, & minime adcuratos, in illa delaberetur abſurda, quae de eodem Sancto Marone commentus eſt; nec erat neceſſe, ut Libani adcolae Monothelitarum errorem ſequerentur: nec enim hoc dicit Eutychius, nec Ben-Aſſalius Eutychio multo recentior: quidquid contra conetur Renaudotius, & ſi quis alius dicit, non probat; imo & certiſſimis documentis refellitur.

Poſtremo compara quae de Maronitarum rebus tradidere Arabes, a Renaudotio laudati, cum illis, quae Tacitus Lib. V. Hiſtor. de origine & religione Judaeorum prodidit; animadvertes fieri poſſe, ut Vir, cetera prudens & doctus, nullo praeterea adfectu occupatus, in abſurdiſſimas opiniones abeat, quas cum vera hiſtoria conciliare, aut ullo pacto defendere, erit cum inſano velle ſimul inſanire.

Nec a Renaudotio imponi tibi quiſpiam ſinat, dum adfirmat, omnes Orientales Eutychio ſuffragari; contrarium enim docent in ſua Confeſſione Jacobitae, a Fauſto Nairono citati:

فما رضيوا الطوائف يامنوا حتى قلتم لنتم

يا موارنه طبيعتين: وجوهرين ومشيئتين.

Noluerunt, inquiunt illi, *Nationes credere, donec audirent a vobis, o Maronitae, duas Naturas, Subſtantias duas, atque duas Voluntates.* Quare Abulpharagius cognomento Bar-Ebraeus, Eutychii hiſtoriam retexens, hoc loco eum deſerit, deſerunt etiam Melchitae in hiſtoria Sextae Synodi, & in additionibus ad laudatam Johannis Papae Epiſtolam; ſed & in Officio Dominicae primae in Quadrageſima rejectis Eutychii, & aliorum Arabum teſtimoniis, Heraclii memoriam ſolemni ritu quotannis recolunt.

Quae quum ita ſe habeant, tuum eſt quicumque veritatem amas, decernere, an poſthabitis omnium Scriptorum Latinorum, Graecorum, & multorum Orientalium teſtimoniis, debuerit Renaudotius Authoribus fidei adeo ſuſpectae, praeterea Eccleſiaſticae hiſtoriae imperitiſſimis ſe ipſum committere, tantumque illis tribuere, ut ſolo eorum teſtimonio fretus, ex acie ſtare ſe poſſe confideret contra Cenſores Syriacorum Codicum Romae editorum, viros doctrina atque pietate ſpectatiſſimos, Robertum Bellarminum, Alexandrum Urſinum, Robertum Ubaldinum, Octaviom Bandinum, Petrum Aldobrandinum Cardinales, contra Theologos, Linguae Syriacae peritiſſimos, & in Eccleſiaſtica hiſtoria verſatiſſimos, Hilarionem Rancatum Ordinis Ciſtercienſis, Petrum Metoſcitam Societatis Jeſu natione Maronitam, atque alios Typographicae rei Praeſides. Videſis Epiſtolam Cardinalis Bandini, Maronitarum Breviario praefixam; in illo enim Breviario Maronis nomen non ſemel & iterum Sanctorum faſtis adſcriptum legitur. Haec ex Diatriba noſtra, qua Romana Chaldaici, ſeu Syriaci Antiochenae Maronitarum Eccleſiae Miſſalis editio adverſus Euſebium Renaudotium vindicatur, quamque propediem vulgaturi ſumus, excerpſimus.

Quiſquis autem hactenus diſputata ſtudioſe perpendat, aliam profecto praeter hanc ſententiam ferre non poteſt: Non eſſe quidem evidens, Maronem & Maronitas haereticos non fuiſſe, quum in hoc non omnes conveniant; evidentiſſimum tamen eſſe, crimen haereſis ipſis impactum non probari, ut perinde pronum non ſit pari etiam cum probabilitate theſim oppoſitam ſuſtinere. Hujus ſententiae aequitatem negabit ille ſolus, qui rationes hactenus adductas vel non examinat, vel non adſequitur, quum vix mentis compos ſit ipſe ſuae. Ab utroque non longe abeſſe videtur quiſquis illam Naturae legem vel non adtendit, vel ſtupidus non ſentit: Nefas eſſe condemnare minime nocentem; nec nocentem judicandum eſſe, quem talem eſſe non conſtat. Unde fluxit illud axioma: *Actore non probante, reus abſolvitur*. Abſolvendus eſt ergo cum ſuis Maronitis Maro, quem haereſis primus Eutychius Aegyptius, author nec doctus, nec Orthodoxus, aliique ejuſdem gregales, a Renaudotio frequenter laudati, adcuſare potuerunt; haereticos fuiſſe, nunquam probare potuerunt: & hos quidem merito contemnimus. Ab Eutychii vero adverſariis, qui nihilominus ipſum in hoc articulo, Willelmo Tyrio ſignifero, ſequuntur, eam, quam diximus, aequitatem, virtutem honeſti viri maxime propriam jure exigimus. Quicumque autem Orthodoxi ſumus, Generalium Conciliorum, Summorumque Pontificum authoritatem revereamur. Maronitarum namque & Maronis nomen audierunt, & ſuſceperunt duo Generalia Concilia, Florentinum, & Lateranenſe ſub Leone X. Romanique Pontifices quotquot a S. Hormiſda uſque ad noſtram aetatem in Cathedra Petri ſederunt. Teſtantur factum Acta Synodalia & Diplomata omnia ab Apoſtolica Sede ad Maronitas hactenus directa, cum ſolemni Formula: *Salutem & Apoſtolicam benedictionem*; quam nuncupationibus haereſim indicantibus nunquam Romani Pontifices ſubjecerunt; ſed communicatorias literas petentibus Haereticis ab Haereſi converſis, derivatam ab Haereſiarchis reſecuere nomenclationem, ejuſque uſum in poſterum interdixerunt. Summae profecto impudentiae, ne dicam perverſitatis eſt ſupremae in Eccleſia authoritati quovis pacto detrahere; detrahit autem quiſquis adfirmare audet, Concilia univerſalia, & Romanos Pontifices vel ignoraſſe Maronitarum cognomentum a Marone Haereſiarcha deſumtum, vel agnoviſſe quidem, & nihilominus praeter antiquiſſimam Eccleſiae conſuetudinem, & Apoſtoli Johannis edictum, Haereticis hominibus *ave dixiſſe*. Denique Chriſtiano cuilibet homini ſerio conſiderandum eſt, quid ſibi virtus profeſſionis ſuae maxime propria, fraterna nempe caritas praecipiat; compertiſſimum quippe eſt, quantum conferat ad confirmandos in fide Catholica populos ipſum hoc credere, ſe Catholicos hactenus a priſcis temporibus exſtitiſſe; hanc videlicet, quam ipſi tenent, ſuorum avorum fuiſſe religionem; hanc proinde ſibi quaſi cariſſimis filiis, velut luculentam amplamque haereditatem a ſuis parentibus relictam; fundum paternum nullo pretio vendendum, nullo tempore alie-

alienandum depoſitum fidei ſuae commiſſum, ideoque etiam atque etiam diligentiſſimeque cuſtodiendum. Quo ergo Eccleſiae bono Maronitis, avorum de Religione Catholica judicium ſuſpectum redditur? Aut quo ſuo nepotes emolumento diſcere coguntur: aliud ipſos credere, atque aliud Majores ſuos docuiſſe; aliam proinde juraſſe fidem, & aliis ſalutem ſuam commiſiſſe Magiſtris; ut tandem minores pigeat a majoribus deſciſcere, & filios dici degeneres? Itane, dummodo tute videaris eruditus & doctus, fratres perdere poſtremum habeas? Fortaſſe repones, quod in ſimili cauſſa S. Auguſtinus Divo Hieronymo ſcribit: *Nunquid errare bonum eſt?* Errant, dices, qui Maronitis conſervatae Orthodoxae Religionis gloriam adrogant. Nunquid non malum ſit ſequi errantes? Errantes ain? Unde id probas, ſi quidem eos, quos ſequeris, vera loqui non probas? Vide, ſodes, ne, ut ait Plato de Rep. lib. 8. *fumum fugiens flammam in ipſam decidas*. Opido quam recte monet vetus adagium: *Malum bene conditum nullatenus eſſe movendum*. Quid, ſi idem nec malum eſſe, certis documentis comperias?

(47) Haec iiſdem plane verbis leguntur apud Evagrium lib. 1. cap. 13. pag. 271. *Leonis* autem Imperatoris nomen ex Codice noſtro expunctum eſt fol. 77. culum. 1. lin. 17. a quonam, vel quo conſilio, neſcio. Suſpicor, nebulonem quemdam Jacobitam in odium Catholici hujus Imperatoris, qui Chalcedonenſe Concilium acerrime propugnavit, ejus nomen abraſiſſe.

(48) *Regionis noſtrae*. Hinc palam fit, Coſmam noſtrum ex illa regione fuiſſe, ubi Simeon morabatur, hoc eſt, ex Syria Coele.

(49) *Socis Prophetarum* &c. Mos antiquiſſimus ſcribendi Orientalium, qui infinitos pene titulos Epiſtolis praefigunt, etiamnum viget apud Syros, & Arabes.

(50) *De Praecepto*. Enumerat heic Coſmas praecepta, quae S. Simeon populo Phanirenſi dederat, eaque ab illis diligenter obſervari teſtatur.

(51) *Feriam Sextam, & Dominicam*. Praeter Dominicum diem, Feriam ſextam a non paucis Chriſtianis in memoriam Paſſionis Domini ſummo olim in honore habitam, teſtatur S. Iſaac Magnus, Simeoni Stylitae, & Coſmae coaevus, dum in Sermone 6. Cod. Syr. Vatic. V. eos objurgat, qui piis quibuſdam exercitationibus contenti, graviſſima Divinae Legis mandata detrectabant: [illegible]

Complures autem, inquit, *propter deſidiam in otio viventes, hoc mandatum contempſerunt*, (intelligit naturalem legem: quod tibi non vis, alteri ne feceris:) *Dominicae diei, & Feriae ſextae obſervantiam eidem anteponentes*. Porro Coſmas ipſe in Actis S. Simeonis, poſtquam narravit, fontem apud vicum Anadria aruiſſe, eo quod agrum quidam Dominico die inrigaſſet, haec ſubjungit. *Edixerat pridem Simeon, monueratque frequenter, ut omnes Chriſtiani Dominico die ad veſperam uſque feriarentur, indictamque ab omni opere vacationem obſervarent: quod Sancti Viri monitum cuncti fideles obſervaturos ſe ſancte ſpoponderant*. Eadem de S. Simeone in Syriaco ejus Officio indicantur. Monita S. Stylitae ſubſequuta eſt Leonis Imperatoris Conſtitutio, qua vetuſtiſſimum Eccleſiae praeceptum, additis etiam civilibus poenis, obſervandum ſanxit lege ult. Cod. Juſtin. *de Feriis*, data Zenone, & Marciano Coſſ. hoc eſt, anno Chriſti 469. Ejuſdem Conſtitutionis meminerunt Theodorus Lector lib. 1. & Author Chronici Alexandrini ad annum 467. *Leo Imperator*, inquit Theodorus, *lege lata conſtituit, ut die Dominico cuncti feriarentur, iſque dies ab omni opere vacuus eſſet, ac venerabilis*. Eandem recitat Dionyſius Patriarcha Jacobitarum in Chronico ad annum 465. [illegible]

Anno (Graecorum) *ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſexto legem tulit Leo Imperator, ne quis Dominico die opus aliquod ſuſcipere auderet*. Antiquiſſimam utriuſque diei obſervantiam indicant Syrorum Officia, in quibus Feria ſexta perinde ac Dominica, duplici, ut ajunt, ritu celebratur.

(52) *Per Victoriam Dominorum noſtrorum Imperatorum*. Vide Pagium in Critica Baronii. ad annum 395. num. 8. & 9. ubi ex lege VIII. Cod. Theodoſ. Chriſtianos *per Salutem, & Victoriam Imperatorum* jurare conſueviſſe probat.

(53) *Foenoris*. In Actis S. Simeonis ſcribit Coſmas, ejus hortatu medietatem foenoris fuiſſe ſublatam.

(54) *Mar*; ideſt, *Dominus meus*. Titulus Viris ſive Sanctitate, ſive Eccleſiaſtica dignitate inſignibus ad hoc uſque tempus a Syris adtributus.

(55) *Anno Antiochenorum quingenteſimo vigeſimo primo*. Is erat Chriſti annus 474. quo dies 17. Aprilis in Feriam quartam incidit; erat enim Litera Dominicalis F; ut in Admonitione praevia ad haecce Acta oſtendimus, ubi & Codicis noſtri aetatem, & Epochae Antiochenorum heic laudatae initium ſtatuimus.

IN-

Digitized by Google

INDEX
IN ACTA
MARTYRUM OCCIDENTALIUM

Martyres, quorum Acta, aut Paſſiones exhibentur, majuſculis literis notati ſunt.

A

ABdalla Rex Arabum 258.
Abdas Epiſcopus Suſae & Martyr 402.
Abibio Abbas, Monaſterii Teledenſis Fundator 399.
Abraham Patriarcha 158. 395.
Abraham Sultanus 400.
Abſalomus Martyr 42.
Abſelamus, aliis corrupte Abeſalomites, Abeſalom, Abeſſalom & Balſamus, S. Petri M. cognomentum, 206. & ſeqq.
Abſtinentia S. Simeonis Stylitae admirabilis 239. 253. 273. 276. 280. 287. 301. 401.
Abundantius Martyr 41.
Academia Ducis Auguſtobrigae 13.
Achillaeus Martyr 219.
Acta Martyrum quî ſervata? 34. 45.
A quibus collecta? 44. & ſeq.
Acta Martyrum corrupta quo tempore in ſcenam prodire coeperint? 36.
Acta Martyrum Occidentalium, quae heic exhibentur, Metaphraſti adjudicari nequeunt 6.
Actorum veterum Martyrum Euſebiana Collectio *vide* Euſebius Caeſarienſis
Adelhelmus, ſive Aldhelmus, Epiſcopus Aglorum 149.
Ejus narratio de Conſtantia Regina ope S. Agnetis ſanata refellitur ibid. & 154. 158.
Adonis lapſus 188.
Adparitio S. Agnetis 153.
S. Simeonis Stylitae 267. 329.
Adraſtus Martyr 41.
Aedeſius *vide* Hedeſius
Aegroti adflati odore Sepulcri Sanctorum Martyrum, extemplo convaleſcunt 108.
Aegypti Regum Ptolemaeorum in Literas promerita 9.
Aegypti Epiſcoporum ſuſpiciones S. Simeon Stylites diluit experimento humilitatis 254.
Aegy-

Aegyptii Martyres 58. 65.
Aelia *vide* Hieroſolyma
Aemilianus Martyr 211.
Aera *vide* Epocha
Afra Martyr 225.
Agabus Propheta 171.
Agape Virgo & Martyr, cum ſororibus Piſte & Helpe, ac matre Sophia 5.
Agape Martyr cum Sanctis Chionia & Irene 212.
AGAPIUS Martyr Palaeſtinus 185. 198.
Ejus memoria & cultus 182. 198.
— Martyrii tempus ibid. & 185.
— Acta integra nunc primum in lucem prodeunt 166. 198.
Agatho Papa 405.
Agathopodes Martyr 5. 57.
AGNES Virgo & Martyr 159.
Ejus Patria ibid.
— Nominis interpretatio 150. 159. 165.
— Memoria & cultus 148. 150. 154.
— Feſtivitas duplex 153.
— Martyrii tempus 157.
— Et genus 158.
— Acta apud Latinos adulterina 148. & ſeqq.
Eccleſiae ſub ejuſdem nomine 149. 154.
Quare cum agno depingitur? 153.
Variae ejus corporis inventiones ac translationes refelluntur 155.
Agnes Marciani Imperatoris ex ſorore filia 155.
Agnos, ex quorum lana Pallia Pontificum conficiuntur, benedicendi ritus origo 153.
Agonalis Circus 154. 165.
Ad ejus fornices tracta eſt S. Agnes, ut ipſius pudicitia violaretur ibid.
Agrippa Rex 171.
Agrippa Praefectus 210. 219. & ſeqq.
Aitus oppidum Montis Libani 401.
Albanus, Annibal Card. laudatur 245.
Albanus *vide* Clemens XI.
Albinus Ep. Andegavenſis 42.
Aldobrandinus, Petrus Card. Syriacorum Codicum Romae editorum cenſor 411.
Aldoënſis, Stephanus, Patriarcha Maronitarum corrigitur 402.
Alexander Martyr cum Cajo 44.
Alexander Martyr cum SS. Priſco & Malcho 44. 171.
Alexander Martyr cum Epipidio 46.
Alexander Martyr cum S. Felicitate matre & ſex fratribus 220.
Alexander III. P. M. 147.
Alexander VIII. P. M. 11. 225.
Alexander Ep. Alexandrinus 35.
Alexander Ep. Hieroſolymitanus 43.
Alexander Effebienſis Anglus 154.
Alexander Magnus 186. 212.
Ejus Epocha duplex 213. & ſeqq.
Alexander Severus Imp. 215.
Alexandra Imperatrix Martyr 5.
Alexandria urbs 167. 188. 196.
Ejus Aera 212. & ſeqq.
Alexandrina Bibliotheca 9.
Alexandrini Martyres 44.
Allatius, Leo, confutatur 245. 248. & ſeqq.
ALPHAEUS Martyr Palaeſtinus 177.
Ejus patria & genus 173. 178.
— Officium ibid.
— Memoria & cultus 173. 181.
— Martyrii tempus 173.
— Acta integra nunc primum in lucem prodeunt 166. 172.
Alphonſus VI. Rex Caſtellae 156.
Alphonſus VII. Rex Caſtellae 156.
Altaris formam S. Simeon Stylites

ab Angelo edoctus 271.
Alypius Stylites 257. 259.
Decubitu diuturno admirabilis 264.
Ejus Columna qualis fuerit? 261.
Amaſea urbs 216.
Amatus, Cajetanus, a Pontificiis Brevibus ad Principes Epiſtolis laudatur 7.
Ambroſius Ep. Mediolanenſis 154.
Ei perperam vulgatus Paſſionis S. Agnetis Libellus adjudicatur 148.
Non omnia ejus Scripta adeo certa, atque adcurata exiſtimanda, ut nullius ea adlucinationis arguere liceat 158.
Ambroſius Confeſſor 44.
Amida, alias Ammaea & Conſtantia, urbs 123. 258. 333. 402.
Ammon Diaconus & Martyr 218.
Amolwinus ruſticus 157.
Amos Propheta 59.
Amphianus *vide* Apianus
Anadris vicus 323. 401.
Anaplus ſuburbium CP. 255.
Anaſtaſia Martyr 156.
Anaſtaſius Imp. 54. 249.
Anaſtaſius Patricius Cyzicenus 67.
Anaſtaſius Bibliothecarius 207.
Anazete ſive Hanazit regio 352. 402.
Anazetenſis juvenis difficillimo morbo per S. Simeonem Stylitam ſanatus 352.
Ancus Martius 147.
Andreas Martyr 165. 220.
Andreas Canonographus 408.
Anea vicus 206. 209.
Angeli Martyres confortant 72. 78. 85. 89.
Pudicitiae vindices 151. 163. 165.
Angelica viſione S. Simeon Stylites ad perfectionem excitatur 270. 298. 375. 399.
Annona inter S. Simeonis Stylitae manus divinitus multiplicata 277.
Anthia Martyr 5.
Anthimus Epiſcopus Nicomedienſis & Martyr 54.
Antiochia urbs 175. 179. 391. & ſeqq.
Ejus terraemotus 229. 379. 403.
Ibi Eccleſia ſub nomine Sancti Zacchaei 173.
Antiochena Synodus 124.
Antiochena Eccleſia 404.
Antiochenorum Epocha 228. & ſeqq. 398. 412.
Antiochus Tribunus 168.
Antiochus Iſaurienſis Dux 267.
Antiochus Praefectus 327.
Antipatri Boſtrenſis teſtimonium de Collectione Actorum Martyrum ſuffragio Conſtantini M. ab Euſebio facta refellitur 41.
Antonia Beliſarii vidua 167.
Antoninus Martyr 5.
Antonius Pius Imp. Eccleſiae perſequutor 220.
Antonius Magnus Monachorum parens 264.
Monaſticas exercitationes ab Angelo edoctus 252.
Ejus Corporis translatio 156.
Antonius S. Simeonis Stylitae Diſcipulus, ejuſdemque Actorum ſcriptor 227.
Ejus lapſus 229. 403. & ſeqq.
Anulinus Proconſul 219.
Apamea urbs, 409.
Ibi Monaſterium S. Maronis ibid.
Aphſonitis regio 318.
APIANUS, aliis *Amphianus* & *Appbianus*, Martyr Palaeſtinus 189.
S. Pamphili Diſcipulus 187. 197.
Ejus patria, genus, & mores 186. 189. 190.

— Me-

— Memoria & cultus 187.
— Martyrii tempus 188.
— Acta integra nunc primum in lucem prodeunt 166. 186.
Apocriphi libri qui a SS. Patribus citati? 169.
Apollinaris Ep. Hierapolitanus 44.
Apollo 210. 215. 221.
Ejus nominis Ethymologia 222. 226.
Apollonius Martyr 34. 35. 43. & ſeq.
An Senator? 46.
Apollonius Lector & Martyr 5.
Apollonius Tyaenaeus magus 197.
Apoplexia obſtupefactum Satrapam Armenum ſanat Sanctus Simeon Stylites 349.
Aqua pro Baptiſmo conſecranda 127. 147.
Aqua benedicta aegri & daemoniaci a Sancto Simeone Stylita ſanati 284. 293. 294. 347. 349. 351. & ſeqq.
Aquaviva, Franciſcus, S. R. E. Card. laudatur 22.
Arabum converſio 328. 345. 348. 402.
Arcadius Imp. 154. 186. 249.
Araxa urbs 187.
Ardaburius Praefectus Militiae Orientalis 391. 404.
Arii haereſis a SS. Martyribus praedamnata 65. 125. 147.
Arianorum hoſtis acerrimus Conſtantinus M. 54.
Armenia regio 216.
Armeni plurimi opera Sancti Simeonis Stylitae ad Chriſtianam fidem converſi 345.
Armenum Satrapam apoplexia obſtupefactum curat Sanctus Simeon Stylites 349.
Artemis, ſive Diana, inane figmentum 97.
Ejus nominis ethymologia 122.
Aſcalon urbs 186. 206.
Aſcetae qui? 206. 248.
In cavas columnas abditi 260.
Aſclepiades Praefectus 173. 182.
Aſclepiodotus, ſive Aſclepiades, Judaeorum fautor 244. 387. 404.
Aſpaſius Paternus Vicarius 153. 157.
Aſpergius Monothelitarum anteſignanus 406.
Aſpides & viperae in SS. Martyres immiſſae, illico a ſummo ad imum diruptae obrigeſcunt 118.
Aſſemanus, Elias, Antiochenae Eccleſiae Archipresbyter, de Vaticana Bibliotheca optime meritus 16.
Aſſemanus, Joſeph Simonius, Vaticanae Bibliothecae Praefectus, de Republica Literaria optime meritus 16. 19. 247.
Aſtachus *vide* Nicomedia
Aſterius Martyr 45.
Atama caſtellum 333.
Ateſtinus Regulus 23.
Athanaſius Monaſticum inſtitutum primus Romam advexit 264.
Athanaſius Antiochenus Patriarcha 408.
Athenogenes Petrae Epiſcopus 257.
Atrianus Martyr 42.
Auguſtinus Ep. Eccleſiae doctor 153.
Ei falſo inſcribuntur Epiſtolae Vitis Pontificum & Canonum collectionibus praefixae 42.
Auguſtobrigae Ducis Academia 13.
Auguſtus Caeſar 171.
Aulana, ſive Avelana urbs 206.
Aulona, vulgo la Velona, urbs 206.
Aurelianus Imp. Eccleſiae perſequutor

tor 157.
Aurelianus Victor 176.
Auſa urbs 48.
Auſteritas S. Simeonis Stylitae admirabilis 251. 279. 280. 283. 304. 360. 372. 401.
Auxentius Epiſcopus & Martyr 217.
Azabeni alii ab Arzunitis 402.
Azarias cum Sociis in fornace divinitus illaeſus 65.

B

Babylas Epiſcopus Antiochiae & Martyr 5.
Bacchus Martyr 5.
Bages Monaſterium in Gallia 156.
Bailletus corrigitur 154.
Balforetus, Robertus, Gelaſii Cyziceni fidelis interpres 35.
Balſamus *vide* Abſelamus
Bandinus, Octavius Card. Syriacorum Codicum Romae editorum cenſor 411
Baptiſmus ſignum Chriſti 127.
Nullus atque irritus, niſi exprimatur actio baptizantis 147.
Peccata delet 225.
Ejus forma 125. 129.
— Adparatus 127.
Adultis, & infantibus nuper baptizatis Euchariſtia diſpenſata 125. 129. 147.
Baptiſmus ſanguinis 123.
Barhator Auduni f. 227. 398.
Baronius Card. confutatur 34. 37. 38. 59. 122. 156. 167. 173. 184. 206. 211. 214. 230.
Barſciaptas S. Simeonis Stylitae familiaris 274.
Barulas infans Martyr 174.
Baſileus Ep. Amaſenus M. 216.
Baſilides Martyr 44.
Baſilius Ep. Antiochenus 244.
Baſilius Porphyrogenitus Imp. 245.
Ejus Menologium ibid.
Baſiliſcus Imp. 255.
Baſſa Martyr 59.
Baſſus Samoſatenus corpora Sanctorum Hipparchi & Sociorum Martyrum redimit, tumuloque condit 145.
Baſſus Praeſes 211.
Baſſus Periodeutes, aliis corrupte Blaſus & Baſtus, S. Simeonis Stylitae familiaris 287. 290. 366. 401.
Batnae urbs Meſopotamiae 230.
Beda corrigitur 58. 64. 147. 188.
Beibarſus Rex Syriae 171.
Bellinus emendatur 188.
Bellarminus, Robertus Card. Syriacorum Codicum Romae editorum cenſor 411.
Belus, Sive Saturnus, caecus elinguis & diaboli vehiculum 97. 122.
Benedictinarum Sanctimonialium Monaſterium apud Baſilicam Sanctae Agnetis 154.
Benedictus XIII. Pont. Max. laudatur 23. 264.
Benedictus XIV. Pont. Max. laudatur 30.
Benignus Ep. Divionenſis M. 157.
Ejus Corporis inventio ibid.
Benignus Cubicularius 216.
Bercharius Martyr 203.
Berecynthia, ſive Cybele & Dindymene, caelatum lignum 97. 122.
Berecynthus mons 122.
Beroë, ſive Berrhoea, urbs 218. 225.
Berytum urbs 186. 190.

Beſan, ſive Bethſan *vide* Scythopolis
Beſciara oppidum Montis Libani 401.
Beſſi populi 224.
Beth-cardag oppidum 258.
Beth-garud caſtrum 258.
Beth-laha Caſtellum 290.
Bibliotheca Alexandrina Ptolemaeorum 9.
Caeſarienſis S. Pamphili 43.
Conſtantinopolitana Patriarcharum 251.
Eſcurialenſis Regis Hiſpaniarum 37.
Florentina Mediceorum 258.
Hieroſolymitana S. Alexandri 43.
Neapolitana Joſephi Vallettae 9.
Vaticana Summorum Pontificum 16. 19. 247. 258.
Bivarius, Franciſcus, caſtigatur 37. 39.
Bizua urbs 186.
Bollandus, Bollandiani confutantur 38. 59. 148. 154. 156. 157. 197. 207. 228. 400.
Bononienſes Moniales Sanctiſſimae Trinitatis 203.
Breviarium Lemovicenſis Eccleſiae corrigitur 37.

C

CAcci plurimi per S. Simeonem Stylitam lucis uſura potiti 346.
Caecilia Virgo & Martyr 155.
Ejus corporis inventio ibid.
Caecilianus Ep. Carthaginenſis 41.
Caeſarea urbs Cappadociae 202.
Caeſarea urbs Palaeſtinae, alias Pyrgos, ſeu Turris Stratonis, 36. 166. 171. 186. 190. 198. 202. 206. 208.
Caeſarienſe Concilium 172.
Caeſarienſis Bibliotheca 43.
Caeſarius Praefectus 67.
Cajetanus Card. confutatur 147.
Cajus Martyr 44.
Calcondilas Graecarum literarum Florentiae reſtitutor 9.
Calinicus Martyr 5.
Cambyſes Rex Perſarum 186.
Caniſius corrigitur 59. 188.
Canon Divinorum librorum quî ad nos pervenit? 34.
Canonicorum Regularium S. Salvatoris Monaſterium apud Baſilicam S. Agnetis 154.
Cantelmus Dux Populenſium 22.
Cantelmus, Jacobus, S. R. E. Card. Arch. ep. Neapolitanus 12. 14.
Capaſſus, Nicolaus, Caroli Majelli encomiaſtes 17. 31.
Capitolinus Praefectus 211.
Caraſus Martyr 41.
Carceris poena 121.
Carpi populi 66.
Carpus Praeſes & Martyr 5.
Caſſiodori teſtimonium de epiſtola Hieronymi ſuper Euſebiana Actorum Martyrum Collectione expenditur 41. & ſeqq.
Catechumeni oleo ſimplici conſecrato unguntur 147.
Poſt ſingulas Catecheſes exorcizabantur 181.
Catomiae 123.
Cavades Rex Perſarum 402.
Cave, Guillelmi, opinio de Euſebiana Actorum Martyrum Collectione 37.
Ejus in Valeſium animadverſio refellitur 39.
Cedrenus corrigitur 229. 403.
Cellamaris Princeps 22.
Cerannius Epiſcopus Pariſienſis 37.

Cicatellus, Bartholomaeus, Caroli Majelli Praeceptor 7.
Chalcedon urbs 66.
Chalcedonenſe Concilium 218. 224.
Chalcedonium fretum 214.
Chaldaea regio 5.
Chaldaei anni initium a Kalendis Octobris arceſſunt 229.
Chaldaicum ſeu Syriacum idioma Palaeſtinis olim vernaculum 166.
Chionia Martyr 212.
Chomidia *vide* Nicomedia
Chriſtiani Galilaei, & Nazareni dicti 211. 329. & ſeq.
Ab incantamentis abhorrent 88.
De incendio Palatii Nicomedienſis paſſi calumniam: inde atrox in eos perſequutio 54. 175.
Annum ab aequinoctio Autumnali olim inchoabant 218.
Eorum ſtudium in Sanctorum Actis exſcribendis, & Reliquiis adſervandis 45.
Spectacula ac theatra debent vitare 218.
Chriſtianorum priſtina fortitudo poſt redditam Eccleſiae pacem deferbuit ibid.
Chriſtophorſonus Euſebii interpres caſtigatur 34. 40.
Chriſtophorus Martyr 5.
CRISTUS Deus 64. 71. 128. 194.
Deus & Filius Dei 52. 74. 77. 80. 86. 93. 95. 100. 118. 138. 194. & ſeqq.
Verus Deus, caeli terraeque Dominus 74. 224.
Caelum ac terras moderatur pro poteſtate & arbitrio 80.
Deus de Deo, Lumen de Lumine & Sanctus de Sancto 65. 115.
Jeſus Chriſtus Sanctus, Sancti Parentis filius 111.
— Deus & Dei filius genitus non factus, Patrique coëſſentialis 124. 125. 147.
— Ex Maria Virgine natus in carne, in qua & mortuus tertia die revixit 128.
— Pro ſalute hominum Cruci adfixus 70. 73. 111. 114.
— Mortem ſua voluntate, non aliena poteſtate actus oppetiit 223.
— Mundi Servator 76.
— Omnium Servator & vivificator 192.
— Miraculorum author 91. 81.
Martyrum ore loquitur Chriſtus 96.
— In Martyribus inhabitat 193.
Chriſtus pudicitiae vindex 161.
— Inter ceteros Deos ab ethnicis Impp. connumeratus 215.
Chriſti corpus & ſanguis infantibus & adultis nuper baptizatis impertitus 125. 127. 147.
Chriſti gratia & virtus 74. 95. 100. & ſeq.
Chriſti ſtatua 167.
Chromatii Epiſtola ad D. Hieronymum de Euſebiana Actorum Martyrum Collectione refellitur 36. & ſeqq.
Chryſanthus Martyr 59.
Cibalenſis pugna inter Conſtantinum & Licinium Impp. 215. 219.
Cionitae *vide* Stylitae
Circenſes ludi 218.
Iis intereſſe nefas Chriſtianis ibid.
CLAUDIANUS, aliis corrupte *Claudius*, Martyr S. Victorini Socius 60. 64.
Ejus memoria & cultus 55.
— Martyrii locus 58.
— Et tempus 59. 60.

— Acta hucuſque ignota 55. 64.
Claudius Martyr 45.
Clemens XI. Albanus P. M. de re Chriſtiana & Literis optime meritus 16. 46. 245. 247. 257. 264.
Clemens XII. Corſinius P. M. laudatur 26. & ſeq.
Clerici Evangeliſtae 171.
Clericus unus plura olim obibat munera 171.
Clodoveus Rex Francorum 157.
Cochnius Pataracenſis Epiſcopus 405.
Coemeterium S. Hippoliti 155.
Cohortes apud Romanos certum non habuerunt numerum 225.
Coluber immanis S. Simeonem Stylitam metu tentare connifus, a ſummo ad imum medius difrumpitur 289.
Columnae Stylitarum 259.
Earum baſis & modius 261. & ſeqq.
Columnarem ſtationem ab Angelo edoctus Sanctus Simeon Stylites 363. 375.
Vide Stylitae
Comaclenſis ditionis quaeſtio opera Caroli Majelli confecta 23.
Combeſiſius corrigitur 38. & ſeqq.
Comes Orientis monita S. Simeonis Stylitae contemnens miſere interit 315.
Commodus Imp. Eccleſiae perſequutor 44.
Communio ſub utraque ſpecie 125. 129.
Comnenus, Manuel, Imp. 167.
Confeſſores Palaeſtini 204.
Conſecrationis aquae ad Baptiſmum paratae ritus antiquiſſimus 147.
Conſtans Conſtantini M. Filius 149.
Conſtantia Imperatrix 216.
Conſtantia Virgo an Conſtantini M. filia? 149.
Conſtantina Flavia Julia, Conſtantini M. filia 149.
Conſtantina Virgo Baſilicae S. Agnetis fundatrix 149. & ſeqq.
Conſtantinopolis urbs 49. 155. 158. 210. 393.
Ejus Aera 41.
— Incendium a Daniele Stylita praedictum 255.
Conſtantinopolitana Bibliotheca 251.
— Synodus 405. & ſeqq.
Conſtantinopolitani annis Patriarcharum pro aera ſaepe utuntur 212.
Conſtantinus M. Imp. 39. 66. 121. 167. 168. 210. 214. & ſeqq.
Arianis ſemper infeſtus 54.
Nicomediae baptizatur, & moritur ibid.
Quot filias habuerit? 149.
A colendis Idolis ſerio abhorruit 215.
Licinium debellat ibid.
Quinquaginta Divinarum Scripturarum Codices Euſebio deſcribendos mandat ad uſum Conſtantinopolitanae urbis 41.
Ejus edictum de Actis Martyrum undique conquirendis, & Caeſaream ad Euſebium comportandis, ad fabulas amandatur 36.
Conſtantinus Conſtantini M. f. 149.
Conſtantinus Pogonatus Imp. 167.
Conſtantinus Copronymus Imp. 258.
Conſtantinus Porphyrogenitus Imperator 258.
Conſtantius Chlorus Imp. 66. 122. 167. 170. 172.
A vexandis Chriſtianis ſemper abſtinuit 219.
Conſtantius Imp. Arianus 49. 54. 123. 149. 402. 404.

Con-

Contractuum aera, *vide* Seleucidarum epocha
Converſio Magorum 47. 51.
Conſtantini M. 168.
Sanctorum Stratonicae & Seleuci 68. & ſeqq.
S. Simeonis Stylitae 269. 399.
Coptitae Monachi Antoniani a Benedicto XII. Romam adciti, monaſterioque donati 264.
Corinthii Martyres 55.
Cornelius Centurio 171.
Corpora Martyrum divinitus ſervata 65. 194.
Corporis forma mentem quandoque depravat 99.
Corporum venditio 123.
Corſinius *vide* Clemens XI. P. M.
Coſmianus Patricius Samoſatenus 139.
Coſmas Presbyter Syrus, S. Simeonis Stylitae familiaris 227.
Ejus ad eundem S. Stylitam Epiſtola 394. & ſeqq.
Item Acta S. Simeonis Stylitae ab eo ſcripta 268.
Creſcens Martyr 5.
Criſpina Martyr 154.
Criſpus Conſtantini M. filius 39. 149.
Crucis ſignum 69. 70. 125. 127. 167. 168. 215. 242. 274. 295. 325. 336. 355. 357.
— Eo fugati daemones 51. 54. 280. 289. 319. 321. 334. 362.
Crucis invocatio 136. 241.
Crucis ſupplicium 123. 143.
Crurifragium 123.
Curdi populi 258.
Curzachel vicus 258.
Ibi Monaſterium Syrorum ibid.
Cybele *vide* Berecynthia
Cyprianus Magus Martyr 49.
Alius a Sancto Cypriano Carthaginenſi ibid.
— Et a Sanctis Luciano & Marciano ibid.
Cyrillus Alexandrinus Ep. 407.
Cyrlus Martyr 5.
Cyrus Alexandrinus Monothelitarum Anteſignanus 405.
Cyrus Archidiaconus 398.
Cyrus Poëta 262.
Ejus Epigramma columnae S. Danielis inſcriptum ibid.
Cyzicum inſula 67.
Cyzicum urbs 65. 67. 122.
Cyzicus Rex 67.

D

Dacianus Praeſes 65.
Daemon ſuccubus 292.
Daemones per magiam evocati 51. 54.
Crucis ſigno fugati ibid. & 283. 289. 291. 362.
Daemoniaci ab Exorciſtis purgati 181.
Plurimi per S. Simeonem Stylitam ſanati 291. & ſeqq.
Dagon idolum 122.
Damaſus Papa 154. 215.
Ei falſo inſcribuntur Epiſtolae Vitis Pontificum, & Canonum Collectionibus praefixae 42.
Daniel Propheta 65. 271.
Daniel Stylites 255.
Nunquam dormit 264.
Ejus aetatis tempora deſignantur 255.
— Columna verſibus inſcripta 262.
Daniel Presbyter 288.
Dara urbs 258.
Daria Martyr 59.
Decennalia Diocletiani 158.
— Licinii 225.

In Decennalibus Impp. leviorum criminum rei vinculis ſolvebantur 181.
Eorum occaſione perſequutiones in Chriſtianos ſuſcitatae 225.
Decius Imp. Eccleſiae perſequutor 44. 47. 55. 59. 219. & ſeq.
Ejus perſequutionis Epocha 48. 59.
Denthletae populi 224.
Deruenſe Monaſterium 203.
DEUS unus rerum omnium author, conſervatorque 170.
Amator hominum 50.
Mundi Opifex 70. 73.
Scelerum Vindex 99.
Omnium Servator 180.
Caeli terraeque Conditor 200.
Per Martyrum ſanguinem mortalibus reconciliatur 79.
Ubique adeſt 374.
Diaconus S. Simeoni Stylitae nugans miſere concidit 360.
Diana *vide* Artemis
Diar-Bechir regio 402.
Didymus Martyr 5.
Dii gentium ſimulacra 84. 97. 99. 126. 131. 133. 222.
Dindymene *vide* Berecynthia
Dindymus mons 122.
Diocletianus Imperator Eccleſiae perſequutor 54. 65. 66. 122. 123. 158. 166. 168. 172. 175. 180. 186. 188. 202. 211. 214.
Ejus perſequutionis Epocha 157. 169. 173. 184. 212.
DIODORUS, Latinis perperam *Dioſcorus*, *Dionyſius* & *Moſchorus*, Martyr SS. Victorini & Victoris Socius 60.
Ejus memoria & cultus 55.
— Martyrii locus 58.
— Et tempus 59. 60.
— Acta hucuſque ignota 55. 64.
Dionyſia Virgo & Martyr 165. 220.
Dionyſiana Chriſti aera vulgaris 158.
Dionyſius Alexandrinus, ſive Corinthius 41. 44.
Ejus Epiſtola ab Euſebio laudata 35. 44.
Dionyſius Papa 124.
Dionyſius Patriarcha Syrorum Jacobitarum 229. 402.
Dionyſius militiae Praefectus inſanabili morbo per S. Simeonem Stylitam relevatus 352. 402.
Dioſcorus Martyr 5.
Dioſpolis, ſeu Diopolis, alias Hecatompylos, urbs Aegypti 59.
Dioſpolitani Reges Thebani nuncupati ibid.
Dioſpolitani Martyres ibid.
Dodwellus, Henricus, a Carolo Majello reprehenſus 18.
Perperam contendit, Diocletianum Imp. in ſolos Clericos animadvertiſſe 186.
Domenecci, Antonii Vincentii, hiſtoria de tranſlatione Corporis S. Agnetis confutatur 155.
Dominicae Diei obſervatio 323. 396. 412.
Dolucha, ſeu Doliche, Dulichium & Dulichia, urbs Syriae 354.
A concidenti monte & ab aquarum eluvione ope S. Simeonis Stylitae incolumuis ſervatur ibid.
Domnus Patriarcha Antiochenus 228. 310. 401.
Donatella Martyr 41.
Donatianus Martyr 123.
Dorotheus Martyr 43.
Draconem fugat Sanctus Simeon Stylites 289.

Ebed-

E

Ebedjeſus Metropolita Sobenſis, Scriptor Syrus 258.
Ebron fluvius 181.
Ecchellenſis, Abraham, Maronita 408.
Eccleſia, ſub nomine S. Agnetis 154. 156.
— S. Caeciliae 155.
— S. Emerentianae ibid.
— S. Euſtachii ibid.
— S. Joſephi trans Tyberim 25.
— S. Laurentii 155. & ſeq.
— S. Ludovici ibid.
— S. Mariae Majoris ibid.
— S. Marthae ibid.
— S. Nicomedis ibid.
— S. Petri ibid.
— S. Procopii 167.
— S. Romani 173.
— S. Salvatoris 155.
— S. Simeonis Stylitae 404.
— S. Sophiae 156. 212.
— SS. Stratonicae & Seleuci 66. 121.
— S. Theodoſiae 203.
— S. Timothei 186.
— S. Zacchaei 173.
Eccleſiae quando pax reddita? 66. 210.
Eccleſiaſtica hiſtoria quo anno ab Euſebio Caeſarienſi abſoluta? 39.
Eden deliciarum ſedes 371.
Eden oppidum montis Libani 401.
Edeſſa urbs 287.
Edictum de deferendis propinquis Chriſtianis 82.
Edictum Conſtantini M. de Actis Martyrum undique conquirendis, & Caeſaream ad Euſebium comportandis ad fabulas amandatur 36. & ſeqq.
Edictum de Synagogis Judaeis reddendis, quod Aſclepiades a Theodoſio Imp. extorſerat, authoritate S. Simeonis Stylitae abrogatum 387. 404.
Elephantiaci plurimi per S. Simeonem Stylitam ſanati 346. 351.
Eleutherius Ep. & Martyr 5.
Eleutheropolis urbs 178. 181. 206.
Eliſaeus Propheta 395.
Elias Propheta 299. 340. 371. 395.
Elmacini opinio de religione Maronitarum refellitur 409.
Emerentiana Virgo, & Martyr 155.
Ejus corpus in Baſilica S. Agnetis adſervatum ibid.
Eccleſia ſub ejuſdem nomine ibid.
Energumeni oleo ſimplici conſecrato unguntur 147.
Energumenus ad Corporis S. Simeonis Stylitae adſpectum nefario ſpiritu liberatur 393. 405.
Vide Daemoniaci
Enucculus Martyr 42.
Ephoebi qui? 141.
Ephraem Syrus Eccleſiae Doctor 245. 248.
Ephraem Patriarcha Antiochenus Stylitam Severianum ab haereſi revocat 257.
Epigramma Cyri columnae S. Danielis inſcriptum 262.
Epigraphe ad calcem Actorum S. Simeonis Stylitae adjecta 397.
Epimachus Martyr 211.
Epipodius Martyr 46.
Epiſcopius confutatur 147.
Epiſcoporum Pallia 153.
Epiſcoporum Princeps Patriarcha Syris dictus 391. 404.

Epiſtola Dionyſii Alexandrini 44.
Eccleſiae Smyrnenſis 34. 44.
Eccleſiae Viennenſis & Lugdunenſis 34. 44. 46.
De Martyrio S. Pionii ibid.
S. Ignatii Epiſcopi Antiocheni 35.
S. Simeonis Stylitae ad Theodoſium Imp. 244. 307. 388.
— Ad Leonem Imp. 244. 403.
— Ad Baſilium Epiſcopum Antiochenum 244. 403.
— Ad Eudociam Imperatricem 244.
Theodoſii Imp. ad S. Simeonem Stylitam 306. 389. 403.
Coſmae Presbyteri ad eundem S. Stylitam 394.
S. Nili Monachi ad Nicandrum Stylitam 248.
— Ad Arcadium Imp. 249.
— Ad Gainam Ducem ibid.
— Ad Zoſarium Tribunum ibid.
S. Johannis Chryſoſtomi ad S. Maronem Coenobiarcham 405.
Chromatii & Heliodori ad D. Hieronymum 36. & ſeqq.
D. Hieronymi nomine ad Chromatium & Heliodorum ibid.
Epocha Antiochenorum 228. 398. 412.
Seleucidarum, ſive Graecorum 211. 213. & ſeqq.
Philippi Aridaei ibid.
Syro-Macedonum 211.
Alexandrinae urbis 212.
Conſtantinopolis 41.
Equuleus Martyrii inſtrumentum 83. 123. 226.
Eſcurialenſis Bibliotheca Regis Hiſpaniarum 37.
Evagrii luculentiſſimum de Actis S. Simeonis Stylitae a Coſma Syriace conſcriptis teſtimonium 228.
Evangeliſtae Clerici & Presbyteri 171.
Euchariſtia 125. 129. 139. 147. 276. 284. 288. 310. 375.
Eudocia Imperatrix 244. 255.
Eugenius IV. P. M. 401.
Evilaſius Martyr 213.
Eulogius Epiſcopus Alexandrinus 34. 36.
Eumolpias vetus *vide* Philippopolis
Eunomia Martyr 225.
Eunomius Samoſatenus Epiſcopus Arianus 124.
Euphemius Epiſcopus Conſtantinopolitanus 255.
Euphrates fluvius 136. 145. 337.
Euſebius Martyr cum Neſtabo & Zenone 211.
Euſebius Epiſcopus Samoſatenus & Martyr 123.
Euſebius Caeſarienſis Epiſcopus, Actorum Martyrum Palaeſtinorum, quae integra heic prodeunt, Scriptor 6. 34. 166. & ſeqq.
Eccleſiaſticam hiſtoriam quando abſolverit? 39.
Ejus de Martyribus Palaeſtinae Liber apud Graecos & Latinos interpolatus 6. 166. 169. 172. 181. 182. 197. 201. 203. 208.
An praeter Librum de Martyribus Palaeſtinis ſua aetate coronatis, alium de antiquis Martyribus compoſuerit? 6. 18. 33. & ſeqq.
Quid in Actis antiquorum Martyrum colligendis ſe praeſtitiſſe teſtetur? 33.
Quodnam fuerit de Euſebiana Actorum Martyrum Collectione antiquitatis judicium? 34.
Prooemium Actorum Silveſtrinorum, & Pſeudohieronymi Epiſtola de Euſebiana Collectione diſcu-

diſcutiuntur 38.
Quid de Euſebianae Collectionis mole & interitu pronunciandum? 43.
Euſebius Emeſenus Epiſcopus 182.
Ei potius adjudicandi Libri de Reſurrectione & Aſcenſione Chriſti, qui nomine Caeſarienſis circumferuntur 182.
Euſebius Nicomedienſis Epiſcopus Arianus 54.
Euſebonas Abbas Monaſterii Teledenſis fundator 399.
Eutropia Martyr 225.
Eutychii Patricidis Alexandrini Graecorum Melchitarum Patriarchae opinio de origine ac religione Maronitarum refellitur 405. 406. & ſeqq.
Exorciſtarum officium 181.

F

FAbronius, Carolus Auguſtinus S. R. E. Card. laudatur 11.
Fauſta Virgo & Martyr 67.
Febronia Virgo & Martyr 5. 167.
Felicianus Patricius Samoſatenus 139.
Felicitas Martyr cum ſeptem filiis 220.
Felix Martyr 42.
Felix Ep. Tubizacenſis & Martyr 172.
Felix Martyr, cum Sanctis Fortunato & Achilleo 219.
Ferae ad nominis Sancti Simeonis Stylitae invocationem manſueſcunt 356.
Ferarum genus Libaniotis exitioſiſſimum fugat Sanctus Simeon Stylites 319.
Feriae ſextae obſervatio 396. 412.
Feriale ſeu Martyrologium 36.
Ferrarius corrigitur 48. 57.
Fidiculae Martyrii inſtrumentum 88.
An aliae ab Ungulis? 122.
Flagellorum ſeptem ſpecies 122.
Flagra 122.
Flavianus Praeſes, aliis perperam Fabianus & Paulinus 166. 170. 171. 184. 186.
Florentina Bibliotheca Mediceorum 258.
Florentinius confutatur 38. 40. 173. 174 & ſeqq.
Florianus, ſive Florius Martyr 47.
Florus Diaconus 47.
Foenus opera Sancti Simeonis Stylitae ex dimidio minutum 345. 396. 412.
Fontibus exſiccatis majorem aquarum copiam reſtituit S. Simeon Stylites 323. 353. 401. & ſeq.
Fornices theatrorum promtuaria impudicitiae 165.
Inde fornicandi vox ducta ibid.
Fortuna Dea 124. 147.
Fortunatus Martyr 219.
Franci a Beibarſo Rege Syriae profligati 171.
Fructuoſus Martyr 72.
Frumenti modius per S. Simeonem Stylitam in ſexaginta mirabiliter excreſcit 276.
Furni ignitum rutabulum illaeſa manu adprehendit S. Simeon Stylites 281.
Fuſtes Martyrii inſtrumentum 122.

G

GAbala, ſeu Gabula urbs 278. 400. & ſeqq.
Gadara, ſive Gadora, & Gaddi urbs Palaeſtinae 177. 181.

Gainas, Dux Arianus 149.
Gajus judex 225.
Galeriorum Maximiani & Maximini Impp. crudeliſſima in Chriſtianos perſequutio 44. 54. 66. 68. 122. 123. 158. 167. 170. 172. 175. 182. 187. 191. 197. 200. 207. 212. & ſeqq.
Galeſinius corrigitur 48. 183. 198. 202. 259.
Galelaei Chriſtiani dicti 211.
Gallicanus Martyr 149.
Gallus Imp. Eccleſiae perſequutor 44.
Gallus Conſtantini M. gener 149.
Gallus Patricius Samoſatenus 137.
Ejus Paedagogus Actorum SS. Septem Martyrum Samoſatenorum Scriptor 142.
Ganeo anonymus S. Agneti Virgini adpropinquare auſus, illico exanimatus concidit 162.
S. Agnetis precibus vitae reſtituitur 164.
Gaza urbs Palaeſtinae 181. 182. 184. 186. 198.
Gazenſes in Idolorum cultu pugnaciſſimi 185.
Chriſtianorum acerrimi perſequutores 186. 211.
Gelaſiana Liturgia 153.
Gelaſii Cyziceni locus a Valeſio interpolatus 35. & ſeqq.
Gennadius Epiſcopus Conſtantinopolitanus 156. 255.
Germanicia, ſeu Marhas urbs 402.
Georgius Martyr 5.
Georgius Patriarcha CP. 406.
Georgii Ben-Hamrae opinio de Religione Maronitarum refellitur 409. & ſeqq.
Gittheus Martyr 42.
Glaphira Virgo 216.
Glycas, Michaël, refellitur 403.
Gordianus Martyr 211.
Gordius Martyr 5. 218.
Gratia Dei 49. 60. 61. 74. 95. 238. 310. & ſeqq.
De ea & libero arbitrio Catholica doctrina adverſus Pelagianos & Janſeniſtas confirmatur 64.
Graecarum literarum reſtitutores ac vindices Caleondilas & Meſſerius 9.
Graece apud Syros Divinae Scripturae olim lectitatae 170. & ſeq.
Graeci anni initium a Kalendis Septembris arceſſunt 229.
Eorum Epocha 213.
Vide Menaea Graecorum & Menologium Baſilianum
Gregoriana Liturgia 153.
Gregorius Magnus Pont. Max. 34. 37. 43. 154.
Gregorius XIV. P. M. 155.
Gregorius Nazianzenus Eccleſiae doctor 248.
Ejus locus de Aſcetis explicatur ibid.
Gregorius Turonenſis 256.
Grevenus corrigitur 188.
Guilielmus Comes Viennae 156.

H

HABIBUS Martyr, SS. Hipparchi & Philothei ſocius 124.
Ejus Martyrii tempus 123.
— Acta hueuſque ignota ibid.
Hadſeit oppidum montis Libani 401.
Haemorrhoiſſa evangelica ſtatuam Chriſto Paneade poſuit, quam Julianus Apoſtata poſtea confregit 167.
Hadrianopolis urbs 213. 257.
Hadrianus I. P. M. 38. 155

Hadrianus VI. P. M. 147.
Hadrianus Imperator 123.
Halepus ſeu Beroea urbs 358. 403.
Alia ab Hierapoli 403.
Halepino egenti ſuccurrit S. Simeon Stylites 295.
Halloixii, Petri, ſententia de Fidieulis adverſus Card. Baronium confirmatur 122.
Hananias cum Sociis in fornace illaeſus 65. 86. 110.
Hanazit *vide* Anazete
Hannibalius Conſtantini M. gener 149.
Haret-baret, ſeu Zaidi caſtrum 123.
Hecatompylos *vide* Dioſpolis
Hedesius, ſive *Aedeſius*, Martyr Palaeſtinus 195.
S. Pamphili diſcipulus 196. & ſeq.
Ejus memoria & cultus 187. 195.
— Martyrii tempus 197.
— Acta integra nunc primum in lucem prodeunt 166. 195.
Helena Conſtantini M. filia 149.
Heliodori & chromatii Epiſtola ad Divum Hieronymum refellitur 36. & ſeqq.
Heliodorus Abbas 400.
Helpe Virgo & Martyr 5.
Hemeſſa, ſeu Emiſſa urbs 406.
Heraclea urbs 40. 213. 217.
Heraclius Imp. 154. 251. 406.
Herais Martyr 44.
Hermes Martyr 42.
Herodes Rex 171.
Herolius Martyr 42.
Heſichius, ſeu Suſocio S. Simeonis Stylitae pater 399.
Heſron Libani montis oppidum 401.
Hienae humanas voces imitantur 401.
Hierapolis, ſeu Magub urbs 402.
Hierocles, ſive Heraclius Praefectus 188. 196.
Hieromace ſive Hieron & Hippodion, fluvius 181.
Hieronymi nomine Epiſtola ad Chromatium & Heliodorum refellitur 36. & ſeqq.
Hieroſolyma, quae & Aelia, urbs 54. 135. 156. 167. 171. 181. 186.
Epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Caeſarienſi 171.
Hieroſolymitana Bibliotheca 43.
— Synodus 405. & ſeqq.
Hilduini Abbatis teſtimonium de Martyrologio Euſebiano expenditur 37. & ſeqq.
Hipparchus Martyr Samoſatenus cum VI. Sociis 124.
Ejus Martyrii tempus 123.
— Acta hucuſque ignota ibid.
Hippolitus Martyr 155.
Ejus Coemeterium ibid.
Holſtenius, Lucas, adlucinationem Lindani Epiſcopi de Euſebiana Actorum Martyrum Collectione, in Eſcurialenſi Bibliotheca exſtante, declaravit 37.
Homerus Graecorum Poëtarum celeberrimus 170.
Homilia S. Jacobi Doctoris de S. Simeone Stylita 230.
Honorius I. P. M. 154. 405.
Huetii, Petri Danielis, ſententia de aetate Antipatri Boſtrenſis 43.
Hunnorum inruptio in Syriam 402.

I

Jacelinus, ſive Jocelinus Comes 156.
Jacobitae Monophyſitae dicti 406.
Jacobus Martyr, SS. Hipparchi & Philothei Socius 124.
Ejus Martyrii tempus 123.

— Acta hucuſque ignota ibid.
Jacobus Presbyter SS. Septem Martyres Samoſatenos baptizat, eiſdemque Corpus & Sanguinem Chriſti praebet 125. 127. 129.
Eorum Acta conſcribit 123. 142.
Jacobus Sarugenſis, cognomento doctor, Batnarum in Meſopotamia Epiſcopus 230.
Ejus de S. Simeone Stylita Homilia ibid.
Jacobus Stylites 258.
Jacobus Baradaeus, ſive Zenzalus, unde Jacobitae 406.
Jacobus Edeſſenus 399.
Janningus caſtigatur 262. 265.
Janſeniſtae confutantur 61. 64.
Jaſo Cyzicum Regem interficit 67.
Iberes Stylites 258.
Iconium urbs 65.
Iconomachi 158.
Jejunium Quadrageſimale 276. 283. 287. 288. 307. 371. & ſeqq.
Jesus *vide* Christus
Ignatius Epiſcopus Antiochenus & Martyr 5.
Ejus Epiſtolae ab Euſebio laudatae 35. & ſeqq.
Illyricum regio 212. 218.
Imaginum Sacrarum cultus 168. 210.
Imago S. Simeonis Stylitae ex Vaticano Baſilii Imp. Menologio 246.
Ejus explicatio 259. & ſeqq.
Imber igneus pyras, quibus SS. Stratonica & Seleucus adligabantur, Lictores & circumfuſam turbam abſumit 111.
Incantatores a SS. Martyribus confuſi 117.
Incluſi qui? 359.
A Moyſe Muſaabo exagitati 258.
Indulgentia reis in Vicennalibus, Decennalibus, & Quinquennalibus Impp. 177. 181.
Infideles innumeri opera S. Simeonis Stylitae ad Chriſtianam fidem converſi 344.
Infirmi oleo ſimplici conſecrato unguntur 147.
Innocentius I. P. M. 249.
Innocentius III. P. M. 401.
Innocentius X. P. M. 154.
Innocentius XII. P. M. 11.
Innocentius XIII. P. M. 22.
Job S. Simeoni Stylitae comparatus 305. 395.
Johannes Martyr 149.
Johannes Chryſoſtomus quo anno in exſilium pulſus? 249.
Ejus Epiſtola ad S. Maronem Coenobiarcham 405.
Johannes Patriarcha Antiochenus 387. 401. 403. & ſeqq.
Johannes Maro, Patriarcha Maronitarum 408.
Ejus orthodoxa fides vindicatur ibid.
Johannes Sedrarum Patriarcha Jacobitarum 399.
Johannes Stylites S. Simeonis Junioris Magiſter 256.
Johannes Stylites Scriptor Syrus 258.
Johannes Stylites Patriarcha Jacobitarum 258.
Johannes alter Stylites Patriarcha Jacobitarum 258.
Johannis Baptiſtae Nativitas 153.
Jonathae & Saulis corpora Scythopolis moenibus ſuſpenſa 171.
Joppe urbs 171.
Jordanis fluvius 54. 181.
Jorgius Martyr 41.
Joſeph ab Arimathea 145.
Joſias Rex 171.
Joſve Bar-nun Patriarcha Chaldaeorum

rum 258.
Joſve Stylites, Scriptor Syrus 256.
Irenaeus Martyr 219.
Irene Martyr 212.
Iſaurorum excurſiones in Imperium Orientale 273. 399.
Iſdegerdes Rex Perſarum 402.
Iſidorus S. Antonii M. diſcipulus 59.
Iſmaëlitarum converſio 402.
Judaei Dominicae necis authores per univerſum orbem terrarum diſperſi 135. 249.
Caeſarienſis Judaeorum clades 172.
Judaeorum Kalendarium Chriſtiani veteres ſequuti 218.
Judicium ſupremum 80. 92. 105. 120. 179. 180. 221.
Julianus Apoſtata Eccleſiae perſequutor 149. 186. 210. 224. & ſeqq.
Statuam Chriſti Paneade ab Haemorrhoiſſa Evangelica poſitam confringit 167.
Ejus incantationes 54.
— Perſequutio 210. & ſeqq.
Julianus Stylites 257.
Julitta Martyr 5.
Julius II. P. M. 155.
Julius Praeſes 73. & ſeqq.
Jupiter mutum & inanime ſimulacrum 92. 97. 99. 115.
Juramentum per Victoriam Impp. 75. 76. 82. 90. 91. 122. 396. 412.
Per Simulacra 76. 92. 110. 115. 134. & ſeqq.
Per caput Praeſidum 81. 87. 90. 98.
Juſtina Virgo & Martyr 49.
Juſtinianus Imp. 167. 229.
Juſtinus Imp. 54.
Juſtus Ulcius Praefectus 168.
Juvenem a Daemone ſuccubo conflictatum liberat Sanctus Simeon Stylites 292.

L

Labarum nummis Licinii Imp. impreſſum 215.
Lactantius cum Euſebio Caeſarienſi conciliatur 176.
Lambertus Presbyter 155.
Laminae candentes 65. 123.
Admotae SS. Martyribus divinitus refrigeſcunt 87. 117.
Lampadae ardentes 100.
Lancifii, Joh. Antonii, Opera a Carolo Majello limata atque emendata 21.
Lapſi Chriſtiani DCCL. exemplo Sanctae Theodotae Martyris revocantur 218. 221.
Latomiae 123.
Latrones divinitus correpti 296. 364.
Laura *vide* Septum
Laurentius Martyr 156.
Lectionis ſanctae aſſiduitas 170.
Leges ſacrae, civileſque quî ad nos pervenerunt? 34.
Legumina a S. Simeone Stylita multiplicata 365.
Lemovicenſis Eccleſiae Breviarium corrigitur 37.
Lenonibus traditae Chriſtianae Virgines 161. 165. 196.
Dei virtute ſervatae ibid.
Leo Martyr 41.
Leo XI. P. M. 155.
Leo Imp. 228. 244. 255. 262. 393. 403. 412.
Leo Iconoclaſta 210.
Leonem pecori & hominibus infeſtum ſigno Crucis perimit S. Simeon Stylites 357.
Le Quien, Michaël corrigitur 400.

Leunclavius Gregorii Nazianzeni locum de Aſcetis interpolat 248.
Libanus mons 319.
Libaniotarum converſio 323. 401.
Liberum arbitrium 60.
De eo & Gratia Dei Catholica adverſus Pelagianos & Janſeniſtas doctrina confirmatur 64.
Licinius Imp. Eccleſiae perſequutor 40. 167. 176. 213. & ſeqq.
A Conſtantino M. profligatus 40. 215. & ſeqq.
Crucem & Labarum nummis impreſſit, ſemper tamen Idolis fuit mancipatus 215.
Ejus perſequutio triplex 214. 216. & ſeqq.
Lindani Epiſcopi adlucinatio de Euſebiana Actorum Martyrum Collectione in Eſcurialenſi Bibliotheca exſtante declaratur 37.
Lingonienſes Tergemini Martyres 37.
Lingua praeciſa loquitur S. Romanus Martyr rectius quam prius 180.
Liturgia Gelaſiana 153.
Gregoriana ibid.
LOLLIANUS Martyr, SS. Hipparchi & Philothei Socius 124.
Ejus Martyrii tempus 123.
Acta hucuſque ignota ibid.
Lombardus, Petrus Magiſter Sententiarum, confutatur 147.
Longinianus Patricius Samoſatenus 139.
Lora Martyrii inſtrumentum 122.
Lucas Stylites 258.
Lucchefinius, Joh. Vincentius a Pontificis Brevibus ad Principes Epiſtolis 7.
LUCIANUS Martyr, S. Marciani Socius 49.
An duplex? 48.
Ejus memoria & cultus 47.
— Martyrii locus ibid.
— Et tempus 48.
— Acta Chaldaica ſeu Syriaca vulgatis apud Latinos praeferenda 47. 54.
— Ab Actis S. Cypriani omnino diverſa 49.
Lucianus Martyr cum Thyrſo & Callinico 5.
Lucianus Sophiſta atheus 124.
Lucius Epiſcopus & Martyr 42.
Lucius Samoſatenus Epiſcopus Arianus 124.
Lucullus Dux Romanorum 67. 224.
Ludi Circenſes 218.
Iis intereſſe nefas Chriſtianis ibid.
Ludovicus Pius Rex Galliarum 37.
Ludovicus M. Rex Galliarum 22.
Ludovicus Aſturiarum Princeps, tum Rex Hiſpaniarum 22.
Lugdunenſes Martyres 34. 43. 46.
Lugdunenſis Eccleſiae Epiſtola ab Euſebio laudata 34. & ſeqq.
Integra uſque ad ſeculum Chriſti ſeptimum exſtitit 46.
Lupanaria in fornicibus theatrorum paſſim 165.
Iis traditae Chriſtianae Virgines divinitus ſervantur 161. 165. 194.
Lycia regio 186. 190. 219.
Lydia regio 187.
Lyſimachus Comes 167.

M

MAbug *vide* Hierapolis
Macarius Aegyptius 59. 245.
Macarius Patriarcha Antiochenus 406.
Ma-

Macedonius Epiſcopus CP. 49.
Macriſii opinio de religione Maronitarum refellitur 406.
Maforte 268. 299. 383.
Magia Daemones evocati 51. 54.
Magi ignis & aquae cultores 325.
Magus perſequutionis Perſicae in Chriſtianos author horrendo mortis genere interit 330.
Mahomed, ſive Mahometes pſeudopropheta 251.
Majellus, Carolus, Archiepiſcopus Emiſſenus de Republica Literaria & Vaticana Bibliotheca optime meritus 6.
Ejus vitae compendium 7. & ſeqq.
— Scripta 14. 16. & ſeqq.
— Elogia 30.
Majellus, Januarius, laudatur 29.
Majellus, Dominicus, laudatur 18. 25. 29.
Malchus Martyr 44. 171.
Mamas Martyr 5. 45.
Mandra *vide* Septum
Manſur caſtrum 123.
Mar, titulus Sanctis & praeſtantibus viris tributus 412.
Maranames Neſtorianus 258.
Maras Epiſcopus Gabalorum 278. 399. & ſeqq.
Maras Baratonis filius 286.
Maratha vicus 255.
MARCIANUS Martyr, S. Luciani Socius 49.
Alius a S. Marciano Lectore ibid.
Ejus memoria & cultus 47.
— Martyrii locus ibid.
— Et tempus 48.
— Acta Chaldaica ſeu Syriaca vulgatis apud Latinos praeferenda 47. 54.
— Ab Actis S. Cypriani omnino diverſa 49.
Marcianus Lector & Martyr 49.
Alius a Marciano Sancti Luciani Socio ibid.
Marcianus Imp. 155. 156. 248. 250.
Marcion haereſiarcha 209.
Ejus ſectae addictus Epiſcopus Martyrio ſeſe ultro objicit ibid.
Marci Epiſcopi Portuenſis hiſtoria de converſione Maronitarum ad fabulas amandatur 401.
Marcus Aurelius Antoninus Verus Imp. Eccleſiae perſequutor 44. 219.
Marde urbs 402.
Marhaſitarum ſeu Germanicenſium regio 356. 402.
Mariae Virginis Dei Genetricis Nativitas 153.
Marinianus Conſul 404.
Marinus Martyr 44.
Maris Epiſcopus Chalcedonis 225.
Marne idolum 186.
Maro Patriarcha Antiochenus 410.
Maro Coenobiarcha, Maronitarum Parens 405. 408.
Ejus Orthodoxa fides vindicatur 405. & ſeqq
Maro *vide* Joh. Patriarcha Maronitarum
Maro, ſive Meron & Meroën pagus 393. 405.
Maronaea urbs 405.
Maronitae Libani montis incolae 401.
Unde dicti? 405.
Eorum Orthodoxa fides vindicatur 401. 408.
Ad diſciplinam Romanae Eccleſiae ſe conformarunt 147.
Maronitae Monachi Antoniani Romam a Clemente XI. acciti, monaſterioque donati 264.
Martha S. Simeonis Junioris mater 262.

Mar-

Martha piſcatoris filia ob perjurium a ſpiritu nequam exagitata 273.
Martialis Martyr 220.
Martinius, Victorius, laudatur 28.
Martinus Papa 408.
Martinus Epiſcopus Turonenſis 153.
Martyres ſub Antonino Pio 220.
Sub Marco Aurelio 44.
Sub Commodo ibid.
Sub Severo ibid.
Sub Decio 44. 48. 55. 59.
Sub Gallo 44.
Sub Valeriano ibid.
Sub Aureliano 157.
Sub Numeriano 59. & ſeq.
Sub Diocletiano 54. 65. 159. 169. 177. 184.
Sub Maximiano 68. 124.
Sub Maximino 44. 189. 195. 198. 204. 208.
Sub Licinio 216. & ſeq.
Sub Juliano Apoſtata 211.
Martyres Chriſtianae Doctrinae vindices 18.
Martyres divinitus confortati 72. 78. 85. 89. 108.
Martyres ſigno Crucis muniti 69. 70.
— Incantatores confundunt 118.
Martyres in ardentibus rogis illaeſi 111. & ſeqq.
Martyres mire ſanati 89.
Martyrum poenae per Angelos minutae 89.
Martyrum ore loquitur Chriſtus 96.
Martyrum animae in Caelum conſcendunt 61. 224.
Martyrum corpora ſuperna luce conluſtrata 71.
— Mire ſervata 65. 194.
Martyrum ſanguis a fidelibus ſolicite collectus 119. 145.
Martyrum ſanguine mortalibus reconciliatur Deus 79.
Martyrum conſtantia 53. 60. 69. 85. 93. 136. 180. 194. 196. 199. 205. 221.
— Interceſſio 140.
— Cultus 74. 79. 119. 158 186.
Martyrum precibus ſe commendare utile 113. 142. 204.
Martyrum tumulis Eccleſiae ſuperſtructae 66. 121. 154. & ſeqq.
Martyrum loco habiti, qui peſte adfectis miniſtrabant 44.
Martyrum Acta qui ſervata? 34. 45.
A quibus collecta? 44. & ſeq.
Martyrio baptiſmus ſuppletur 123.
Martyrius Patriarcha Antiochenus 404. & ſeqq.
Martyrius Subdiaconus & Martyr 49.
Martyrologii Hieroniminiani lapſus 57. 64. & ſeqq.
Martyrologii Romani adlucinationes 58. 64. 184.
Martyrologium Euſebianum 37. 39. 41. & ſeqq.
Martyrologium Barbarinum corrigitur 48.
Martyrologium Richenovicenſe emendatur 57. 64.
Marzabnas raptor Virginis divinitus opprimitur 336. & ſeqq.
Maſcolianus Patricius Samoſatenus 139.
Mathana, ſeu Marabana & Martha S. Simeonis Stylitae mater 399.
Mauricius Imp. 54. 245. 248. 250. 402. & ſeqq.
Maurolycus caſtigatur 188.
Mazzochius, Alexius Symmachus, Caroli Majelli encomiaſtes 30.
Maximianus Herculius Imp. Eccleſiae perſequutor 122. 158. 172.
Maximianus Galerius Imp. Eccleſiae per-

perſequutor 66. 68. 122. 123. 172. 175. 181. 212. & ſeqq.
Maximinus G. Imp. Eccleſiae perſequutor 44. 188. & ſeqq.
Maximinus Trevirenſis S. Agnetis encomiaſtes 158.
Ejus adlucinationes ibid.
Maximus Martyr 219.
Maximus Alexandrinus Epiſcopus 124.
Maximus Patriarcha Antiochenus 401.
Maximus Epiſcopus Taurinenſis 154.
Medices *vide* Leo XI.
Mediolanenſe Concilium 36.
Melchitae Maronitarum aemuli 407.
Meletius Patriarcha Antiochenus 403.
Melote Camaſina quae? 263.
Menaea Graecorum corriguntur 173. 183. 187. 197. 198. 207.
Menologium Baſilianum corrigitur 150. 165. 183. 187. 197. 198.
Menologium Slavo-Ruſſicum emendatur 167.
Mercurius *vide* Nabus
Meretrices in communione fidelium minime toleratae 218.
Non paucae opera S. Simeonis Stylitae converſae 344.
Meſſerius, Gregorius, Graecarum literarum Neapoli reſtitutor 9.
Metalla Palaeſtinae 196. 205.
Metaphraſtes, Simeon, Actorum Martyrum interpolator 168. 172. 197. 404. & ſeqq.
Ei adjudicari nequeunt Acta Martyrum Occidentalium, quae heic proferuntur 6.
Metoſcita, Petrus S. J. Maronita 411.
Meures Martyr 186.
Michaël Magnus Patriarcha Jacobitarum 402.
Micheas Martyr 173.
Mileſii Cyzici conditores 67.
Milites DCCL. lapſi exemplo S. Theodotae revocantur 218. 221.
Mimus anonymus Martyr 5.
Miracula in Actis Sanctorum paſſim 65. & ſeqq. 78. 86. 87. 100. 108. 111. 118. 164. 180. 194. 273. 276. 277. 280. 281. 282. 288. 289. 290. 291. 292. 295. 304. 315. 318. 319. 323. 326. 333. 335. 338. 347. 348. 349. 351. 352. 354. 382. & ſeqq.
Eorum occaſione non pauci converſi 109. 113. 195. 328. 332. 344. 348. 349. 352. & ſeqq.
Miraculorum author Chriſtus 81. 91.
Miſaël cum Sociis in fornace illaeſus 65. 86. 110.
Mithridates Rex 67.
Moeniana unde dicta? 247.
A Stylitarum Domiciliis omnino diverſa ibid.
Molanus confutatur 36. 188. 208.
Mombritius, Joninus, caſtigatur 201.
Monachi ab extructis Monaſteriis annos interdum numerant 212.
Monachi Antoniani Maronitae & Coptitae Romam a Clemente XI. & a Benedicto XIII. adciti, Monaſteriiſque donati 264.
—In ſtationibus virgis utuntur 264.
Monachus anonymus S. Simeonem Stylitam a ſententia abſtrahere auſus divinitus corripitur 280.
Monaſterium S. Agnetis 154.
Bages in Gallia 156.
Coſmae Periodeutae 401.
Curzachelenſe 258.
Deruenſe 203.
S. Eliſaei 401.
S. Euſebonae 276. 284. 399. 401.
S. Jacobi 399.
Marae 286.

S. Maronis 408. & ſeqq.
S. Marthae 155.
Samoſatenum 255.
S. Simeonis Stylitae 266.
SS. Trinitatis 203.
Zucnenſe 256.
Monaſticum inſtitutum 174.
— Romam a Sancto Athanaſio advectum 264.
Monaſticae & Styliticae originis ac vitae comparatio 251.
Monophyſitae Monothelitarum Symmyſtae 408.
Monotheliſmi authores 405. & ſeqq.
Mons admirabilis 256.
Morinus corrigitur 147. 409.
Mortuorum commemoratio 398.
Moſchi, ſive Rutheni faſtos ſacros Conſtantinopoli mutuati 203.
Motta vicus 156.
Ibi Eccleſia Deiparae Virginis ibid.
Moſes Propheta 298. 370. 381. 395.
Moyſes Muſaabus Chriſtianorum perſequutor 258.
Muſcarum poena 123.
Myſia regio 65.

N

Naamanes Princeps Arabum peregrinationem ad S. Simeonem Stylitam interdicens divinitus corripitur 254. 327. 402.
Nabus, ſive Mercurius 115. 122.
Nachiphelorum regio 268. 313. 399.
Naironus, Fauſtus, Maronita 405. 408. & ſeqq.
Narciſſus Epiſcopus & Martyr 225.
Narſeus Rex Perſarum 66. 123.
Natalis S. Agnetis duplex 153.
Nativitas Chriſti 153.
Deiparae Virginis ibid.
Johannis Baptiſtae ibid.
Navem onerariam in certum diſcrimen adductam, ſalvis cum vectoribus mercibus in portum invehit Sanctus Simeon Stylites 335.
Nazareni *vide* Chriſtiani
Neanias Martyr 168.
Neapolis urbs Italiae praecipua 7.
Neapolitana Bibliotheca Joſephi valletae 9.
Neapolitana conjuratio 17. 22.
Neapolitana Synodus ſub Card. Cantelmo 17.
Neapolitani Regni erga Petri Cathedram religio ab anonymi calumniis vindicata 17.
Neapolitanum Seminarium 7. 9. 13.
Nero Imp. Eccleſiae perſequutor 65.
Nervi Martyrii inſtrumentum 122.
Neſtabus Martyr 211.
Neſtorii haereſiarchae patria 403.
Neſtoriani ad Catholicam communionem redeuntes Neſtorii nomen abjicere tenentur 409.
Nicaea urbs 54. 210.
Nicaenum Concilium 39. 40. 147. 168. 254.
— Symbolum 65. 147.
Nicander Stylites a Sancto Nilo reprehenſus 248. 257.
Nicephorus Martyr 45.
NICEPHORUS, aliis corrupte *Nicopborus*, Martyr SS. Victorini & Victoris Socius 60.
Ejus memoria & cultus 55.
— Martyrii locus 58.
— Et tempus 59. 60.
— Acta hucuſque ignota 55. 64.
Nicephorus Calliſtus corrigitur 156.
Nicoforus Martyr 41.
Nicolaus I. Pont. Max. 38.

Ni-

Nicolaus Stylites 258.
Nicomedes Martyr 155.
Nicomedia, ſive Nichod & Chomidia, alias Aſtachus, urbs 40. 47. 51. 54. 158. 169. 175. 189.
Nicomedienſes Martyres 47. 54.
Nicoſtratus Tribunus 168.
Nigri, Franciſci, hiſtoria de S. Theodoſia V. & M. rejicitur 201.
Nilus Monachus 41.
An duplex? 250.
Ejus aetas 248.
Non omnes Nilo Monacho tributae epiſtolae unius Nili ſunt 250.
Ninive urbs 57.
Ninivitta, ſeu Ninentia S. Victoris Martyris cognomentum 57. 64.
Noalius, Antonius Card. Archiepiſcopus Pariſiorum, opera Caroli Majelli ad mentis ſanitatem redit 24.
Nomentana via 154.
Noriſius Card. confutatur 213.
Notkerus corrigitur 188.
Numa Rex Romanorum 147.
Numerianus Imp. Ecclcſiae perſequutor 58. & ſeq.
Nummi Impp. Hadriani 123.
Conſtantini M. 149.
Licinii 215.
Anaſtaſii 54.
Juſtini ibid.
Mauricii ibid.
Nymphus fluvius 402.

O

OBlatio *vide* Euchariſtia
Occidentis & Occidentalium nomine quid Syri intelligant? 5.
Oculorum aciem divinitus recipit S. Simeon Stylites 282. 304.
Odor ſuaviſſimus e Corpore S. Simeonis Stylitae manat 382.
Odryſae populi 224.
Oleum unctionis duplex 127. 147.
Oleum benedictione Sancti Simeonis Stylitae auctum aegros ſanat 288. & ſeq.
Operarii Pii Eccleſiam S. Joſephi trans Tyberim impenſis Caroli Majelli conſtruunt 25.
Eorum Congregationis authbor Carolus Torres 8.
Optimus Proconſul 165. 219.
Orandi regulam & ſtationem Columnarem ab Angelo edoctus S. Simeon Stylites 363. 375.
Oratorium domeſticum 125.
Oratorum Graecorum, Latinorumque opera quî ad nos pervenerunt? 34.
Orientalis Eccleſia nuper baptizatis ſive adultis, ſive infantibus Euchariſtiam diſpenſat 147.
Orientis & Orientalium nomine quid Syri intelligant? 5.
Ad Orientem precandi ritus antiquiſſimus 125. 286.
Orientis Comes monita S. Simeonis Stylitae contemnens miſere interit 315.
Origenes Caeſareae in Palaeſtina docuit 172.
Orontes fluvius 409.

P

PPedagogus Galli Actorum Martyrum Samoſatenorum Scriptor 123. 142.
Pagas urbs 186.
Pagius, Antonius, confutatur 215. 216. 229.

Palaeſtinae metalla 196. 205.
Palaeſtini Martyres 5. 34. 166. & ſeqq.
Eorum Acta Chaldaice ſeu Syriace ab Euſebio conſcripta 166.
Palaeſtini Confeſſores 204.
Palaeſtinis olim vernaculum idioma Syriacum 166.
Pallia Epiſcoporum 153.
Pamphilia regio 219.
Pamphilus Martyr Bibliothecam Caeſareae condit 43.
SS. Apianum & Hedeſium divinas literas edocet 187. 191 196. & ſeq.
Paneades urbs 167.
Pantaleon Martyr 5.
Papebrochius confutatur 220.
Paphnutius Martyr 5.
Papius Martyr, aliis Papias & Pappias, SS. Victorini & Victoris Socius 60.
Ejus memoria & cultus 55.
— Martyrii locus 58.
— Et tempus 59. 60.
— Acta hucuſque ignota 55. 64.
Paramonarii qui? 378. 403.
Parthorum converſio 345.
Paſchaſius Epiſcopus Viennenſis 173.
Paſchatis celebratio 172.
Paralytici plurimi per S. Simeonem Stylitam ſanati 290. 291. 292. 346. 348.
Paſſionalia Martyrum 6. 35.
Patara urbs 187.
Paternus *vide* Aſpaſius
Patientia S. Simeonis Stylitae mirabilis 239. & ſeqq.
Patriarcha Syris Epiſcoporum Princeps dictus 404
Patrum Opera quî ad nos pervenerunt? 34.
Paulus Apoſtolus ubi, & quî in profundo maris fuiſſe dicitur? 67.
Sancto Simeoni Stylitae comparatus 325.
Paulus Martyr cum Johanne & Gallicano 149.
Paulus Martyr cum Petro, Andrea & Dionyſia V. 220.
Paulus V. Pont. Max. 155.
Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus Martyr 49.
Paulus Samoſatenus Ep. Antiochenus haereſiarcha 124.
Peccatum originale 225.
Pectines Martyrii inſtrumentum 122.
Pelagiani confutantur 61. 64.
Periclitantibus in mari ſubvenit S. Simeon Stylites 332.
Periodeutae qui? 401.
Perſae Chriſtiani Captivi CCCL. viſione S. Simeonis Stylitae recreantur, mox libertatem conſequuntur 329.
Perſarum converſio 332.
Perſequutio Marci Aurelii 44.
Commodi 44.
Severi ibid.
Decii 44. 48. 59.
Galli 44.
Valeriani ibid.
Numeriani 59. & ſeq.
Diocletiani 54. 157. 169. 174: 212.
G. Maximiani 66. 122. 175. 212. & ſeqq.
G. Maximini 44. 188. 213.
Licinii 218. & ſeqq.
Juliani 210. & ſeqq.
Perſica in Chriſtianos perſequutio opera Sancti Simeonis Stylitae ſedatur 329. 402.
Perſidis Reguli filio paralytico valetudinem confert S. Simeon Stylites 348.

Pe-

Peſte adfectis miniſtrantes velut Martyres habiti 44.
Petavii opinio de Euſebiana Actorum Martyrum Collectione refellitur 37.
Petra urbs 257.
Petrus Apoſtolus S. Simeoni Stylitae comparatus 325.
PETRUS, qui & *Abſelamus*, Martyr Palaeſtinus 208.
An duplex? 206.
Ejus Patria 206. 209.
— Memoria & cultus 207.
— Martyrii tempus 208.
— Acta integra nunc primum in lucem prodeunt 166. 206.
Petrus Martyr cum Andrea, Paulo, & Dionyſia V. 220.
Petrus Stylites 258.
Petrus Nicomedienſis Epiſcopus 406.
Petrus de Natalibus confutatur 201.
Phanir oppidum Coeleſyriae 227.
Ejus Presbyter Coſmas S. Simeonis Stylitae familiaris, ejuſdemque Actorum Scriptor ibid.
Phanirenſis populi nomine Epiſtola ad S. Simeonem Stylitam 394.
Philemon Martyr 5.
Philippi Impp. 48. 224.
Philippopolis, alias Eumolpias vetus, urbs Thraciae 210. 221. 224.
Philippos urbs Macedoniae 224.
Philippus Aridaeus Rex 213.
Ejus epocha ibid.
Philippus II. Rex Hiſpaniarum 37.
Philippus V. Rex Hiſpaniarum 22.
Philippus Praefectus 49.
Philippus Martyr, Sanctae Felicitatis filius 220.
Philippus Heracleenſis M. 211.
Philippus Diaconus 70. 171.
Philiſtini 171. 186.
Philoſtorgius corrigitur 211.
PHILOTHEUS Martyr Samoſatenus cum ſex Sociis 124.
Ejus nominis ethymologia 131.
— Martyrii tempus 123.
— Acta hueuſque ignota ibid.
Philoxenus Monophyſita 224.
Phocas Martyr 5.
Phocas, Johannes, confutatur 261.
Pignattellus, Antonius, *vide* Innoc. XII.
Pignattellus, Franciſcus Card. Archiep. Neapolitanus 15.
Pilatus Praeſes 132.
Pionius Martyr 34. 45.
Piſces arenti in ſolo divinitus animati, adverſus puellam perjuram infeſto agmine inſiliunt 273.
Piſte Martyr 5.
Pius IV. P. M. 154.
Pius V. P. M. 147. 154.
Plumbatae Martyrii inſtrumentum 117. 122. 136.
Pluviam oratione impetrat S. Simeon Stylites 339.
Poenitentia de peccatis ante baptiſmum qui liceat? 225.
Poireti Opera a Carolo Majello confutata 14. 17.
Polycarpus Smyrnenſis Epiſcopus & Martyr 34.
Polycronius Monothelitarum anteſignanus 406.
Pontianus Proculus Conſul 213.
Populenſium Dux Cantelmus 22.
Porphyrius Epiſcopus Gazenſis 186.
Porta Pia, ſeu Viminalis 154.
Portius, Lucas Antonius, laudatur 13.
Poſſinus, Petrus, corrigitur 248.
Potamiena Martyr 44.
Praedictiones futurorum 255. 278. 285. 290. 296. 310.
Praefectura Bibliothecae Vaticanae quibus

bus Viris committi ſolet? 19.
Praeneſtinum Fortunae templum 147.
Presbyter paralyticus aqua benedicta a S. Simeone Stylita ſanatus 292.
Presbyteri Evangeliſtae 171.
Primitivus Martyr 42.
Priſcus Martyr 171.
Priſcus Patricius Samoſatenus 139.
Probianus Proconſul 219.
Proclus Patricius Samoſatenus 139.
Procopius, Martyrum Palaeſtinorum anteſignanus, 169.
Ejus patria 170. 172.
— Officium 170. & ſeq.
— Memoria & cultus 166.
— Eccleſiae ſub ejuſdem nomine 167. & ſeqq.
— Martyrii tempus 169.
— Acta integra nunc primum in lucem prodeunt 166. 171.
Procopius ganeo 165.
Propontis regio 67.
Protoctatus Confeſſor 44.
Ptolemaeorum Aegypti Regum in Literas promerita 9.
Ptolemais urbs 124.
Publius Praefectus 220.
Puellam ab incunabulis paralyſi laborantem ſanat Sanctus Simeon Stylites 290.
Puerum ab immani dracone liberat S. Simeon Stylites 359.
Pulcheria Imperatrix 156.
Pulvere a S. Simeone Stylita benedicto aegri & daemoniaci ſanati 290. & ſeqq.
Pulverem Martyrum pedibus calcatum adſervant Fideles 119.
Pyrgos, ſeu Turris Stratonis, *vide* Caeſarea
Pyrrhus Monothelitarum anteſignanus 406.

Q

Quinquennalia G. Maximiani 66. 68. 123. & ſeq.
— G. Maximini 213.
In Quinquennalibus & Quindecennalibus Impp. leviorum criminum rei vinculis ſolvebantur 181.
Quiricus Martyr 5.

R

Rabbinorum Schola Carolum Marjellum de interpretatione Bibliorum conſulit 19.
Raderi opinio de duobus Petris Abſelamis refellitur 207.
Rahab meretrix 224.
Rancatus Hilarion Ord. Ciſterc. Syriacorum Codicum Romae editorum cenſor 411.
Raphia oppidum 186.
Rationales qui? 41.
Ravenna urbs 189.
Reliquiae SS. Martyrum 119. 158. 186. & ſeq.
Renaudotii, Euſebii, opinio de origine ac religione Maronitarum refellitur 405. & ſeq.
Reparatus Mauritaniae Epiſcopus 405.
Reſurrectio Mortuorum 83. 88. 93. 104. 142. 237. 240. 243.
Rhabdus Praefectus 218.
Rhodus inſula 186.
Ribera, Dominicus, S. R. E. Card. laudatur 22.
Richardus, Simon, confutatur 409.
Rogatianus Martyr 123.
Rogerius Abbas 203.

Ro-

Roma omnium gentium, omniumque populorum perfugium 11. 159.
Romanum caſtrum 123.
ROMANUS Martyr Samoſatenus, Sanctorum Hipparchi & Philothei Socius 124.
Ejus Martyrii tempus 123.
— Acta hucuſque ignota ibid.
ROMANUS Martyr Palaeſtinus 177.
An duplex? 173.
Ejus Officium 173. 179.
— Memoria & cultus 173.
— Eccleſiae ſub ejuſdem nomine ibid.
— Martyrii locus 179. 181.
— Et tempus 173.
— Acta integra & genuina nunc primum in lucem prodeunt 166. 172. 174. & ſeqq.
Romanum juvenem mentis & motus impotem ſanat S. Simeon Stylites 291.
Roſwida virgo 154.
Rotae Martyrii inſtrumentum 123.
Rovas Rex Hunnorum 402.
Ruinartus, Theodoricus, confutatur 38. 167. 175. 207. & ſeq.
Rutheni, ſeu Moſchi faſtos ſacros Conſtantinopoli mutuati 203.

S

SAbaeorum regio 347. 402.
Sabaeum nobilem ſaeviſſimo morbo affectum aqua benedicta ſanat S. Simeon Stylites 347.
Sabellius haereſiarcha 124.
Sabinus Heracleenſis Macedonianorum Epiſcopus 35.
Sabinus Proconſul 47. 54.
Sabinus Dux 57. 59. 64.
Salazarius, Tamayus, corrigitur 48. 203. & ſeqq.
Salomon Clanei Epiſcopus 406.
Sammarthani refelluntur 203.
Samoſata, ſive Somiſat, Metropolis Syriae Comagenae 123.
Samoſateni Martyres 123.
Samoſateni Orthodoxis Patribus addictiſſimi 124.
Samoſatenorum regio 353.
Samoſatenum monaſterium 255.
Samſon 186.
Sancti futura praedicunt 255. 278. 285. 290. 296. 310. 366.
Sanctorum invocatio 329. & ſeqq.
Sanctius Epiſcopus Toletanus 156.
Sanguis Martyrum a Fidelibus ſolicite collectus 119.
Eo mortalibus reconciliatur Deus 79.
Sanguinis baptiſmus 123.
Saracenorum converſio 402.
Sardica urbs 40.
Sartago Martyrii inſtrumentum 123.
Saturnus *vide* Belus
Saul Rex 168. 171.
Sauſſajus corrigitur 39. 41. 203.
Scaliger, Joſeph, caſtigatur 46.
Scihus caſtellum 293. 391.
Scorpiones Martyrii inſtrumentum 122.
Scripturae divinae Graece olim apud Syros lectitatae 171.
Scythae populi 171.
Scythopolis, ſive Beſan & Bethſan, urbs Palaeſtinae 167. 170. & ſeqq.
Secundila Martyr 42.
Secundola Martyr 42.
Seleucia urbs 65.
Seleucidarum ſive Graecorum Epocha 211. 213.

Se-

Seleucus Martyr S. Stratonicae Socius 68.
Ejus Martyrii tempus 66.
— Et locus 67.
— Acta hucuſque ignota 65.
Eccleſiae ſub ejuſdem nomine 66. 121.
Semiramis, ſeu Antiochia urbs 49.
Semſes S. Simeonis Stylitae frater 268. 276. 278. 279. 366. 399.
Senator Antiochenus monita Sancti Simeonis Stylitae floccifaciens, horrendas ſcelerum ſuorum dat poenas 311.
Septum ſive Mandra & Laura 265. 288. 401.
Sepulcris Martyrum Eccleſiae ſuperſtructae 66. 121. 154. & ſeqq.
Seraphim ſtolas flammeas ſupra Martyres protendunt 112.
Serapion, ſeu *Serapinus* Martyr SS. Victorini & Victoris ſocius 60.
Ejus memoria & cultus 55.
— Martyrii locus 58.
— Et tempus 59.
— Acta hucuſque ignota 55.
Serenus Martyr 213.
Sergius Martyr 5.
Sergius Conſtantinopolitanus Monothelitarum anteſignanus 405.
Sergius Abbas 256.
Sergius, Thomas, de Piis Operariis laudatur 7. 25.
Servus Tullius Rex Romanorum 147.
Severinum oppidum 258.
Severus Imp. Eccleſiae perſequutor 44.
Severus Praeſes 206. & ſeq.
Severus ſervus 46.
Sfondratus, Paulus Aemilius S. R. E. Cardinalis 155.
Silvanus Martyr 220.
Silvanus Sancti Simeonis Stylitae familiaris 274.
Silveſter Papa 36.
Ejus Actorum prooemium de Collectione Euſebiana diſcutitur 38. & ſeqq.
Simeon Stylites 268.
Stylitarum parens ejuſque inſtituti conditor 247. & ſeqq.
Jure vocatur Archimandrita 266.
Ejus patria, parentes & fratres 247. 268. 366. 399. 412.
— Indoles, & oris habitus 267. 269. 278.
— Mortis tempus 229. 247. 383. 404.
— Funus & ſepultura, 391. & ſeq.
— Memoria & cultus 230. 254.
— Scripta 244. 388. 403.
— Imago ex Vaticano Baſilii Imp. Menologio 245.
— Columna multiplex 260. 373. 376.
— Acta a Coſma Presbytero Syro conſcripta nunc primum in lucem proferuntur 227. & ſeqq.
— Eccleſiae & Monaſteria ſub ejuſdem nomine. 266. 404.
Simeon alter Stylites, cognomento Thaumaſtorita 230. 245. 256. 262.
Ejus columna 261.
— Seſſio aſpertima 264.
— Scripta ab Epiſtolis S. Simeonis Stylitarum parentis diverſa 245.
Simeon tertius Stylites 257.
Simeon Salus 245.
Simeon Presbyter 398.
Simeon Apollonii filius 227. 398.
Sionita, Gabriel, Maronita 408.
Sirletus Card. corrigitur 183. 198. 202. 230.
Sirmium urbs 40. 156.

Siſan vicus 268. 399.
Siſinius Epiſcopus Cyzicenus & Martyr 67.
Smyrnenſis Eccleſiae Epiſtola de S. Polycarpo 34. & ſeqq.
Sociniani confutantur 129. 147.
Socratia mater S. Triphaenae 67.
Sollerius, Johannes Baptiſta, corrigitur 39. 41.
Sophia Martyr cum tribus filiabus 5.
S. Sophiae templum 212.
Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus 405. 408.
Sorbonicae Societatis Doctoris impium de Epheſina Synodo, deque S. Cyrillo judicium 407.
Soricum praegrandium genus pecori & hominibus infeſtum agro Aphſonitarum exterminat S. Simeon Stylites 318.
Statio S. Simeonis M. admirabilis 251. 253. 304. 365. 373.
Stationem columnarem, & orandi regulam ab Angelo edoctus S. Simeon Stylites 363. 375.
Stella circa Columnam diſcurrens in feſto die S. Simeonis M. 268.
Stephanus Protomartyr 150.
Stephanus Numidiae Primas 405.
Stephanus junior Aſceta 260.
Stephanus Dorenſis 405.
Strato Caeſareae urbis conditor 171.
STRATONICA Virgo & Martyr cum S. Seleuco 68.
Alia a Sancta Stratonica Aegyptia 65.
— Et a S. Triphaena 67.
Ejus Martyrii tempus 66.
— Et locus 67.
— Acta nunc primum in lucem prodeunt 65.
Eccleſiae ſub ejuſdem nomine 66. 121.
Stylitarum inſtitutum 246. & ſeqq.
Quo authore, quove anno coeperit? 247.
Argumenta contra Stylitarum Epocham refelluntur 248. & ſeqq.
Stylitarum ſucceſſio uſque ad ſeculum Chriſti decimum quintum 255. & ſeqq.
Stylitarum columnae quales? 259.
Mandrae ſeu Septa circa columnas Stylitarum 265.
Stylitarum Statio perpetua 264.
— Vigiliae ibid.
Quo pacto dormirent Stylitae? ibid.
Stylitae, ſeu Cionitae unde dicti? 259.
— Cur Incluſi adpellati? ibid.
Stylitae a Moyſe Muſaabo exagitati 258.
Styliticae & Monaſticae originis & vitae comparatio 252.
Subulae candentes Martyrii inſtrumentum 123.
Sueſſanorum Epiſcopatum abnuit Carolus Majellus 15.
Sulphuris ardentis foetor Martyrum naribus ſuppoſitus in ſuaviſſimum odorem convertitur 86.
Symmachus Papa 249.
Symphorianus, ſive Symphronius Praefectus 153.
Synodus Africana 405. & ſeqq.
Anglicana 405.
Antiochena 124.
Caeſarienſis 172.
Chalcedonenſis 218. 224. 403. 412.
Conſtantinopolitana 405. & ſeqq.
Cypria 405. & ſeqq.
Epheſina 407.
Florentina 409.

Hieroſolymitana 405. & ſeqq.
Lateranenſis 405. & ſeqq.
Mediolanenſis 36.
Neapolitana 17.
Nicaena 39. 40. 147. 168. 254.
Tridentina 147. 406.
Syri anni initium a Kalendis Octobris arceſſunt 119.
Eorum Synaxarium corrigitur 151. 165. 197. 186. 187. 188. 197.
In Syrorum Eccleſia dies, quo quis Styliticum inſtitutum inibat, celebris 258.
Syri anonymi teſtimonium de Epocha Stylitarum refutatur 248.
Syriacum, ſeu Chaldaicum idioma Palaeſtinis olim vernaculum 166.
Syriacorum Codicum Romae editorum Cenſores 411.
Syro-Macedonum Epocha 211.

T

TAbula Sancti Simeonis Stylitae ex Vaticano Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris Menologio explicatur 259. & ſeqq.
Tauſeitius mons 274.
Taurus mons 402.
Tel-neſein, ſeu Telaneſſe, aliis perperam Telaniſus, Telaneſus, Telaſinus, Thalampſin & Palaniſus, caſtellum 286. 288. 401.
Teleda caſtellum 276. 399.
Ibi Monaſterium S. Euſebonae ibid. & 278. 284.
Tergemini Martyres 37.
Tertius Proconſul 55. 61. 64.
Tetradion, ſupplicii locus 138.
Tharſus. Martyr 5.
Thaumaſtorita, S. Simeonis junioris Stylitae cognomentum 256.
Thea Martyr 186.
Thebani Reges Dioſpolitani nuncupati 59.
Thecla Virgo & Martyr 65.
THECLA Martyr Palaeſtina 185. 189.
Ejus patria 188.
— Memoria & cultus 183. 198.
— Martyrii tempus 183. & ſeq.
Theoctiſta matrona Cyzicena ad Chriſtum convertitur 113.
Martyribus opitulatur 119. 121.
Theodora Martyr 5.
Theodoretus Epiſcopus Cyri 227. 230. 252. 400.
Theodorus Papa 405.
Theodorus Patriarcha Hieroſolymitanus 408.
Theodorus Archiepiſcopus Anglorum 67.
Theodorus Epiſcopus Hadrianopolitanus 257.
Theodorus Pharanitanus Monothelitarum anteſignanus 405.
Theodorus Dux & Martyr 216. & ſeq.
Theodorus Lector confutatur 156.
THEODOSIA Virgo & Martyr Palaeſtina 204.
An duplex? 202.
Ejus patria 201. 204.
— Memoria & cultus 202.
— Martyrii tempus 203.
— Acta integra & genuina nunc primum in lucem prodeunt 166. 201. & ſeqq.
— Variae ejuſdem Corporis tranſlationes 203.

Eccleſiae ſub ejuſdem nomine 203.
Theodoſius Imp. 123. 154. 228. 244. 306. 387. 404.
Theodota Martyr cum filiis 5. 210.
THEODOTA Meretrix & Martyr 221.
Ejus Martyrii tempus 210.
— Et locus 224. & ſeq.
— Nomen & Acta hucuſque ignota 210.
Theodota Martyr ſub Leone Iconoclaſta 210.
Theodotus Martyr 220.
Theodotus Stylites Amidae Epiſcopus 258.
Theodulus Martyr 5. 57.
Theodulus Monachus 249.
Theonilla Martyr 5.
Theophanes corrigitur 229.
Theophilus Alexandrinus 245.
Theſſalonica urbs 40. 212.
Thomas Margenſis Epiſcopus 258.
Thomas Heracleenſis Germaniciae Epiſcopus 402.
Thomas Telenſis Stylites 257.
Thraeia regio 40. 212. 218. 224.
Thyrſus Martyr 5.
Tiberianus Patricius Samoſatenus 139.
Tiberius Caeſar 122. 212. 215.
Tigris fluvius 337.
Tillemontius confutatur 206.
TIMOTHEUS Martyr Palaeſtinus 184.
Ejus memoria & cultus 182.
— Martyrii tempus 184.
— Acta integra & genuina nunc primum in lucem prodeunt 166. 182.
— Eccleſiae ſub ejuſdem nomine 186.
Timotheus S. Simeonis Stylitae diſcipulus 271. 399.
Timotheus Aelurus 403.
Tollius corrigitur 212.
Torres, Antonius, Congregationis Piorum Operariorum fundator 8.
Tournon, Thomas, S.R.E. Card. 17.
Trachonitis regio 181.
Tribunus Arabs Nuncium S. Simeonis Stylitae male multans, repente corruit 313.
Tridentinum Concilium 147. 406.
SS. TRINITAS 124. 125. 128. 129. 138. 141. 144. 377. 397.
Triphaena Martyr 67.
Alia a S. Stratonica ibid.
Turris Stratonis, ſeu Pyrgos *vide* Caeſarea
Tyrus urbs 172.

V

VAlens Imp. 123. & ſeq.
Valentinianus Imp. 154.
Valerianus Imp. Eccleſiae perſequutor 44. 157. 171.
Valerianus Martyr 37. & ſeq.
Ejus Paſſionis Scriptor corrigitur ibid.
Valeſius, Henricus, confutatur 35. 167. 171. 175. 187. 212.
Valletta, Joſephus, laudatur 9.
Vaticana Bibliotheca Aſſemanorum opera a Clemente XI. Pont. Max. aucta 16.
Ejus Praefectura quibus Viri committi ſolet? 19.
Vaticanum Seminarium 24.
De eo Carolus Majellus optime meritus 25.
Ubaldinus, Robertus Card. Syriacorum

rum Codicum Romae editorum cenſor 411.
Velona *vide* Aulona
Venditio corporum 123.
Venus Dea 220.
Veſpaſiauus Imp. 171.
Veſta Dea 153.
Veturius magiſter militiae 66.
Vicennalia Diocletiani 175.
— Conſtantini M. 176.
In Vicennalibus Imperatorum leviorum criminum rei vinculis ſolvebantur 177. 181.
VICTOR Martyr Sancti Victorini Socius 60.
Alius a S. Victore Nicomedienſi 59.
Ninivitta ſeu Ninentia cognominatus 57.
Ejus memoria & cultus 55.
— Martyrii locus 58.
— Et tempus 59.
— Acta hucuſque ignota 55.
Victor Africae Primas 405.
VICTORINUS Martyr cum ſex Sociis 60.
Alius a S. Victorino Nicomedienſi 59.
Ejus memoria & cultus 55.
— Martyrii locus 58.
— Et tempus 59.
— Acta hucuſque ignota 55.
Victurus Martyr 42.
Vicus, ſeu Wich urbs 48. 266.
Vienna urbs 46.
Ibi Eccleſia ſub nomine Sancti Romani 173.
Viennenſes Martyres 44. 46.
Viennenſis Eccleſiae epiſtola ibid.
Vigiliae Stylitarum 264. 281. 372.
Viminalis Porta 154.
Viperae & Aſpides in Martyres immiſſi, illico a ſummo ad imum diruptae obrigeſcunt 118.
Virgae Martyrii inſtrumentum 122.
Virgines lenonibus traditae 161. 165. 195. & ſeqq.
Dei virtute ſervatae ibid. & 51.
Virginem raptam, mox in fluvium projectam Sanctus Simeon Stylites parentibus incolumem reſtituit 336.
Virginum raptores divinitus puniuntur 291. 338.
Viſiones Caeleſtes 71. 72. 78. 85. 89. 90. 252. 270. 282. 283. 298. 324. 328. 343. 363. 369. 379.
Viſio Crucis 167.
Ulcius Juſtus Praefectus 168.
Ulpius Conſul 213. 219.
Ultio divina in latrones 296.
— Et in raptores Virginum 291. 338.
Ulcere divinitus convaleſcit S. Simeon Stylites 235. 253. 305. 308.
Ultrajectum urbs 157.
Unci, & Uncini Martyrii inſtrumentum 123.
Ungulae Martyrii inſtrumentum 122.
An aliae a fidiculis? ibid.
Voſſius, Gerardus, confutatur 129. 147.
Urbanus Praefectus 184. 188. 191. 199. 204.
Urchanes Othomani filius 54.
Urſinus, Alexander Card. Syriacorum Codicum Romae editorum cenſor 411.
Urſus Rationalis 41.
Uſuardus corrigitur 188.
Warnaharius, ſive Waribarius 37.
Wich *vide* Vicus
Willelmi Tyri Archiepiſcopi opinio de

de converſione Maronitarum refellitur 409.
Wlfilaicus Stylites 255.

Z

ZAcharias Stylites Edeſſae Epiſcopus 258.
ZACCHAEUS Martyr Palaeſtinus 177.
Ejus Officium 173. 177. 181.
— Memoria & cultus 173. 281.
— Martyrii tempus 173.
— Acta integra nunc primum in lucem prodeunt 166. 172.
Eccleſiae ſub ejuſdem nomine 173.
Zaidi caſtrum *vide* Haret-Baret
Zeno Martyr 211.
Zeno Imp. 167. 255.
Zoſarius Tribunus 249.
Zucnin vicus Amidae 256.
Ibi Monaſterium Joſve Stylitae ibid.

FINIS PARTIS II.

Digitized by Google

ERRATA SIC CORRIGITO

Pag. 5. lin. 10. Fabii *lege* Papii . Ibid. l. 18. Tirſi *lege* Thyrſi . Ibid. l. 21. Agathapodis *lege* Agathopodis . Ibid. l. 23. Didimi *lege* Didymi . P. 11. l. 6. tantuſue *lege* tantuſque P. 13. l. 20. aeſtimatur *lege* aeſtimator . P. 14. l. 40. ſcentia *lege* ſcientia . P. 29. l. 20. def cienti *lege* deficientis P. 33. l. 14. rencenſuerint *lege* recenſuerint . P. 34. l. 8. eſſent conſignata *adde* eſſent ab aliis conſignata . Ibid. l. 40. conbiberint *lege* comhiberint . P. 39. l. 6. Silveſtrii *lege* Silveſtri . P. 43. l. 12. Origine *lege* Origene . P. 44. l. 2. preter *lege* praeter . Ibid. l. 18. Heroidem *lege* Heraidem . Ibid. l. 29. His quartam *adde* His quartam adjungit . P. 48. l. 14. vetuſtiſſmo *lege* vetuſtiſſimo . Ibid. l. 34. Ferarius *lege* Ferrarius . P. 50 l. 42. exſtremum *lege* extremum . P. 51. l. 45. ineſpectato *lege* inexſpectato P. 57. l. 8. Theodolus *lege* Theodulus . Ibid. l. 47. Eegypto *lege* Aegypto . Ibid. l. 50. Roſwido *lege* Ro.weido . P. 59. l. 37. Agypto *lege* Aegypto . P. 63. l. 40. Papii *lege* Papio . P. 65. l. 6. loquimini *lege* loquamini . Ibid. l. 7. Patrts *lege* Patris . P. 67. l. 54. Qnaeſtion. Quaſt. *lege* Quaeſtion. Quaeſt. P. 91. l. 14. pardus *lege* bardus . P. 97. l. 41. Berecinthiam *lege* Berecynthiam . P. 102. l. 25. riſpondit *lege* reſpondit . P. 109. l. 47. neutiquem *lege* neutiquam . P. 116. l. 23. fingi poteſt quam quae in te *lege* fingi poteſt iſta , quam in te . P. 122. col. 2. l. 61. diſcrepebantur *lege* diſcerpebantur . P. 123. l. 23. Piragri *lege* Paragri . P. 134. l. 37. inquiut *lege* inquiunt . P. 137. l. 45. ad & balneum *lege* & ad balneum . P. 149. l. 31. Conſtantiam *lege* Conſtantinam . P. 152. l. 18. edoeebat *lege* edocebat . P. 158. l. 35. libros *lege* libri . P. 175. l. 29. Quiſqui *lege* Quiſquis . P. 179. l. 32. ſteterit *lege* ſtiterit . P. 189. in tit. dia XI. Aprilis *lege* dia II. Aprilis . P. 195. l. 25. anteaqunm *lege* anteaquam. P. 201. l. 25. nedum *lege* necdum . P. 227. l. 19. E Syriis *lege* E Syria . P. 229. l. 24. ſnbſtrahas *lege* ſubtrahas . P. 230. l. 44. excitaturos *lege* excitaturos . P. 234. l. 37. ex eo , quem *lege* ex eo , quod . P. 236. l. 42. offa *lege* oſſa P. 249. l. 25. ſcrtbit *lege* ſcribit . P. 254. l. 51. excitati *lege* excitati , P. 354. l. 4. ex Lycia *lege* ex Dolucha , *ſeu Doliche* , *Dulchio & Dulichia* , *Syriae urbe XLI. millibus paſſuum a Samoſatis diſtante ; de qua videſis Baudrand. & Aſſem. tom. 2. Bibl. Orient.* P. 299. l. 2. cogereretnr *lege* cogeretur . P. 399. l. 4. c. 1. anno 1556. *lege* anno 1656. P. 402. c. 1. l. 47. Miſopotamiae *lege* Meſopotamiae P. 403. c. 2. l. ult. ad annum Chriſti 357. *lege* ad annum Chriſti 457. P. 404. c. 1. l. 54. Snccefforum *lege* Succeſſorem .

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google